19.

Storia

Digitized by Google

7 1 B 5
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
M
C. 61. a
Digitized by Google

7-1-B-5

SEBASTIANI ANDREANTONELLI

CANONICI ASCVLANI,
Et Protonotarij Apoſtolici

Hiſtorię Aſculanæ Libri IV.

ACCESSIT

Hiſtoriæ Sacræ Liber ſingularis.

OPVS POSTHVMVM
In lucem editum ſtudio, & diligentia
FR. ANTONII AVGVSTINIANI
Sacræ Theologiæ Baccalaurei,
ET
CAROLI CEDONII ANDREANTONELLI
Germanorum Fratrum, Auctoris ex Fratre Nepotum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. PRINCIPI

D. IOSIÆ III.

DE AQVAVIVA, DE ARRAGONIA,
Principi Neapolitano, Hiſpaniarum Primati, Duci
Hadriæ XIV. Domino Domus Aquauiuæ,
Principi Therami, Marchioni Aquauiuæ,
& Butonti, Iuliæ, Iouiæq; Comiti, &c.
DICATVM.

CARMELITANI SCALZI

PATAVII, Typis Matthæi de Cadorinis, *Super. Perm.*
MDCLXXIII.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

ILLVSTRISSIME
& Excellentiſs.
PRINCEPS.

INfelici ſydere ſemper gloria Aſculanorum iactari, ſeu verius inclementer premi viſa eſt, Excellentiſſime Princeps. Hæc nempè Vrbs, antiquiſſima ortu, ſitus delectu eximia, amplitudine mœnium conſpicua, opibus, potentiaque illuſtris, clariſſimis ciuibus abundans, ſiue ingenii dexteritatem ſpectemus, ſiue eruditionis magnitudinem, ſiue animi firmitatem, & corporis robur; penè tamen ingloria deliteſcit, ſcriptorum ſuorum inopia, exterorum inuidia laborans. Et, quod magis miremur, habuit ipſa filios, eloquentiæ laude, vel ipſi admirabiles Ciceroni (quo maius dicere quippiam nemo poteſt) habuit hiſtorica facultate ſatis celebres; habuit poetica ſuauitate ſpectabiles. Hi tamen, vel pertæſi res ſuas, alioqui laudatione digniſſimas, ſtylum alio incogitanter conuerterunt; vel ſi de patria ſcriptis aliquid tradidere, eorum præclara monumēta vorax ætas abſorpſit. Hanc ſanè magnā infelicitatē poſtremis hiſce tēporibus ſæpiſſimè animo agitauit, & ſecum indoluit, & apud amicos conqueſtus eſt Seba-

ſtianus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ſtianus Andreantonellus, Ciuis Aſculanus, Patruus noſter, doctrinarum varietate, ut opinamur, & rei antiquariæ præſtantia, non ignobilis. Et. vt erat Patriæ amantiſſimus, Prouinciam. laborum, & periculorum plenā, magno animo exorſus, quanquam nulla propemodum luce, nullo Duce, loca auia, & intacta peragranda illi fuerunt. nullius ante trita ſolo, vt vetus Poeta loquitur; immenſo tamen exantlato labore, Priſcorum ſcrinijs omnibus euolutis, & accuratè euentilatis, omni lapidum epigraphe, omnique antiquitatis memoria hinc inde diligenter veſtigata, maturèque diſcuſſa. quæ aliquo modo ad rem Aſculanam pertineret, tantum arduo, obſtinatoque labore profecit, vt ſi perficere hiſtoriam, eamque numeris omnibus abſolutam non potuit, &, ſi rebus omnes tenebras, noctemque non ademit, quod res ipſa non ferebat; quantum tamen hominis ingenium, & vires, in tanta rerum difficultate ſperare potuerunt, id ille totum ſit aſſecutus. Sed induſtriam eius prope vicerat refractaria aſtrorum malignitas, Aſculi gloriam inuidētium; nam opus iam ad umbilicum perductum, & tantum non editum, immaturus obitus Auctoris, & nouo carcere damnabat, & veteribus umbris offuſcabat, ac infanda ſæuitia mortem illi ante ortum comminabatur.

Nos (fatendū eſt enim quod res eſt) tardiùs, &, vt aliqui interpretantur, negligentius rem peragere, fortunæ noſtræ Ciuitatis diffiſi; noſtrarum virium imbecillitatem extimeſcere, res videri non exigui moliminis; ſi enim aliquid deeſſet; quis ad Venerem Apelleam? ſi lituris quippiam inſperſum eſſet, ſi detractio aliqua, ſi additio, pagellis confuſis, vt fit in ea lucubratione, qui ſignaretur? quis in abdita rerū penetralia cenſor ſuperbus intraret? Et erant præterea alia, & in iis diſſidia noſtrorum, quæ editionē retardarent, & noſtrā proferendi operis voluntatem prodi non ſinerent. Verſabatur itaq; cū blattis, & tineis, & periclitabatur magna pars monumentorum Aſculanorum, in paruis hypomnematibus; noſq; interea malæ fidei depoſitarij audiebamus. Audendum igitur aliquando fuit, deuorandus labor, deſcribendæ hiſtoriæ (ſi hoc eam nomine cenſeri oportet, contra ipſius mentem

Au-

Digitized by Google

Auctoris) & cogitandũ de prelo;quod tandem fecimus. Sed reliqua erat deliberatio de Principe Viro deligẽdo, cuius patrocinio poſthumi hi labores cõmendarentur. Nec ea quidẽ ſanè longius petẽda,vel anceps. Tametſi enim occurrebant quamplures,& Syrmate Præſules Illuſtriſs.& Purpurati Proceres Eminentiſſimi, & Principes alii viri, Auctoris operis amiciſſimi, & ipſa Patria, cuius charitas præponderare meritis omnium poſſe videbatur, Tu vnus,præ cæteris ſtatim oculis obuerſabaris, IOSIA, cuius excellentiæ incomparabili comparare neminem reliquorum patronorum poſſemus, quem iure optimo anteponere omnibus deberemus; Et cui nos,non tam noſtro nomine liberaliter donare,quàm hæreditario, debitum bona fide perſoluere, videremur? Cui enim alteri labores ſuos dicaſſet Sebaſtianus,qui domum paternam ab incunabulis, nexu, & mancipio Aquauiuæ familiæ eſſe didiciſſet; qui cum lacte obſequium in Aquauiuã familiam combibiſſet; cuius tenellæ aures nihil antè audiſſent, & lingua infans nihil prius, nihil frequentius,& ſuauius protuliſſet, quàm Aquauiuæ Dynaſtas, quibus eo tempore ſeruitutem fideliſſimam ſeruiebat Horatius Andreantonellus (erat huic Sebaſtiano ex fratre nepos) in Aula Marcelli Aquauiuæ, Patrui tui, Archiepiſcopi Hydruntini,qui plurimarum quidem virtutum laude, ſed pietate præſertim erat, litteris, & munificentia ornatiſſimus, & Horatium ſummopere diligebat; & multa in eum beneficia liberaliter conferebat? Cui nam tota hęc Ciuitas rerum ſuarum memorias, iuſto volumine comprehenſas,mallet commendari potius, quam IOSIÆ AQVAVIVÆ, ſibi non magis ditionis vicinitate, quam animi procliuitate coniunctiſſimo; cui ſemper, & ſe ipſam, & ſingulos ciues, non tam ipſorum rogatu, quam ſponte ſua, ſcit fuiſſe,& in poſterum ſperat fore,commendatiſſimos? Offerimus igitur tibi hoc opus, non noſtro nomine (quamquam hoc etiam libentiſſimè) ſed Patrui,& penè Patris noſtri; ſed Patriæ, & propemodum Parentis noſtræ, certiſſimi eorum voluntatis interpretes; offerimus opus, ut a tenuitate noſtra, ſummum; ſic ad tuam Amplitudinem, exiguũ; opus,non adeò allaturum Patrono decus, &

di-

Digitized by Google

dignationem, ac egens patrocinij, præſidium, & vitam; quam Aquæ Viuæ, nomine ipſo, & omine liberaliſſimè pollicentur. Excipe igitur, & tuere, qua benignitate ſoles, quaque facultate potes Excellentiſs. Princeps, librum hunc, ſub auſpiciis tuis confidentiſſimè proditurum in lucem, & inuidorum, ac Zoilorum dentes, & morſus non reformidaturum; excipe, & Mœcenatis nomen in omnes eruditos, quod non alienum adulatione, ſed virtute propria tuum feciſti, in hoc quoque fœtu defendendo ita conſerua, vt docti viri, tum viui, tum mortui, vitā deinceps ab AQVIS VIVIS ſperare audeant. Quod dum ſpe firma ita præſumimus, ut nullus animo de tanto patrocinio relinquatur ambigendi locus, gratulabundus excurreret calamus, pro more, ad tuæ familiæ decora celebranda. Vetuſtatem originis ipſis Regibus communem Auſtriacis recenſeret DVCIS; eam nomine cohoneſtatam, ante omnes Europæos Duces veriſſimè celebraret; Regias affinitates Arragoniorũ, & participata Regum cognomenta extolleret; ſupremas in eo Regno dignitates frequentiſſimè adminiſtratas in Sago, in Toga numeraret; ampliſſimas veſtras Ciuitatum Oppidorũ, Caſtrorumq, poſſeſſiones, tot ſeculis, dominatu non interrūpto, perennates oſtenderet; Romanā Purpuram, iam vobis gentilitiam effectam, tot inſignes Eccleſias, quas Hierarchæ veſtri ſapientiſſimè moderati ſunt, proferret, Religionis gubernaculo, & Martyrii palma celebres, veſtros Claudios, veſtros Rudolphos Ieſuitas non taceret, Ioannem Hieronymum Aquauiuam, Adrianum Decimum Ducem, inter ſupremos Hiſpani Regis Primates honorificentiſſimè adſcriptum à Carolo V. potentiſs. Imperatore luculēter memoraret; totque præterea militares Viros, per omnes militiæ gradus ad ſumma quælibet euectos merito ſuo; tot eruditiſsimos togatos, mira litterarum ſcientia celebratiſsimos; tot, tantaque nomina ſummorum heroum adnecteret, illaque omnia, quæ vni familiæ cohoneſtandę, vel nunquam, vel rariſsimè inueniuntur in unum collecta. Sed ecquis locus, quod tempus iis omnibus, non dico plenius explicandis, & amplificandis; ſed breviter ſolùm indicandis, reperirentur?

Vel

Vel quis, tum ea, tum alia eiuſmodi innumera exequendo, hiſtoricorum non inſudauit, adeo ut etiam eorum referre nomina ſupervacuum videatur. Licet itaque tot ceras, tot imagines, & Stemmata, tot paludamenta, tot purpuras, tot poematum, & hiſtoriarum nobiliſsima argumenta omittere, ſi Te Vnum, Excellentiſsime Princeps IOSIA, non omittimus, qui totius ampliſsimæ familiæ honeſtamentum, & præclariſsimum compendium, & verè es, & haberis. Quẽ non modo ſubditi, quorum fines à Maioribus relictos, non ſolum tueris, ſed amplificas in dies, & ædibus magnificentiſsimis, quà Regiis, quàque ſacris exornas; quemque non modo finitimæ omnes regiones, quæ tuis beneficijs fruuntur; ſed quotquot Tui notitiam habent (quis autem in Italia non habet?) quaſi alterum Titum, ſeculi amores, & omnium delicias appellant. Equidem non veremur, ne hoc videamur dare auribus tuis; præſentes norunt, poſteri noſcent. Et, ò ingratos eruditorum virorum calamos! O ignauos, & indignos, quo volatu efferantur ad exteras gentes, & ad ſecula ventura, ſi Principem tanta complectentem benignitate, beneficentiaque lucubrationes cedro dignas, & doctos Viros, indictum, illaudatumque præteribunt. Quanquam nec præteribunt; erunt quippe, erunt, qui nomen tuum ad ſydera tollere conentur; qui illud vindicent ab omni mortalitatis, omnique oblivionis iniuria; qui præclaram celebrent hanc tuam encyclopædiam, & enarrẽt, quantus ſis in hiſtoricis, quantus in poeticis, in philoſophicis, in politicis; quantus in omni Scriptorum genere, non minus diligenter, quam intelligenter peruolutandis; quam denique proximè accedas ad Picos Mirandulanos, ad Franciſcos Marias Rouueretos, nobiliſsimos, & ſapientiſsimos Principes, & tui ſimillimos; quorum poſtremum, non ſapientia ſolùm æmularis; ſed etiam in comparanda pari induſtria, ac ſumptu plurimorum, eorundemque lectiſsimorum librorum, Regia Bibliotheca. Quod ſtudium à Regibus Ptolomæis uſque repetitum, utinam Principes cęteri noſtrates in vſum ſtudioſæ iuuentutis æmularentur. Iſta ſcilicet dictis, ſcriptiſque laudabunt docti Viri, cum merito honore proſequi

volent tuam Pallada . Quis autem expectaret, poſt fructus ſtudiorum tuorum, poſt cultum ingenium, poſt lepidiſsimos, politiſſimos, & religioſiſſimos mores, armatam quoque Pallada celebraturos, neque Ægida, neque haſtam deſiderantem ? Et tamen in eo quoque genere inuenient laudationis ſegetem, non minus amplam, & copioſam. Non eſt quod fabulemur dracones enectos in cunis, ut ab Alcide; non, quod comminiſcamur Bucephalos perdomitos, ut ab Alexandro tantum puero; habet veritas quod de tua pueritia referat, quid animosè, quid Heroum more dixerit, feceritque. Sed eſto, cætera omnia ſilentio prætereant, num vetuſtatis obliuion patiantur obliterari, quod Tua Iulia, quod reliqua Oppida tuæ ditionis viderunt res geſtas adoleſcentiæ, & penè pueritiæ tuæ; ſed illa exſuperans, quæ fortiſſimi Viri in ipſo ætatis robore pręſtare vix audent. Illa enim tempeſtate, qua Mazanellorum inſaniæ Neapolim non ſolum, ſed & totum quinetiam florentiſſimum eius Regnum, incredibili furore perditum ire conata eſt; omnibus penè locis rebelli contumacia commotis, immo à Regis obſequio iam diuulſis, perduellibus immani ferocitate, militarique licentia debacchantibus, Prouinciis deuaſtatis, Vrbibus vndequaque deditionem meditantibus, fideliſsimis quibuſq; Procerum Regni, vel abdentibus ſe, vel redimentibus grandi pretio, vel turpitudinis ſpecie adornantibus fugam. Quid non liceret in Samnium, inque Dominatum tuum Duci Collis Petri, popularem hydram ſectanti, immo illius Capiti validiſsimo, omnia militibus, & minis complenti, & vniuerſam tantarum prouinciarum poſſeſsionem animo deuoranti? Enimuero quid ille timeret eo tempore ſibi obſtiturum? Patrem ne tuum Franciſcum, Adriæ Ducē XIII. ſummum quidem illum Virum, & , ſi vires conſtarent, omnia auſurum? At is cruciatibus arthriticis grauiſsimè excruciatus, extra omnē belli aleam, in Cupra maritima, apud Picētes, in lecto decumbere cogebatur. Num ipſum Te, cuius iuuentam ab armis, armatiſque imperatam ita contemnebat, ut vix cominus ſcloporum ictibus, & bombis tormentorum exauditis, illicò daturum manus putaret? Non timebat quippiam

piam

Digitized by Google

piam huiuſmodi confidentiſs. Dux, rerum bellicarum peritus, omnique militari apparatu inſtructus. Tu verò, præter omnem eius opinionem, ſupra ætatem, maturioris virtutis facinus auſus, militibus in ea trepidatione hinc inde tumultuariò aduocatis, & Michaeli Pignatellio, Regio Duci clariſs. & fideliſsimo adiunctus, modò velitationibus, modò iuſtis commiſsis cum eo prælijs, ſæuientis in Pagos, & prædia furorem compreſsiſti. Iuliam tuam, quam ille ferociter aggreſſus fuerat, propugnaſti, eruptionibus exinde factis, illius audaciam cohibuiſti, & cladem vtique luculentam illius cohortibus intuliſti, & abſcedere tandem coegiſti, ſpe fruſtratum, tantoque bolo faucibus erepto frendentem. Quod Regiis partibus quantum contulerit, quantumque illis ex eo animi, & virium acceſſerit, referre haud facilè fuerit. Certè Collepetrius, ab illo tempore fractus animo victoriam deſperauit, Samnitiumque inuaſionem deſeruit. Tu verò cum Pignatellio viribus iunctis, finitimis huiuſce prouinciæ locis firmatis, atq; ad Regis fidē populis allectis, demum Parthenopem, auxiliares copias contra Guiſium immiſisti, cæteris Regni proceribus conſtantis animi tui, illibatæque in Regē fidei, annis nondum firmatis, atque rebus adeò turbatis, exēplum præbens. Qua indole, quibuſque initiis, quo tandem progreſſura eſſet virtus tua robuſtioribus annis, quibuſque fortitudinis, & claritatis exemplis Aquauiuæ familiæ Faſtos illuſtratura eſſet, & monumenta hiſtoriarum ornatura, ſtatim Italia mente concepit, atque iudicabit ſcilicet, prudentium oraculorum Delphi, Hiſpania, cum tuis humeris, fideique dignitates militares committet, vires magnis quàmuis oneribus nuſquam impares prodituri. Nos autem, tantarum rerum magnitudinem viribus noſtris ſuperiorem nouimus equidem, atque opus non eſſe noſtræ, atq; hiſtoricis, diſertis, ſcil. & eloquentibusq; viris has partes demandandas eſſe, qui parem argumento elocutionem adhibeant, quique tibi ob eximiam tuam beneficentiam, & ſuauiſsimos mores addictiſsimi, tantam laudum tuarum amplitudinem ſimul, & veritatem conſeneſcere, & obſoleſcere in hominum memoria non ſinent; quinimo immortalitati conſecrabunt.

Quæ dum parantur, Tu perge, DVX Excellentiſs. litterarum Patrocinium ſuſcipere, illas ornaturus, illis ornandus. Hoc boni omnes, eruditique ſperant; atque in primis opus à tua benignitate flagrantius expectat foueri, quà à parente ſuo, vetere Aquauiuarum cliente, deſtitutum certum eſt, nec Aſculanis ſuis, quod vellet, daturum eſse nominis vitam, & cariturum ſua, niſi Aquauiuis fontibus irrigetur, æternis immortalis gloriæ incrementis ſemper victuris. Vale.

Aſculi Kal. Sextil. CIƆ IƆCLXXIII.

Illuſtriſs. & Exc. Nomini tuo

Submiſſo, & perenni obſeruantia cultu obſeq.
F. Antonius Auguſtiniani Cœtus, & Caroli
Cedonius Andreantonelli Germani Fratres.

Fr.

Fr. Antonius, & Carolus Celidonius Andreantonelli Germani Fratres

LECTORI BENEVOLO

S. D.

HIſtoriam Aſculanam Sebaſtiani Patrui noſtri trigeſimo poſt illius exceſſum anno in eam lucem prodere nitimur, quam ipſi fortuna, an hominum crimen hactenus invidiſſe fateberis, ſi Auctoris curam, & mentem ſeriò introſpexeris. Conſectatum quippe dicas non locutionis cirrhos, & phaleras (ſuam licet venerem ſtylò ineſſe non deſperamus) ſed caſtum, ideoq; ipſi materiæ aptiſſimum cultum, quo Veritas *naturali ſua pulcritudine aſurgit. Hunc tamen labor herculeus fuit in tenebris, & ſitu tandiù retento volumini reddere; ipſius enim carceris, ne dicam cuſtodis iniurià sic ſqualebat inconditum, vt penè ſolutæ, & diſiectæ compagis reconcinandæ ſpem abiecerimus; ac niſi in Patriam, & patruum amor feſſum animum fouiſſet, interire rurſum, & ſilentio mergi debuerat qualiſcunque hic longæ ætatis, & acris ingenij labor, atque non tam Aſculanæ Vrbis, quàm Samnij totius, & Marſorum nobile monumentum. His adde ſcriptionis ſalebras, & lacunas, quaque ipſe reprobatis alato (ut ita loquar) calamo ſuperinduxerat; quæ marginibus interdum demandata, & aſteriſcis, radijſve indicata, difficilè recolligebantur; multa præterea quæ reluctante liturà divinari, & coniecturis eruta reponere cogebamur. Hęc inquam adde mi Lector; & ſi quæ vel ſenſus, vel ordo claudicare videbitur, non in Patruum, ſed in nepotes culpam reijcias rogamus; niſi potius in tanta ſemitarum ambage & nos devios aliquando excuſatos habere velis; & Vale.*

IN-

INDEX AVCTORVM

A

Antonius Bonſinius.
Appianus.
Artmandus Chiludel.
Antonius Delphinius.
Aggenus.
Annius Viterbienſis.
Alexander ab Alexandro.
Aggenus Vrbicus.
Auſonius.
D. Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Antonius Pius.
Actius Sincerus Sannaz.
Æneas Siluius.
Abbas Trithemius.
Alphonſus de Caſtro.
Antonius Senenſis.
Antonius Melior.
Annibal Carus.
D. Antonius.
Andreas Eborenſis.
Arnaldus Pontanus.
Agellius.
Auguſtinus Tornellus.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Turonus.
Aſinius Pollio.
Antonius Mancinellus.
Antonius Pedianus.
Adolphus Occo.
Antonius del Rè.
Antonius Franciſcus Cirnus.

B

Baſinius.
Breuiator Stephani.
Bartholomæus Spina.
Boccacius.
Blondus Foroliuienſis.
Baronius.
Banius.
Bollarminus.
Beroſus.
Benedictus à Podio.
Bellinus.
Baldus Salcianus.
Bzouius.
Baptiſta Fulgoſius.
Baro Suuatzenarij.
Brutus.

C

Cluuerius.
Caſella.
Cato.
Canonum Concordantia in Vaticana Bibliotheca.
Caius Baſſus.
Callimachus.
Cælius Rhodiginus.
Capitolinus in Gordianis.
Caſſaneus.
Caſſiodorus.
Criſpus Salluſtius.

Chro-

Digitized by Google

Index Auctorum.

Chronologiſta Minoritarum.
Cęſar Franciottus.
Concilium Chalcedonenſe.
Concilium Neapolitanum.
Camillus Camillius Neapolit.
Cyprianus Manentes.
Carolus Baſsius.
Ceſtius Pius.
Corius.

D

Dioniſius Auctor Romanorum antiquitatum.
Dantes.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Delphinius.
Dio Caſsius.
Dionyſius a S. Homero.
Dominicus Cęſarius.
Dio Nicæus.
Dioſcorides.

E

Vtropius.
Equilinus.
Euſebius Panfilus.
Epiſcopus Viriaquenſis.
Enagrius.

F

Franciſcus Gonzaga.
Frontinus.
Flauius Vopiſcus.
Feneſtella.
Franciſcus Robortellus.
Franciſcus Adamus.
Franciſcus Pamphilus.
Flavius Vopiſcus.
Fonticulanus Garimbertus.

G

Gracus Auctor.
Gallanus.
Georgius Gualterius.
Giraldus Ferrarienſis.
Gruterus.
Georgius Valterus.
Godeſcalchus.
Gelſominus.
Geſnerus.
Gabriel Barletta.
Gilbertus Genebrardus.

H

D. Hieronymus.
Hyginus.
Holoadarum.
Hirtius.
Hortenſius.
Hibernus.
Hieronymus Cardanus.
Horatius Flaccus.
Hieronymus Bardus.
Horatius Turſelinus.
Hector Pintus.
Homerus Tartara.

I

Ioannes Iuuenis Tarentinus.
Ioannes Camers.
Ioannes Buterus.
Ioannes Raniſius Textor.
Ioannes Maria Cataneus.
Iuuenalis.
Ioannes Michael Pius.
Iacobus Bergomenſis.
Iacobus Sannazarius.
Ioannes Kenchenius.
Iouius.

Ioannes

Index Auctorum.

Ioannes Laziardus.
Ioannes Zonaras.
Iacobus Gordonus Leſmoreus.
Iulianus Auguſtus.
Iodocus Badius.
Iuſtinus.
Ioſeph Iud[illegible].
Iuſtiniani [illegible]eratoris codex.
Ioſephus Scaliger.
Ioannes Petrus Contarenus.
Iacobus Nardus.

L

Lucanus.
Leander Albertus.
Lucius Florus.
Lipſius.
Leo Oſtienſis.
Lucius Cælius.
Lactantius Firmianus.
Ludouicus Dominicus.
Lazius.
Lucretius.
Ludovicus Zacconius.
Lucas Vadingus.
Ludovicus Iacobillus Fulginas.
S. Leo Papa.
Ludouicus Arioſtus.

M

Marc. Valerius Martialis
Munſterus.
Merula.
Marius Niger.
Mela.
Modeſtus.
Marlianus.
Macrobius.
Mancinellus.
Martyrologium Romanum, & & Germanicum.
Marinus Tuſus.
Monaldus Monaldenſis.
Maltempius Peruſinus.
Marſilius Picinius.
Martinus del Rio.
Marcellus Ioannettus.
Marcus Antonius Coccius.
Matthæus Bonſinius.
Marcus Lepidus.
Maſſurius.
Mambrinus Roſeus.
Mutius de Mutijs.

N

Nicolaus Marſeti.

O

Ortelius.
Ovidius.
Octauius Humilis.
Oſtienſis.

P

Procopius.
Ptolomæus.
Parmenſis.
Paterculus.
Plutarchus.

Petrus

Index Auctorum.

Petrus Candidus.
Pius Auguſtus.
Pius Pontius.
Polybius.
Petrus Crinitus.
Pignorius.
Philalethes Philippenſis.
Pompeius Vgonius.
P. Victorius.
Petrus Scriuerius.
Priſcianus.
Plautus.
Petrus de Natalibus.
Piſaurenſis.
Piſaurenſis.
Piſanus.
Paulus Regius.
S. Proſper Aquitanicus.
Poſſeuinus.
Picus Mirandulanus.
Pædianus.
Platina.
Petrarcha.
Petrus Opmeerus.
Pacificus Maximus.
Paulus Noxius.
Pompeius Trogus.
Paſtrigius.
Paruta Venetus.
D. Petrus Damianus.
Philippus Alexandrinus.

Q

Q. Sept. Florens Tertull.
Quintilianus.

R

Raphelengij.
Robortellus.
Reſendius.
Renatus.
Riccardus Streinius.
Robertus Goltzius.
Rocchus Pomponus.

S

Strabo.
Silius.
Sigonius.
Summantius.
Sanſouinus.
Solinus.
Scipio Mazzella.
Sextus Pompeius.
Seruius.
Siſenna.
Streinnius Baro.
Stucchius.
Steunecchius.
Suetonius.
Suida.
Surius.
Scipio Ammiratus.
Stephanus Viriandus Pighius.
Scotus in Chronologia.
Sextus Ruffus.
Simonetta.

T

Tertullianus.
Theatrum orbis.

Index Auctorum.

Tacitus.
Taſſus.
Toloſanus.
Thomas Bozius.
Theodoretus.
Tuſignanus.
Thomas Garzonius.
Tranquillus.
Theodoſii Imper. codex.

V

V*Arnefrido.*
Vegeſius.

Virgilius.
Vrbicus.
Valentinus Leuita.
Vrbevetanus.
Vadingus.

X

X*Iphilinus.*

Z

Z*Ephiriel Thom. Bovius.*
Zaccharias Vicentinus.

NOI

Digitized by Google

NOI REFORMATORI.
dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per Fede del Padre Commiſſario del Sant'Officio nel libro intitolato *Aſculi Hiſtoriæ Libri quatuor. Item Aſculanæ Eccleſiæ Hiſtoriarum*, Auctore Sebaſtiano Andreantonelli, non eſſerui coſa alcuna contro la Santa Fede Catolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza à Matteo Cadorino di poterla ſtampare; oſſeruando gl'ordini &c.

Data à 10. Decemb. 1672.

(Aluiſe Contarini Cau. Pr. Ref.
(
(Pietro Baſadonna Cau. Pr. Ref.

Angelo Nicoloſi
Segretario.

✠✠ 2 *Erro-*

Errores.	*Corrige.*	Pag.	lin.
onores	orationes	1	18.
finunt	ſinunt	ibid.	24
deſcribendæ	de ſcribendæ	3	13
Pelagium.	Pelagum	11	17
Domunulæ	Domunculæ	12	13
Bauius	Banius	14	24
Potlus	Potiùs.	15	36
Pteſulis	Preſulis	17	26
Sttabo	Strabo	19	26
pritiſſimus	peritiſſimus	21	19
quodam	quadam	ibid.	20
Faurenti.	Laurenti.	ibid.	34
DLXVII.	MDLXVII.	32	ult.
MCVIII.	MDVII.	ibid.	ibid.
vota	vocitata	37	2
bonis omiſſis	boni ominis	56	22
Iuuenali	Iuuenalis	57	18
nonorem	honorem	59	34
reponi debet	OPTATÆ	61	11
PLEGANTI	ELEGANTI	62	10
PoſteRiſque	Poſteriſque	ibid.	19
Suſij	Luſij	63	11
X DECVR.	DECVR.	68	29
PETO	PÆTO	69	1
Vinum	Virum	83	14
miuis occurrit.	minis occurrit	91	28
ordini.s	ordinis	98	18
Suetonicus	Surtonius	99	29
pariere	pariete.	109	16
laudar	laudant	192	37
accederenuerit	accedere renuet	231	vlt.

PER

Digitized by Google

PER LA HISTORIA D'ASCOLI

Scritta dalla Felice Penna del Signor

SEBASTIANO ANDREANTONELLI

CANONICO ASCOLANO

SONETTO.

GIà del Tempo vorace il fiero dente
D'ASCOLI nelle glorie incrudelìa;
E già, non men che l'huomo, in lui morìa,
Dall'ingordo corroſo, il marmo algente.

Sù le auite grandezze Oblio inſolente.
Vna nebbia oſcuriſſima nodrìa;
E le belle memorie, onde fù prìa,
Quello al Mondo ſi chiaro, eran già ſpente.

Quando à diſotterrar, ciò ch'anni, e luſtri
Tanti puoter coprir, sforzo non lieue,
Sparſe SEBASTIAN, ſudori induſtri.

Or ſe, mercè di ſua virtù, non beue,
Lete di ſua gran patria i fatti illuſtri,
Più ch'al ſuo Fondatore ella à lui deue.

Sertorio Orſini Can. Lettore delle Meteore
nello Studio di Padoua.

IN

IN AVCTORIS LAVDEM ELOGIVM.

SEBASTIANVS ANDREANTONELLVS
Inter Oratores diſertus,
Fidelis inter Hiſtoricos,
Inter Poetas amęnus,
Plurimorum ingenia collegit in ſuo
Sed illum
Nec tot dotes accepere tumidum,
Nec fecere.
Ex Aſculano Solo
Animum nactus ingentem,
Sapientia Nobiliores Italiæ Vrbes impleuit.
Miletum accitus
Ab Epiſcopo Cappono
Sanguine, & virtute ſibi coniunctiſſimo,
In Sacri Atlantis ſuffragium
Nouus aduolauit Alcides.
In Neapolitanam Academiam
Omnium Votis adſcriptus,
Vtique ſe probauit Sirenem;
Sed cantu, non fraude.
Romæ! dubites
An maiorem ex Humoriſtarum Academia retulerit,
An hæc ei contulerit dignitatem.
Ibi Ciampolo apprime carus,
Quià ſimillimus,
Ab Vrbano Octauo
Plurimis laudibus ornatus,
Et maiori beneficentia decorandus,
Niſi cita mors

Se-

Digitized by Google

Sebaſtiano Vitam,
Virtuti mercedem,
Principi liberalitatis ſcopum abſtuliſſet.
Sebaſtianum
In hoc conſeſſa eſt fortuna magnum,
Vt cum adhuc viuere per ætatem poſſet,
Per virtutem deberet,
Vix ad nonum luſtrum eius Vitam produxerit,
Sed virtus addidit, quod ſors ademit:
Viuit enim, & viuet
In tot Sapientiæ monumentis;
In melicha, & lirica Poeſi,
In hac eruditiſſima
Hiſtoria qua
Aſculanæ Vrbis nobilitatem
Ex latebris antiquitatis primus extraxit.
Sic Vitam à Patria acceptam
Patriæ nomini rependendo
Suam, & Patriæ reddidit Immortalem.
Eius tamèn, & Patriæ acerbiſſimo fato,
Hanc Hiſtoriam
Cum Sebaſtiani Vita extinctam defleuimus;
Sed diù latuit, quià Theſaurus,
Diutius non latuit, quià Veritas.
Felix Ciuitas
Quæ cum ſcribenda feciſſet,
Ciuem promeruit,
Qui ea legenda ſcriberet.

Illuſtriſs. Com. Saladini Aſculani,
Abbatis.

IN

IN
AVCTORIS LAVDEM
ELOGIVM.

SEBASTIANVS ANDREANTONELLVS
Inter Oratores diſertus,
Fidelis inter Hiſtoricos,
Inter Poetas amęnus,
Plurimorum ingenia collegit in ſuo
Sed illum
Nec tot dotes accepere tumidum,
Nec fecere.
Ex Aſculano Solo
Animum nactus ingentem,
Sapientia Nobiliores Italiæ Vrbes impleuit.
Miletum accitus
Ab Epiſcopo Cappono
Sanguine, & virtute ſibi coniunctiſſimo,
In Sacri Atlantis ſuffragium
Nouus aduolauit Alcides.
In Neapolitanam Academiam
Omnium Votis adſcriptus,
Vtique ſe probauit Sirenem;
Sed cantu, non fraude.
Romæ! dubites
An maiorem ex Humoriſtarum Academia retulerit,
An hæc ei contulerit dignitatem.
Ibi Ciampolo apprime carus,
Quià ſimillimus,
Ab Vrbano Octauo
Plurimis laudibus ornatus,
Et maiori beneficentia decorandus,
Niſi cita mors

Se-

Digitized by Google

Sebaſtiano Vitam,
Virtuti mercedem,
Principi liberalitatis ſcopum abſtuliſſet.
Sebaſtianum
In hoc confeſſa eſt fortuna magnum,
Vt cum adhuc viuere per ætatem poſſet,
Per virtutem deberet,
Vix ad nonum luſtrum eius Vitam produxerit,
Sed virtus addidit, quod ſors ademit:
Viuit enim, & viuet
In tot Sapientiæ monumentis;
In melicha, & lirica Poeſi,
In hac eruditiſſima
Hiſtoria qua
Aſculanæ Vrbis nobilitatem
Ex latebris antiquitatis primus extraxit.
Sic Vitam à Patria acceptam
Patriæ nomini rependendo
Suam, & Patriæ reddidit Immortalem.
Eius tamen, & Patriæ acerbiſſimo fato,
Hanc Hiſtoriam
Cum Sebaſtiani Vita extinctam defleuimus;
Sed diù latuit, quià Theſaurus,
Diutius non latuit, quià Veritas.
Felix Ciuitas
Quæ cum ſcribenda feciſſet,
Ciuem promeruit,
Qui ea legenda ſcriberet.

Illuſtriſs. Com. Saladini Aſculani,
Abbatis.

IN EVNDEM AVCTOREM
ELOGIVM.

Tenebricoſa obliuio diſpelle tenebras,
Tuque elinguis taciturnitas eſto loquax.
Non ſolum Meſſenia.
Quin & Aſculana marmora fiunt vocalia.
At quis Phœbeam illic ſtitit [illegible]ra[illegible]!
Apollinis, & Mnemoſynes fi[illegible]us
Sebaſtianus Andreantonellus Nobilis Aſculanus
Canonicus, Protonotarius Apoſtolicus
Generalis Miletti Vicarius
Princeps Academiæ Rom:Neapol:& Aſcul: Apollo
Inclytus Hiſtoriæ Aſculanæ Scriptor
Fidus faſtorum conditor;
Quippe
Triginta poſt obitum annos exoritur
Glorioſus Vrbis ſuæ inſtaurator
Summorum ex gente ſua virorum æmulator
Et in primis Sebaſtiani Proauî
Qui Adriano Sexto ante, & in Pontificatu à ſecretis
Vncum donatum familiæ inſignibus ſuper colles firmauit
Et ſyderibus inſeruit ſuis: vt diſcerent poſteri
Arcanorum fida cuſtodia, Principum corda uncinatim
Capi vinciri:
Tantum ille virum ſuæ gloriæ habuit Miltiadem.
Auitæ enim virtutis æmulus
Impiger, inquies progenitum exæquare enixe anhelauit
Ac ut è tenebris luculentior effulgeſceret
Patriæ rudera, ſilentes ciuium manes
Vita reduce donauit, æternauit
Diſce Lector
Nos non nobis naſci
Sed amicis parentibus, & in primis Patriæ.

Iacobi Cadenedi in Academia
Patauina, Phil. Ord. Profeſſ.

SE-

Digitized by Google

ASCOLI SOSPIROSA

Per la perdita del feliciſs. ingegno di

D. SEBASTIANO ANDREANTONELLI

NOBILE ASCOLANO,

Canonico, e Protonotario Apoſt.

ERVDITISSIMO

Antiquario, Hiſtorico, e Poeta.

O D E.

GIà che l'ineſorabile à viuenti,
Con la falce tiranna ogn'hor attende,
Ed' il mortale d'erudir pretende,
Che inſeparabil ſien gioie, e ſcontenti.

ASCOLI tù, che dalle ſtelle haueſti
Con' inclito natal Ciel ſi benigno;
Tù ch'ai potuto partorir quel Cigno,
Che nel Ciel della gloria orna i tuoi geſti.

Già ch'Atropo crudel, inuida Cloto
Lo rapì da mortali, e'l chiuſe in Tomba,
Fatta di ſue virtù fulgida tromba
Nelle ſue lodi il tuo ſplendor fà noto.

Piangi

Piangi l'occaſo in ſi grand'huom, ſoſpira
L'alta perdita tua; dì pur ch'el Cielo
Preſtando alma celeſte in fragil velo,
A rapir ciò ch'è ſuo cauto n'aſpira.

Mà le lacrime pie Patria dolente,
Rubban gl'encomij al tuo facondo labbro;
Dunqu'io in tua vece, ancor che rozzo, e ſcabro
Del mio Tullio Aſcolan tutto languente.

Dirò, che nel ſuo April le sfere erranti
Fermaro il moto à dolci ſuoi concenti;
Dirò ch'inuidia à ſenſi ſuoi pungenti
Naufragata reſtò ne proprij pianti.

Dirò, che de Licurghi, e de Soloni
Oſcurò i nomi nelle leggi ancora;
Dirò, che le ſue Porpore l'Aurora
Al Tebro tributò per fargli doni.

Così tanti di gloria raggi ei ſpande,
Ch'il nome ſuo non può temer occaſo,
Anzi dalla ſua penna è tal rimaſo,
Che viurà fin ch'il Sol luce tramande.

Mentre della ſua Patria i fregi eſpone,
E l'origine ſua trahe dall'oblio,
Ben conoſcer ei fà con genio pio
Ch'el Piceno produr ſeppe il ſuo Anfione.

L'alto ſplendor de Barberini in Roma
Lò bramò; mà reo Fato oh Dio! non volſe:
Spietata morte al mondo, e à lui lo tolſe,
E tolſe l'Oſtro alla ſua dotta Chioma.

Però

Perdita amara! già Permeſſo ſente
  Nelle perdite altrui perſo ſe ſteſſo;
  Già il luminoſo Dio treccia il Cipreſſo
  Al crin, l'amata fronda ei non conſente.

Patria, ch' à ſi gran figlio deui tanto,
  Ben con ragione il làcrimare hai pronto;
  E ben gemendo à tuoi ſoſpiri il Tronto,
  Dalle viſcere ſue tramanda il pianto.

L'opre ſue tante gemme à i furti eſpoſte
  Dieron brama penoſa al mondo tutto;
  Mà chi bramò dell'altrui meſſe il frutto
  Sà dir con ſuo roſſor quanto gli coſte.

CARLO ſplendor de gl'Aui à niun ſecondo
  Di ſua nobile ſtirpe almo Nipote,
  Fù, che l'opere ſue ci fece note,
  E arrichir volſe il letterato Mondo.

Nell' Antenoreo Ciel oue s'impreſſe
  Caratteri di gloria al tuo gran Zio,
  Nobil CIDONIO ammirator fatt'io,
  Sol con ſilentio hò le tue lodi eſpreſſe.

Mà s'vn dì fia che de Pimplei teſori
  Arricchito ſen vadi il Plettro mio,
  Al nome tuo, che sà fugar l'oblio
  Vuò intrecciar d'Aganippe i più bei fiori.

Ver'è, che rozza mente, alma confuſa
  Rammemorar mal può l'opre ammirande;
  Pur'ancor di te ANTONIO, anima grande,
  Il mio Plettro oſſequioſo, e la mia Muſa

Dirà,

Dirà, che per formarti il Cielo ſcelſe
(Pompa di Paradiſo) il più bel miſto;
Che in grembo d'Agoſtin fatto di Chriſto,
Hai virtudi, coſtumi, ed'opre eccelſe.

E ben di ſi Gran Zio Nipoti egregi
La Patria vi decanta, e inſieme honora;
E, in la memoria acerba, che l'accora
Riſtoro altro non hà, che i voſtri fregi.

Dunque à ſi degni Figli il Cielo ordiſca
Con benefica man Neſtoree tempre;
E all'ingegno diuin, che vegliò ſempre
Patria per te, tue lodi mai finiſca.

Honora le grand'oſſa ASCOLI, e ammira
Le glorie tue nella ſua penna illuſtre
E s'egli in te, per te ſempre fù induſtre,
Tù piangi lui, per lui ſempre ſoſpira.

Domenico Vrbani Veneto.

Digitized by Google

SEBASTIANVS ANDREANTONELLVS

Poeta primi nominis laudatur

EPIGRAMMA.

IMplorant Vates facundi Numina Phœbi,
Vt poſſint verſus condere dulciſonos;

Aſt ego non alium, ſolum te deprecor unum,
Vt mihi ſcribenti dexter adeſſe velis.

Os alij cupiunt Sacris immergere lymphis,
Extet ut æternum nomen in orbe ſuum;

Aſt ego ſi cupio præcox componere verſus,
Sat fuerit fontis paruula gutta tui.

Ignatij Odoardi de Cattalinis.

In Auunculum Auctorem
ELOGIVM.

Elogio prænotari
Hæc Hiſtoria nequaquam indiget;
Ipſa ſe citra iactantiæ notam
Satis commendat.
Patriæ laudes dùm narrat Auctor,
Explicat ſuas,
Quæcunq; Hiſtoricum ornare poſſunt
Perſpicuitatem, elegantiam, fidem.
Certant verba cum rebus.
Neſcias
Illane ſint cultiora
An hæc mirabiliores;
Felicior ne argumento ſcriptor fuerit,
An laudabilior ſtylo.
Illud certè conſtat,
Neque huiuſmodi calamo
Digniorem hiſtoriam,
Neque huiuſmodi hiſtoriæ
Nobiliorem calamum
Contingere potuiſſe.

Seraphini Prioris Marcolini

In

Digitized by Google

In conſanguineum Auctorem
EPIGRAMMA.



ILuſtres Trabea Aſculeos, diademate claros,
Prætores numeras, purpureoſque patres.

Paſtores iungis, Mythraque, pedoque ſuperbos.
Marte feros ſocios, Pontificeſque pios:

His longum annectis pacatæ Palladis agmen,
Geminis nec altos fauis ire ſinis.

Digeſta heu mira ſunt ordine cuncta; relictum
Sed video inſignem pluribus eſſe virum.

Quem quibus adſcribent ſeri poſt fata nepotes,
Neſcio nunc poſſit infula, Pallas habet.

D. Emygdij Capponij
[illegible] Aſculani.

In Auunculum Auctorem
EPIGRAMMA.

ASculei gaudete Viri, ſi gloria veſtræ
Vos tangit gentis, decus & Vrbis honos;

Gaudete, & patrios dùm commemoratis honores.
Quos inter vobis cernitis eſſe locum,

Andreantonellus, celebris vir, dicite, neſcit
Illuſtres inter ſe quoque habere locum.

Io. Baptiſta Martolini

IN

Digitized by Google

IN EVNDEM AVCTOREM
ELOGIVM.

Audi, qui ſubiectos circunſpicis characteres
SEBASTIANI ANDREANTONELLI
Indoles, & fama merentur plauſum tuum,
Citra iactantiam, non citra ſtuporem.
Illi Patria Aſculum, Heroum Vrbs fuit,
Argumentum ſcribendi Nobilitas Aſculana.
Heroicum Scriptorem heroica facta commendant.
Pari pietate, ac doctrina
Canonicum egit, ac Iuriſconſultum.
Habuit pro inſignibus,
Hoc eſt pro ſymbolis magnitudinis ſuæ,
Primum tres Montes, vt conſtaret
Non vnam, ſed triplicem illius excelſitatem
Familiæ, Ingenij, Probitatis,
Deindè Vncinum, hoc eſt
Vinculum Immortalitatis,
Ab Adriano VI. Pont. Opt. Max. Genti ſuæ tributum,
Non ſine omine,
Vt tres Stellas cum tribus Montibus,
Hoc eſt Cœlum, & Terram coniungeret,
Diſce
Nihil altius eſſe Montibus, ac Stellis
Nihil ſublimius indole Sebaſtiani Andreantonelli.

Vliſſis Leonelli.

IN

7-1-B-5


ANDREANTO NELLVS CAN.ASC
TIS CON SVLTVS ÆTATIS SVÆ XLIX SEBASTIANVS
Vultum non animi dotes expreſsit Apelles;
Non sequitur corpus, preit at umbra suum.
Tempora quę facis instar collustrat auorum:
Hęc sol fit scriptis docte Tonelle tuis.

Google

SEBASTIANI ANDREANTONELLI

IVRISP. ASCVLANI,

Aſculanæ Hiſtoriæ

LIBER PRIMVS.

NAtura quiſq; mortaliũ ad gloriã trahitur ; acriori tamen ſtimulo , cui oculis imitanda exempla domeſtica obiecta ; *alit enim,* inquit ille, *æmulatio ingenia, & nunc inuidia , nunc admiratio incitationem accendit , maiorumque laus, poſteris quaſi lumen eſt.* Indè mihi conſilium , noſtrorum geſta , ſparſim apud varios Auctores obuia, ſcriptis mandare , vt priſca impellente virtute , ad præclara facinora excitetur ſera poſteritas. Doceor, id exemplo multorum ; nulla ſiquidèm apud Italos alicuius nominis ciuitas , quæ ſuam non prodat hiſtoriam . Noſco equidem me in re huiuſmodi tractanda rudem penitùs , & ignarum , domeſticiſque negotijs ferè peſſundatum , quæ me maximè a quiete, & hiſtorijs auocant . Nullum tamen laborem tanti æſtimo, qui amorem erga Patriam, & officij mei curſum interrumpat, cuius amore nemini cedo. Quapropter, non tantam à Criticis me cenſuram ſubiturum confido , ſi minus

aptè, nec graui adeò ſtylo rem arduam proſequar; ſoli etenim Patriæ meæ, ſuam vtcunque deſcriptam hiſtoriam enixè efflagitanti, placere, parereque ſtatuo, nec laudem apud exteros quæro. Opus equidē, ingloriosū, ità operosū aggredior, nullo huius argumenti alio præeunte ſcriptore: nam diù quæſitum Antonij Bonfinij de Patria hiſtoria volumen, quod à ſe editum, Beatriciq; Hungariæ Reginæ inſcriptum, dicatumque ipſe aſſerit, nuſquam adhuc inuentum; & in Vrbe hac noſtra, incenſa multoties, & euerſa penitùs, pauca vetera epigrammata integra; exeſæ inſcriptiones omnes, obliteratæ icones, diruta Deorū tēpla, atq; omnia antiquitatis monumēta deuaſtata proſtāt. Deſideramus inſuper, nec ſinè ſtomacho, aut mœrore Volcaſiū Elpidiū, ſiuè L. Ottacilium Pilitum, qui de Cn. Pompei, Strabonis Magni Patris rebus aduerſus noſtrates geſtis, in bello ſociali, cumulatiſſimè, diſertiſſimèque ſcripſerat. Deſideramus eloquentiſſimi Viri ciuis noſtri T. Betutij Barri Orationes, quarum ex lectione fortaſsè non pauca ſcitu digna decerperemus. Deſideramus T. Liuij Patauini, inter alia, etiàm quæ de bellis Picente, & Marſico ſcriptis iam mandauerat. Deſideramus denique Armignacam Cuprenſem, rhetorem, qui Firmanorum, noſtrorumque factiones literis conſignarat. Sed hæc maximè deplorantur Patriæ meæ fata, quod proprium quemq; ſcriptorem diutius ſuperſtitem non ſinunt. Opus idcircò operoſum aggredior: nam veluti corpus ex mēbris, ex variorum ſcriptorum minutulis fragmentis illud compaginaui. Hiſtoriam ne auſim inſcribere? quid ni? Scrupuloſè minus, minuſuè ſuperſtitioſè vſurpato nomine? Aggredior itaque, non vna de cauſa; ac primum Patriæ conſulere, Ciueſque meos facta maiorum docere propoſui. Indè ad hiſtoriam contexendā me impulere temporum corrupti mores; ſatiùs namque eſſe duxi, modico, ciuiliq; cultu contentum viuere, quam bona animi, turpi quæſtu, litibus iudicandis, peſſimo exemplo fœdare; quis namquè tam hebes, tamquè iudicij expers, qui in iudicijs pleraque officijs, fędis prenſationibus, & gratia tranſigi non videat? Relicto igitur foro, intermiſſiſque cauſarum actionibus, animum ijs mitio-

Bōfinij Aſculana hiſtoria non inuenitur

Aſculū multoties incēſum.

T. Betutij Barri oratores deſiderant.

T. Liuij deſiderantur quę ſcripſit de bello Picente & Marſico.

Armignaca Cuprenſis Firmanorū Aſculanorumq; factiones literis conſignarat.

Digitized by Google

mitioribus ſtudijs lubens appuli, atque vtinam Magiſtratum nunquam geſſiſſem; voluntati namque alienæ dum ſedulò placere ſemèl ſtudui, vt omni æuo mihi ipſi diſpliceã, neceſſe eſt. Ad hæc deniquè pertractanda properanti mihi addit calcar nonnullorum arrogantia, atque inſcitia, qui profectò publici vt Hiſtoriographi habeantur, innumeras in ſua volumina ineptias intrudunt. Quare meos ab iniurijs vindicare, Patriæ dignitatem reſtituere, ſcribentium temerè, ac inſulsè errores minimè reticere, veritatemque omnibus notam facere, non indignum bono ciue, ſin minus, bono hiſtorico exiſtimaui; illa tamen in omnibus moderatione adhibita, vt nihil, quod ab alijs probatum non ſit, huic operi inſeram. Hęc deſcribendę hiſtoriæ ſuſcepta prouincia. Nunc verò non abs re fuerit, ſi quędam de ſitu, ſoli vbertate, aquarum copia, aeris temperie, indeque incolarum moribus præmittantur; rectè ſiquidem tum Veteres, tum Recentiores hiſtorici, locorum poſitionem, rebus quæ in eis geſtæ fuerunt præmittere conſueuerunt. Et quoniam vetuſtas, ipſa, rerumquè remotiſſimarum ignorantia, earumque cognoſcendarũ cupiditas id poſtulat, altius quædã repetam, & quidẽ perquiſita, ac eruta longo ſtudio, magnaque antiquitatum inueſtigatione, & cura. Nec vitio mihi dari velim, ſi, de Patrię natali antequam verba faciam, quo præcipuo ſcribentes illam vocent nomine, indicem. Varij namquè varia nuncupari nomenclatura cenſuere. ASCVLVS maſculini eſt generis Procopio, & Vuarnefrido. ASCVLON legitur apud Parmenſem Baſinium. ASCLON apud Ptolomæum, Strabonemque, Græcos Auctores. ASCLVS, referente Cluuerio in antiqua Italia, apud Stephani Breuiatorem, in hæc verba *Aſclus oppidum Italiæ*, auctore Dionyſio, Romanarum Antiquitatum Lib. 1. dicitur etiam neutro genere vnde gentilitium ASCLITES; at mendum apertum his verbis ineſt; nam Dionyſio Libro 1. nulla omninò fuit cauſa nominandi vrbem hanc. Cęterum itinera in tabula viſuntur iſta. ASCLO PICENO PAVSVLAS XIIII. FIRMO PICENO PAVSVLAS XV. Aſclũ, primę ſyllabæ, V eliſo, metri cauſa habetur apud Siliũ

Aſculi varia nomenclatura. Procop. Vuarn. Baſin. Parm. Cluuer Dionyſ Lib. 1.

Sil. Lib. 8.

Digitized by Google

Secundi belli Punici Lib. viii. his verbis.

Et inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.

Aſculũ ab Æſi dictum Aſilum

Apud quem notatur etiàm vocatum antiquitùs ab ASI, Pelaſgo duce, ASILVM, in hæc verba.

Ante (vt fama docet,) tellus poſſeſſa Pelaſgis,
Queis ASIS regnator erat, fluuioque reliquit
Nomen, & à ſeſe populos tum dixit ASILOS.

Dictũ Arpinũ ſed male. Dictũ Aeſculum. Dictũ Eſculũ.

ARPINVM, legit Vir ſimplex quidẽ Franciſcus Gonzaga, at natali, ſanctitateq; illuſtriſſimus (nullo probato auctore) in Seraphica hiſtoria, ÆSVLVM Sigonius habet, & Ortelius. ESCVLVM, ſcriptitatum rudi ſeculo, vndè lapides gothicis characteribus inſculpti, tum in pomerio Iulij Pariſiani Vincentii f. tum in mœnibus propè CAPSARVM. Primus.

In Dei nomine amen. Anno D.
MCCLXXXXII. Tempore Domini Vbaldi, ... de
Lucca, Poteſtatis Eſuli,
Hoc opus factum fuit.

Alter in hunc modum.

Anno Domini MCCCXIIII.
Arma nobilis, & Potentis
Viri Iohannis Bon..... de
Morontis, de Sancto Elpidio
Poteſtatis, & Capitanei
Inclitæ Ciuitatis Eſculi.

Aſculani ab Eſculo Eſculani dicti.

Vnde ab Eſculo, Eſculani paſſim. In numo etenim argenteo, penes me, ſic legitur. Sanctus Emygdius, & ex aduerſo, de Eſculo. Sic etiam in Toreumate aeneo, penes Petrũ Auguſtinum Petrellium. C. ESCVLANVS. Ciccus videlicèt Eſculanus. Sic itàm ad Soleſtani Portam, in lapide.

INCLITÆ. SOCIETATI. ESCVLANORVM.
ET FIRMANORVM ARMA.

Mart. Lib.8.

Immò ab Eſculo, etiàm deductum Eſculanum M. Valerius Martialis, ità Epigrammate lxxiiii. Lib.4. ad Eſculanum

Mentitur Eſculane: non habet dentes.

EXCVLVM legit Bartholomæus Spina, dum in Ciccum in-

Digitized by Google

inuehitur maledictis. ESCOLVM, vno tantum in Lapide inueni ad dirutum Sancti Spiritus Monaſterium, in mœnibus ità.

Bartol. Spina legit. Exculũ Legitur etiam Eſcolũ.

Hoc opus factum fuit ſub
Anno Domini MCCLXXXVIIII.
Indictione ſecunda, tempore
D. Nicolai PP. IIII & tem-
pore Domini Boni Iohannis Epiſcopi
Eſcoli, cum reliquis.

Extat Aſculum apud candidos Auctores, vnde oppidani antiquis inſcriptionibus, latiniſque ſcriptoribus, ASCVLANI, ſiuè ASCVLANEI, vt capitolinis in tabulis, & ASCVLEI apud Lucanum ASCVLANENSES, apud Paterculũ. Caſella verò ab Æſculis arboribus, in quibus plurima picus, in Vrbis fundatione conſedit, præmiſſa, AE, diphtongo, pro loci dignitate AESCVLVM, autumat ſcribendum; quo nomine itidèm ex nõnullorum ſententia appellari debere, contendit Leander Albertus, & qui illum ſequuti ſunt Recẽtiores nonnulli; cæterum id occaſione diuerſa, ne (inquiunt) cum Aſculo, Apuliæ Oppido confundatur. Extat huius Vrbis mentio apud Plutarchum, in vita Pyrrhi, L. Florum de bello Tarentino, Appianum, Bellorum Ciuilium Lib. I. Frontinum Lib. Stratagematum II. Cap. III. numero 21. & alios. Hinc obiter cenſura dignus Ioannes Iuuenis Tarentinus, qui iuuenili fortaſſe deceptus inſcitia, Aſculum, Apuliæ Oppidum, vel cum Aſculo noſtro confundit, vel prò noſtro vſurpat, dum Pelignorum Vrbem hanc prædicat. Ità Iohannes Camers notis ad L. Florum, Aſculum furatur Apuliæ; licet ego, prò Aſculo, Apuliæ Oppido, reponam Auſculum.

Lucan. Paterc. Caſella. Aeſculũ ſcribẽdum autumat Caſella. Lean. Alb. Aſculi mentio varia & apud quos. Plut. L. Flor. Appia. Front. Io. Iuu. Tarent. Io. Camers.

Sextus enim Iulius Frontinus, cum de Apuliæ Coloniis agit, de huius Oppidi agro ſic ad verbum. *Ager Auſculinus; Lege Sempronia & Iulia eſt aſſignatus, vbi eſt Decimanus in Oriente, Kardo in meridiano, finitur per terminos, & terrarum tumores; aliquibus locis, arboribus ante miſſis, & vijs, ſed & collectione petrarũ, in centurijs ſingulis iugera CC.* hæc ille; qui in aliis quoque terminis aſſignandis, in prouincia Apuliæ, lege, *qua ager Auſculinus,*

Sex. Iul. Front.

nus, fuiſſe terminata, Ardonam, Aſpanum, Conlatinum, ſiue Carmeranum, & Lucerinum, agros, affirmat. Plinius verò, eiuſdem oppidi incolas ſcribit, Auſeculanos: nunc vulgo Aſculum Satrianum, ad noſtræ Vrbis diſcrimen vocitatur; eſtquè tum Epiſcopali, tum principatus titulo inſignitum. Ab Aeſculo, Aeſculani; inde in Apologetico, Aeſculanorum Deam, vocat Ancariam Tertullianus. Caſtrum etiam, apud Cyrnos, appellatur Aſculum, ab Aſculano quodam ſtrenuo milite conſtructum, quod rudiores nunc ASCO', decurtata ſyllaba pronunciant, vt in Chronicis. Eſt & Aſculus, viri nomen, qui Thoriſmundum Gothorum Regem confodit; de quo Antonius Bonfinius, rerum Hungaricarum Decadis 1. Lib. 7. ità *Thoriſmundus Tholoſam victor rediјt, paulò poſt diem obiјt; nam, cum tacta vena, morbi gratia, ſanguinem exhaurit, ab Aſculo cliente, inimicos adeſſe nunciante, ſubactis armis ipſe confoditur.* Et hæc pauca de nomenclatione.

Plin. *Ab Aeſculo dicti Aeſculani.* *Tertul.* *Apud Cyrnos.* *Anton. Bonf.*

In diuiſione ITALIÆ, plerique in Piceno, vnus Cato in MARSIS, non pauci in Aprutio Aſculum poſuere. Vni adhærebo Catoni; Marſi namquè, vt non admodum latis, ſic nec ſatis certis finibus ab antiquis ſunt circunſcripti. Illud verò extra dubiũ eſt, in agro Aſculano, adhùc integra Marſorum ſupereſſe nomina. Vicus eſt, cum Sacerdotio Sancti Stephani, in Marſia, nomine. Eſt & Villa, Marſia dicta. Marſiæ igitur, non anguſtæ vrbis, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in Marſia, propè aquam ſanctam, apparent ruinæ, & maceries; quo loco vetera in dies reperta numiſmata, effoſſa, fictilia, aliaque cernuntur antiquitatum veſtigia; clarumque eſt, primos ab Appiano, Bellorum Ciuil. Lib. 1. Aſculanorum finitimos numerari Marſos; docetque Carolus Sigonius, Marſos, Veſtinos, Marracenos, Pelignoſque populos, inter Picentes, Frentanos, Sabinos, Latinos, Samniteſque medios conſediſſe; & Stephanus, Græcus auctor, vir grauis, Marſos finitimos eſſe Picentibus, & Samnitibus, aſſeuerat. Quocirca (vnius ſi ſub Aprutiј nomine ſuprà iam memoratas rationes complectimur) in Marſis Aſculum extare, non abnuendum: amnis enim, Caſtellanum (quem viridem Summantius, Dantes, Boccacius appellant, ad cuius ripam, ſub

Cato. *Appia* *Sigon.* *Steph. Græcus* *Summ. Dãtes. Bocc.*

dio

Digitized by Google

dio conditum Manfredi Regis cadauer) ab Agro Precutino; Truentum verò, amnis alter, ab agro Piceno Vrbem diſterminat; lego Truentum, neutrius generis, Plinium, alioſque ſequutus: apud Munſterum namquè, & Merulam, Truentus, eſt maſculini generis. Blondus Troentum appellat. Eſt & Truentinon apud Ptolomæum. Truennus Mario Nigro. Druentum, apud Strabonem, & Melam, Droentum in ſcripto perantiquo codice Vaticanæ Bibliothecæ, cui eſt titulus Concordantia Canonum, vt notat, & expungit Baronius, Annalium Tom. 6 ad Chriſti annum CCCCXXXIII. Truen. legitur Aſculi, in quodam peruetuſti lapidis fragmento ità

Truentum. Munſterus. Merulam. Blon. Ptol. Mar. Nigr. Strab. Mel. Baron. tom. 4.

.....DIVS. M. F. MALLEN......
.......TR. MIL. VEL. CEN.....
.......CASTRO. TRVEN.....
FILEIS. VIVA. FE.

Triuntum legit Lipſius, Poliorceticon Lib. IV. vna addita litera, & altera barbara enunciatione vitiata: vulgò enim Tronti, ſiuè Trunti nomen habet, diuerſum à Trionto, ideſt Stylia, Turriæ regionis fluuio; de quo Banius, Antiquitatum Calabriæ Lib. V & à foro Truentinorum, nunc vulgò Bertinoria, in Aemilia prouincia. Nùm igitur errant, qui Aſculum nobiliſſimam Piceni Coloniam, florentiſſimam in Picentibus vrbem, qui in Picentibus, matrem Vrbium, perpetuamquè metropolim, quique Piceni caput vocitant in hiſtorijs? Num lapſi ſunt, qui ab Aſculo Piceno, Picenum, Italiæ regionem denominari exiſtimant? Num etiam decipiuntur, qui vrbem hanc Aprutiorum antiquiſſimam, nobiliſſimamque eſſe putant? Non abnuam; barbaris enim, apud Italos iàm latè omnia dominio, libidineque tenentibus, qui prout Prouinciarum nomina immutantes, earundem etiam limites confuderunt, nullo veterum finium ordine ſeruato, Aſculum in Aprutio extare patet; Marſis verò penitùs deuaſtatis, Marſorumque regione, nec in ipſis Marſis reperta, Aſculum in Piceno ſitũ eſt. Hinc, dilucida magis temporum diſtinctione in Marſis, ad Pici vſquè ætatem, & ſic primo æuo inde, in Piceno, ad Romani vſquè imperij interitum, ac

Lib. pol. Lib. 4.

Aſculũ in Aprutio.

tan-

tandem recentiori ſeculo, in Aprutio rectè à Scriptoribus poni dicamus. Verum hoc non inuoluam ſilentio, antequàm vlteriùs progrediar, Marſos videlicet, Picentes, Samniteſquè ad arma procurrere, vt inter ſuos Aſculum recipiant populos, Marſos inquam, qui Cicerone teſte, Plinio, Vegetio, Modeſto, ac alijs; pugnaciſſimi habiti, de quibus profectò, imo de Aſculanorum potiùs, poſt Bellum Marſicum, triumpho, iſta, ex Petri Candidi verſione, Appianus. *Eſt Marſorum natio bellicoſiſſima admodum, feruntque hac dumtaxat ipſorum culpa triumphum de illis habitum, cum priùs, nequè aduerſus Marſos, nequè ſinè Marſis triumphus vllus actus ſit.* Hæc Appianus, quod & confirmatur apud Velleium his verbis. *Cum id malum in vniuerſa Italia ab Aſculanis eſſet (quippè Seruium Prætorem, Fronteiumque Legatum occiderant) ac deindè, à Marſis exceptum, in omnes penetraſſet regiones, arma aduerſus Romanos cæpit; quorum ut fortuna atrox, ita cauſa fuit iuſtiſſima; petebant enim eam ciuitatem, cuius imperium armis tuebantur, per omnes annos, atque omnia bella;* hæc Paterculus. De quibus etiã apud Leonem Oſtienſem Lib. 1. c 18. dum de Hungarorum in Italiam irruptione, atque Campaniç vaſtatione agit, iſta habentur. *Et indè Victoria elati* (Hungari ſcilicèt) *onuſti præda, Marſorum fines ingreſſi ſunt, & eadem facere cæperunt, incendentes, & depopulantes omnia. Nutu igitur Dei, Marſi, & Peligni in vnum conuenientes, in eos diſpoſitis inſidijs irruunt, & omnibus ferè trucidatis, ingentem prædam retulerunt Quicunque autem ex eis, euaſerunt Marſorum gladios, fuga dilapſi, ad ſuos ſe receperunt.* Hæc Leo. Samnites etiam Aſculum, ſuam metropolim agnoſcunt. Samnites inquam, quibus, ſi fidem fçderis, vt ait Liuij verbis L. Florus, quam ipſi Romani à ſubiectis volebant, ipſi ſubiecti ſeruaniſſent; aut omninò non fuiſſent, aut Samnitum dominatui ſeruiiſſent, Ex quibus etiam ſolis hoſtibus præpollentibus, multiplci tandem clade affectis, ac debellatis proditur, Romanos quatuor ſupratriginta egiſſe triumphos; deque ijſdem, apud Artmandum Siludel, ex Norinberga, de Mundi Temporibus hæc habentur. *Sub Coſſ. P. Cornelio, M. Clorio finitum eſt Samnitum bellum, quod per quadraginta nouem annos durauit, cum multa clade Romanorum; nec vllus fuit hoſtis*

Appianus. Marſorũ natio bellicoſiſſima. Vellei.

Leo Oſtien.

L. Flor.

Art.m Siludel de Norimb.

intrà

intrà Italiã, qui Romanorũ virtutẽ magis fatigauerit. Hæc ille, *Ap-*
ex Eutropio; & apud Appianũ Bellorũ Ciuiliũ Lib. 1. ita Sã- *pian.*
nites, quæ gens priús infẽſa admodũ, & grauis Romanis
fuerat. Picẽtes deniq; Piceni caput, Piceniq; Coloniã no-
biliſſimã, vrbẽ florentiſſimã, ac in Picẽtib' perpetuã Metro-
polim, & Matrẽ vrbium habẽt Aſculũ. Picentes inquã à Pi-
co, aue Marti ſacra ſic dicti, quaſi bellicoſi, & martiales; in
quorum cohorte plus fiduciæ habuit dux ille magnus Gn.
Põp. de quib', nũc vulgò Marchianis dictis, audiamus An- *Ant.*
toniũ Delphinũ de vnica prouinciȩ Marchiȩ nomẽclatura *Delph*
ità affirmantẽ *Auſim affirmare, nullos exercitus colligi ſolere à*
princip:b' in Italia, ſinè Marchianis militib' Qua propter, ſiuè
Picenorũ, ſiuè Sãnitũ Marſorũq; Aſculani ſint populi, eos
fortes, animoſoſq; bellatores agnoſcant exteri neceſſe eſt.

Nũ hæc leuia ſũt noſtrȩ vrbis dignitatũ teſtimonia? Cæ-
terũ, ne prò hiſtorico, oratorẽ ſimul agã, redibo ad vrbis de- *Aſcu.*
ſcriptionẽ. Sitũ eſt Aſculũ humili loco, ad Apẽnini radi- *ſitus*
ces, vbi altiſſimũ quoddã ſaxetũ, Toſio, vulgò nuncupatũ
natura, & arte validũ, muris benè munitũ, duorum curſu
fluminũ, præterquã ad Orientẽ, vndiquaq; vellatũ, quæ
quidẽ humili adeò delabũtur alueo, vt mœnia minime at-
tingãt: ſaxoſȩ etenim, atq; aſperrimæ rupes intermediȩ ſũt:
õni inſuper ex parte Oriẽtali excepta, collib' eſt, montiũq;
& alpiũ inacceſſis adeò circũdatũ, & circũſpectũ iugis, vt
niſi peritũ habeas itineris ducẽ, ad illud difficilis ſit adi-
tus. Hos mõtes, nullis penetrabiles exercitib' autumat Stra- *Strab.*
bo. Quod equidẽ municipiũ, in quatuor diu ſũ regiones,
quatuor ſuprà viginti habet vicos, numeratq; lògitudi-
nẽ M. P. I. muro M. M. M. P. cintum, M. M. continet
familias, habitatũ non omni ex parte; verum hortulis, &
pomarijs excultum. Prima Regio Emygdiana, à D. Emyg-
dio Aſculi Patrono. Altara Mariana dicitur, à templo
Beatiſſimæ Virginis, inter vineta constructo. Tertia Ve-
nantiana, ab Æde Sacra, in Venantij Sancti honorẽ ædi-
ficata. Quarta Iacobina, à Fano nimirum Iacobo Zebe-

 dæi

Digitized by Google

dæi Chriſti Apoſtolo dicato denominata. Portæ illius patefactæ ſex tantũ hac tẽpeſtete, clauſæ nõnullæ. Quę Romã, per Nomẽtanã ducit via Salſaria Romana dicitur. Huic proxima, à delubro ſoli dicato, quaſi à Solis ſtatione, appellatur Soleſtana, vergit in Picenũ, ſeptentrionẽ verſus. Tertia à Lapide Toſo, dicta Toſilia, poſita eſt ad Aquilonẽ, Oriẽtali parte. Quæ vergit ad oriẽtẽ per quã ad mare patet iter, a põte maiore, maior nominatur, vocabulo ãtiquo, at recẽtiori, à Marſilio Lãdriano, vrbis præſide, Lãdrianę nomẽ habet. Quinta Præcutinos ſpectãs, a pręda, ſacco vulgò, in vrbẽ, vt puto, trãslata, Tornaſacchi, rudi vocabulo vocatur. Poſtrema, meridiẽ verſus, per quã ad molas frumẽtarias, & machinas chartarias itur, ex diruto S. Spiritus Tẽplo S. Spiritus nomẽ habet. Ab vnaquaq; verò earũdem, põtes pèr quos ad vrbẽ patet ingreſſus, vna excepta Romana, Maior, Toſilia, Tornaſacchi, S. Spiritus, ac Soleſtani protẽdũtur. Horũ poſtremus ãtiquiſſimus eſt, & vnico ſuſtinetur fornice; reliqui verò, licet nõ ſimili ingenioſa architectura, attámen eximiæ, & ipſi tũ magnitudinis, tũ etiã pulchritudinis, multo ære extructi ſpectãtur. Superat autẽ cęteros artificio Põticulus, per quẽ ad Arcellã ingreſſus, vnico quinetiã fornice ſtatus; Arcellã vocito, aggerẽ mœnib' ãnexũ, ad Orientẽ, ad alterius ãmplioris diſcrimẽ, qui quidẽ Meridionalẽ Occaſũ ſpectat, vrbis loco mõtoſo, natura munito; tormentorũ inſuper muraliũ multitudine, manualiũ, bellicorũq; adornatus, atq; à Pio IV. Põt. Max. inſtauratus, Arx Pia nũc dicitur, vetuſto CAPSARI mutato nominè. Sunt etiã, & in vrbe turres quãplures, à clariſſimo quoq; ciue (vt fama refert) ad vires, potentiamq; oſtẽdam, & hoſtiũ impetus propulſandos iam diũ cõſtructæ; hinc iure à quodam Scriptore Aſculum, turritam vrbem nuncupari inuenio. Habeo quinetiam ex manuſcripto libello, e Truenti ruderitib' conſtructas Aſculanorũ turres, poſteriori ſeculo, turriũ namq; apud caſtrũ TRVENTVM fit mentio Silij poemate lib. 4. his verbis.

Quique

Quique Truentinas ſeruant cum flumine turres. *Silius lib. 8.*

Fuit autem hoc oppidum, ad orã Fluminis eiuſdem nominis, vltimum in Italia Liburnorum Emporium; cuius meminere, Plinius, Ptolomęus, & alij; nunc autèm Caſtri tantum apparent veſtigia, ſubtus Colũnellam. Atque hæc ad municipij ſecuritatem. Flumina verò, de quibus ſuperiùs, ab Alpibus emanant. Truentum, ſeptentrionali plaga, per Picenum delabitur, cui Tulion immiſcetur, propè Mutianum; Caſtellanum verò in Occidentem, per Meridiem Prætutianos alluens, e quadam Valle, quæ ab ipſomet nomen ſumit, decurrit præceps, nec longo curſu, at furenti impetu, propè Aſculum nomine mutato, iungitur Truento, qui indè ad auctus, ad Adriaticum vſquè ſinum, per ſpatioſam; vagatur planitiem, ac ſæpè ſæpiùs, ſolutis niuibus, & liquentibus pruinis, torrentiumque acceſſione quamplurium, alueo nequaquam ſe continet, verum tumens, inundat arua, antequàm in Pelagium deuoluatur. Ab ipſo inſuper amne, vallis, quam interluit, ad xviii. M. P. Mare vſque exporrecta, Truentina vocitatur, nobilis, teſtimonio eruditi viri Iohannis Buteri. Vallis hęc amœniſſima eſt, hoc, ut diximus, fluuio celebri, & piſculento, alijſque pluribus, qui ipſi Truento immiſcentur, irrigata, & crebris oppidulis, in collibus ſitis, & villis vndique cincta; à læua namque, per Salariam viam, Podium, Lama, Collia; in planitie verò, Palcaria, in receſſu Piſculea, Caſtoranum, inde Spinetulum, noſtrum Sacerdotium, Monteſancti polum, Monteprãdonum, necnon Portus Aſculanus; à dextris verò, Liſianum, Folignanum, Murrum, Traſinum, Maltignanum, Ancaranum, Contraguerra, & Columnella, clara oppidula, & riui frequentes cernuntur. Vallis ipſa, rerum omnium vbertate diues eſt; nam frumenti, & aliarum ſegetum ferax; omnis generis fructus ſuauiſſimos profert; necnon hortenſium non vulgarium copiam, vinum item, oleum, mel, cannabim, linum, nec læta pabula deſiderantur; atque in planis, aucupia, in montibus venationes. Opportunè oculos quinetiam mirè oblectant, tot alia inſignia ædificia, tot domus magnificæ, ea planitie ſpectandæ, ad honeſtam voluptatem, dome-

Io. Buter.

Aſculi fertilitas.

ſticumque vſum à ciuibus extructæ. Fluxit autem quodammodò cum flumine ſtylus, cumque aliquantiſper vagati ſimus, rei ſeries nos reuocat ad Vrbis ſitum. Cum igitur fluminibus cinctum dixerim municipium, ad illud vndiquè, præterquam ad Occidentem, pontibus patet acceſſus; Occidentali verò parte, circunducta breui foſſa, in inſulam cum facile redigi potuerit, nunc iſthmum efformat, poli gradu xxxxvii. ſub cœleſti Virginis ſigno.

Huiuſmodi ſita loco ciuitas, ędificiorum tum magnitudine commendatur, tum præſtantia; non enim ampla duntaxat ibi fora, Decurionum, Nobiliumque ſplendida Palatia, excelſauè Diuorum Templa; verùm enimuerò pauperculorum quorumuis domunulæ, quadrato lapide ædificatæ, planiſſimæ, & cultiſſimæ, viæ, ſtratæ lateribus paſſim viſuntur. Nec ſumptuoſæ ad LACVM Thermæ lapideæ, ad Diui Gregorij Magni Ædē, Dorico, vt puto opere, Amiteſtinęq; in Diui Michaelis Archangelis Æde Sacra, columnę inſuper, ex marmore, & ex ſtatuarũ ære fragmenta, & antiquæ cinerũ vrnulæ corruptæ, ſepulcra, baſes multæ, lapidum inſcriptiones, epigrammata quamplurima, mutila licèt fere omnia, necnon ingens illud oppidi Capitolium ad Minoritas obſeruantiæ, aliaque vetuſtatis monumenta, tùm intrà, tùm extrà viſenda, non leue exhibēt antiquitatis, & dominij argumentum. Ager verò, licet anguſtus, omnium tamen ferax, fructuum gratiſſimi ſaporis vbertate floret, generoſo in primis vino, aliiſque celebris; quæ vt in valle Truentina, potiori Agri parte, ſupra memorauimus. Laudantur in primis huius agri & oliuæ colymbades, magnæ equidem, & carnoſæ; de quibus intelligendus dubio procul Martialis in Epig. in Mancinum, dum inquit. *Nec de Picenis venit Oliua cadis*. Et Lib.4. de Sabello. *Piceno quoque venit à cliente, Parcæ ciſtula non capax Oliuę*. Et ix. ad Cognatum. *Si mihi Picena turdus palleret oliua*. xi. item ad Iulium. *Et quæ Picenum ſenſerunt frigus oliuæ*. Nobilitas quinetiam peponibus, ficubus, malis, pyris, pomis cotoneis, tuberibus, boletis, carduis, cinaris; apium in eo cultum, aſarum, cupreſſus paſſim, platanus, fraxinus, erica, coronopus, dracunculus minor, haſtula regia, ariſto-

lochia

lochia longa,& rotunda, chelidonium maius, & minus, lingua ſerpentina, cortex niger, vterque chamaeleon, albus,& niger, acanthus, dracontiũ, abrotonum, panax heracleum, aſclepium, chironiũ, roſmarinus coronarius, ribes, flos trinitatis, carolina, paſſim prouenïunt. Sunt & in eo luci, & conualles peramænę, in quibus aucupia, venationes; nulla verò venefica animalia. Precutini verò, Marſique, montes Aſculani dominij, eius fines circundant; de quibus dubium apud Frontinum, eiusq; interpretem, Aggenum, Vrbicum, alijque Vrbis noſtræ viciniores montes, tum herbis medelæ aptis, tum arboribus non vbiquè naſcentibus luxuriant; de quibus Virgilius Lib. 7.

Et Marſis quęſitæ in montibus herbæ. *Virg. lib. 7.*

in his enim Gentiana, Pęonia, Narciſſi, Filipendula, Alchimilla, Nardus montana, aliaque, tum arborum, tum herbarum gignuntur genera; naſcitur item paſſim in montibus, ad Antipolim, adipſos, ſiue glycyrriza; naſcũtur cappares, oxyacãtha, legitur crocus optimus, prouenit herba lucida, glaſtũ. Extant & caſtaneta ingentia, & ſyluæ, tum glandiferæ, tum ad domorum contignationes, nauigiorumque fabricam aptæ; tum ad porcos alendos glandiferæ quercus diuerſi generis; tum Ilex, tum Aeſculus, tum Robur; naſcitur etiam è quercubus fungus cãdidus, quem Agaricũ dicunt, ſalubris, ac optimi ſaporis, hinc petaſones, hinc farcimina laudata. Extant abietes, aliarumque genera arborum fere omnia, ſecus Ancaranum index reperitur, lapis ſcil. cuius attritu, auri, & argenti bonitas indicatur. Effoditur gypſum, necnon puluis puteolanus, non vno in loco. Et flumina, quamuis ad annonam portandam nauigabilia non ſint, vehiculorum tamen vſu, orientali plaga, minimè hæc prohibetur, itinere plano; hinc ad ſuperum vſque mare commodè, ac exindè ad Dalmatas, Venetoſq; nec non ad populos alios Neapolitani Regni transferuntur Aſculo promercalia, eodẽque modo eadem Aſculum, cum illis indigere contingit, aliundè portantur; & bis in anno, feriatis quindecim diebus, tum in Diui Emigdij Patroni honorem, menſe augusto, tum Diui Antonij Abbatis die Sacra, menſe Ianuario, fiunt non incele-

bres

ſticumque vſum à ciuibus extructæ . Fluxit autem quodammodò cum flumine ſtylus, cumque aliquantiſper vagati ſimus, rei ſeries nos reuocat ad Vrbis ſitum. Cum igitur fluminibus cinctum dixerim municipium, ad illud vndiquè, præterquam ad Occidentem, pontibus patet acceſſus; Occidentali verò parte, circunducta breui foſſa, in inſulam cum facile redigi potuerit, nunc iſthmum efformat, poli gradu xxxxvii. ſub cœleſti Virginis ſigno.

Huiuſmodi ſita loco ciuitas, ędificiorum tum magnitudine commendatur, tum præſtantia; non enim ampla duntaxat ibi fora, Decurionum, Nobiliumque ſplendida Palatia, excelſauè Diuorum Templa; verùm enimuerò pauperculorum quorumuis domunulæ, quadrato lapide ædificatæ, planiſſimæ, & cultiſſimæ, viæ, ſtratæ lateribus paſſim viſuntur. Nec ſumptuoſæ ad LACVM Thermæ lapideæ, ad Diui Gregorij Magni Ædē, Dorico, vt puto opere, Amiteſtinęq; in Diui Michaelis Archangelis Æde Sacra, columnę inſuper, ex marmore, & ex ſtatuarũ ære fragmenta, & antiquæ cinerũ vrnulæ corruptæ, ſepulcra, baſes multæ, lapidum inſcriptiones, epigrammata quamplurima, mutila licèt fere omnia, necnon ingens illud oppidi Capitolium ad Minoritas obſeruantiæ, aliaque vetuſtatis monumenta, tùm intrà, tùm extrà viſenda, non leue exhibēt antiquitatis, & dominij argumentum. Ager verò, licet anguſtus, omnium tamen ferax, fructuum gratiſſimi ſaporis vbertate floret, generoſo in primis vino, aliiſque celebris; quæ vt in valle Truentina, potiori Agri parte, ſupra memorauimus. Laudantur in primis huius agri & oliuæ colymbades, magnæ equidem, & carnoſæ; de quibus intelligendus dubio procul Martialis in Epig. in Mancinum, dum inquit. *Nec de Picenis venit Oliua cadis*. Et Lib.4. de Sabello. *Piceno quoque venit à cliente, Parcæ ciſtula non capax Oliuę*. Et ix. ad Cognatum. *Si mihi Picena turdus palleret oliua*. xi. item ad Iulium. *Et quæ Picenum ſenſerunt frigus oliuæ*. Nobilitas quinetiam peponibus, ficubus, malis, pyris, pomis cotoneis, tuberibus, boletis, carduis, cinaris; apium in eo cultum, aſarum, cupreſſus paſſim, platanus, fraxinus, erica, coronopus, draçunculus minor, haſtula regia, ariſto-

lochia

lochia longa,& rotunda, chelidonium maius, & minus, lingua ſerpentina, cortex niger, vterque chamaeleon, albus,& niger, acanthus, dracontiũ, abrotęnum,panax heracleum, aſclepium, chironiũ; roſmarinus coronarius,ribes,flos trinitatis,carolina,paſſim proueniunt. Sunt & in eo luci, & conualles peramænę,in quibus aucupia, venationes; nulla verò venefica animalia. Precutini verò, Marſique, montes Aſculani dominij,eius fines circundant; de quibus dubium apud Frontinum,eiusq; interpretem, Aggenum, Vrbicum, alijque Vrbis noſtræ viciniores montes, tum herbis medelæ aptis, tum arboribus non vbiquè naſcentibus luxuriant;de quibus Virgilius Lib. 7.

Et Marſis quęſitæ in montibus herbæ. *Virg. lib. 7.*

in his enim Gentiana, Pęonia, Narciſſi, Filipendula, Alchimilla, Nardus montana, aliaque,tum arborum, tum herbarum gignuntur genera;naſcitur item paſſim in montibus,ad Antipolim, adipſos,ſiue glycyrriza;naſcũtur cappares,oxyacãtha, legitur crocus optimus,prouenit herba lucida,glaſtũ. Extant & caſtaneta ingentia, & ſyluæ, tum glandiferæ, tum ad domorum contignationes, nauigiorumque fabricam aptæ; tum ad porcos alendos glandiferæ quercus diuerſi generis; tum Ilex, tum Aeſculus, tum Robur; naſcitur etiam è quercubus fungus cãdidus,quem Agaricũ dicunt,ſalubris,ac optimi ſaporis, hinc petaſones, hinc farcimina laudata. Extant abietes, aliarumque genera arborum fere omnia, ſecus Ancaranum index reperitur,lapis ſcil.cuius attritu, auri, & argenti bonitas indicatur. Effoditur gypſum, necnon puluis puteolanus, non vno in loco. Et flumina, quamuis ad annonam portandam nauigabilia non ſint, vehiculorum tamen vſu, orientali plaga, minimè hæc prohibetur, itinere plano;hinc ad ſuperum vſque mare commodè, ac exindè ad Dalmatas, Venetoſq; nec non ad populos alios Neapolitani Regni transferuntur Aſculo promercalia,eodẽque modo eadem Aſculum,cum illis indigere contingit, aliundè portantur; & bis in anno, feriatis quindecim diebus, tum in Diui Emigdij Patroni honorem,menſe auguſto, tum Diui Antonij Abbatis die Sacra, menſe Ianuario, fiunt non incelebres

bres nundinæ; cum quæſtuoſam lanificij, præter cæteros, incolæ exerceant artem. Egimus de Agri fertilitate; nunc de aeris temperie. Quocircà, propè montes exſtructum oppidum cęlo fruitur ſalubri, raroquè mortifero vapore grauis peſtilentiæ opprimuntur incolę: quod ſi quandoque nubilus fuerit aer, lacunoſis id potius apud Clarium, locis, quibus cannabis, linique magna copia purgatur, quàm plagæ infelicitati tribuendum. Eſt autem Clarium, fluuiolus è montibus Polyſinis emanans, ac inde in Truentum, ab aquilone influens; qui abeſt Aſculo ſtadiis duobus. Aquarum deniq; maxima affluentia; ibi enim ingenioſi fontes, innumera puteorum compendia; frigidorum quoque laticum dulcium, leuiumque, & innoxiorum ſcatebrę perſpicuæ, quæ paſſim erumpunt, quas parens ipſa natura ad incolarum commoditatem, & ſalutem comparauit. Nec potabili aqua dumtaxat referta ciuitas; cæterum propè illius ſuburbium, ac Caſtrum Theſuinum, balneū cernitur, AQVA SALMARIA dictum; quòd nihil poſſit ea aqua excogitari ſalubriùs, quorundam Scriptorum teſtimonio, quæ multis è locis ſcatens, cærulei coloris argentum vertit in flauum, & cuius potu remanet in ore mephiris; quæ aqua, indicio veterum aquæductuum, iniuria temporis iam collapſorum, ex cauatis ſub terra montibus, ad M M P. in vrbem ducebatur, ad locum quem Acum appellant; de quibus Bauius; ibique illuſtres fuiſſe thermas coniicitur ex plumbeis tubulis, qui nuper ſunt reperti. Lacus autem ad inſtar theatri cuiuſdam efformatus, adhùc thermarum ſeruat veſtigia: ibi namquè cellulæ uiſuntur, in quibus è balneo ſurgentes quieſcebant. Decimo etiam ab oppido milliari, occidentali plaga, eſt balneum, cuius aqua tantam à cælo præſentem vim habet ad morbos expellendos, vt non immerito AQVA SANCTA nominetur. Vicus eſt, itinerum tabulis notus. Cernuntur ibi admiranda ædificia, quæ natura, imo Deus ipſe architectatus eſt: nam intra ſpecum, quem ſaxum ingens complectitur, dictu, quam visù horridius, vnda æſtuat ſulphurea. Ad iſta balnea diuturno morbo ęgrotãtes, quique corpore inualido, affectoq; ſunt, & qui valetudine minus proſpera vtũtur,

Aeris temperies.

Aquarum copia.

au-

autũnali tempore proficiſcũtur. Nec indè lõgè ad Caſtrum Lucum, atq; fætidæ apparẽt in planitie, ita, quod maximè ſulphureæ, corruptæq; ſunt, meritò appellatæ Apud Ripã quoq; Blancã, aliæ atq; ſulphureæ, at minus calidæ ſcatẽt; bituminoſæ, apud Riuũ putridum. Verũ præter balnea, & lauacra, nec ſalitæ aquę deſiderãtur in hoc agro; ad Mutianũ nãq; oppidolũ, locus eſt tertio ad vrbe lapidẽ, occidẽtẽ verſus, vbi ſaxũ iacet, imo loco, prope Truentũ, ex quo aqua effluit guttatim, ex qua cõcocta, ſalem cõficiunt incolę, niue cãdidiorẽ. Strepentis etiã Caſtellani plurimũ cõfert aqua ad ciuiũ vſus: ad illa namq; piſtrina frumẽtaria, trapeta, fullones, & chartarij exercẽtur; eoq; in flumine, prout in Truẽto, præter globoſos lapides, alij naſcũtur, & ad fabricã, & ad moles cõſtruẽdas opportuni. Neq; piſciũ copia, atq; pręſtãtia in vtroq; fluuio degentiũ, in poſtremis collocãda; vterq; namq; piſcoſus eſt, ãguillis, clupeis, barbis, & capitonib⁹ ſeú cephalis in primis abundãs; nec fluuij tantũ piſcoſi, ſed, & cãmari naſcũtur apud Viſcellã, qui locus eſt ſyluoſus, propẽ Aſculũ. Mare etiam à Truẽnto amne Ragnolã vſq; quem loci tractũ noſtræ ſubeſſe ditioni patet, varijs, clariſq; piſcib⁹ tũ loliginib⁹ tũ ſoleis, mullis, quos ſeruato græco vocabulo Triglie appellãt, marinis coruis, ſiluriſq; fæcundũ eſt. Planities autẽ, quã intùs ſtagna iacẽt, tũ arbuſtis, tũ herbis haud ignobilib⁹ õnino refecta eſt; natura enim naſcitur ibi ſalix marina, ſiuè vitex, myrtus, myrica, ſeù Tamarix, Lentiſcus, Picea, Pinus, Papauer, Braſſica, crithmũ, Morſus Diaboli, Sabina, Oleaſter, atq; herbæ aliæ iis ſimiles. Eſt ſentina hoc in tractu, ſecus litora, qui locus nauis carinæ inſtar, itá nuncupatur; corruptis namq; aquis, fætidis emittit odorem, nec nõ ſtagna ſunt alia, quę populari voce Pantanos S. Ioannis dicimus, quod Sacræ Diui Iohannis Hieroſolimitani militiæ ſubſint dominio, copioſam quoq; prębent piſcationem. Et hęc apparatù potius, quã ad hiſtorię noſtrę argumentũ dicta ſatis; quem ſanè in iucundum haud futurum cõfido, licet vetuſtiora

ſtoria noſtrorũ geſta ſolũmodo renouare literis propoſuerim, ſi qui præſẽs eſt Reip. ſtatus breuib' vt mos noſter, deſcribatur. Cũ igitur longo ab hinc tẽpore Põtificiæ ditioni Aſculũ ſubſit, nõ Hiſpanicæ (vt inepte Sãſouinus in re clarã cæcutiuit; hinc ab Vrbe Roma, ex Prælatorũ lectus cœtu mittitur, cũ Põtificis diplomate, ad iura municipib' reddẽda preſes, quem Gubernatorẽ appellãt; nullũ hic niſi põtificẽ, ſeù S. R. E. à cõſultationib' Cardinales, agnoſcit ſuperiorẽ, multiq; Aſculanæ Vrbis hac dignitate perfũcti, Cardinales creati; inter quos, noſtra vidit ætas, Alphõſum Vicecomitẽ, & Laurentiũ Magalottũ; numeratur etiã inter noſtrates quõdã Præſides Pius IV. Pont. Max. & qui Piũ præceſſerat Paulus III. Farneſius; cuius honori dicatæ ſtatuæ. L. D. D. D. Sua inſuper municipalia Aſculũ habet magiſteria; nam ſexto quoq; menſe, legitur ex S. C. prætor, qui ſit I. C. Hic, in ciues, & aduęnas, vitæ neciſque vtitur poteſtate. Ex Ciuibus etiam Antiani VI. ſic dicti Coſſ. IV. Conſeruateres III. ſecundo quoq; menſe, Reipub. adminiſtrandæ, bonoq; pacis conſeruando, ſorti cõmittũtur, Centũ viri iuſtitiæ tutelares etiam leguntur, itidẽq; C.P.C. Decuriones antiquis, nos verõ Cõſiliarios appellaremus. Horũ placita indicto Senatu, legis habent vigorem Et quoniã triginta, & vnũ muris vallata Aſculanæ ditioni ſub ſunt Caſtella: Hæc ſecundũ triplicem Ciuium ordinẽ, & triplex opidũ genus ſingulis annis ante Kal. tũ Ianuarij, tũ Iunij ob diſtinctionẽ Familiarũ Ciuib' Prętoria poteſtate tradũtur. Caſtra ſex, quæ dãtur Familijs primæ Claſſis ſunt Aponeanũ, Monsprãdonus, Venarupta, Comunãtia Aqua Sãcta, & Mozzanũ. Octo ſequẽtia videlicet Mõs S. Polus, Caſtoranũ, Spinetulũ, Mõsacutus, Caſtrũ S. Petri, Ripaberarda, Mõs Caluus, & Lama Collũ Ciuib' ſecũdæ claſſis aſſignãtur. Poſtrema decẽ, & ſeptẽ poſſidentur à Ciuib' tertię claſſis, & ſũt Porchianũ, Capradoſſũ, Fulignanũ, Portella. & Cerretũ, Valloranũ, Mõs S. Petri, Crux, & Mõs Morus, Mõs Adę, Quintodecimus, Caſtrũ Triſeũ, Liſianũ, Polęſiũ, Rocca

Caſu-

Caſuragnana, Oſolum, Roccarigonilũ, Pizirulliũ, Padiumq; Canuſium, Villarum nomina piget commemorare. Inter Proceres Neapolitanos, etiam numerantur Aſculani Neretij, clari Prætutinorum Oppidi ſcilicet Dynaſtæ, diù inſuper ab iiſdem iura poſſeſſa, Marracanum, & Marla, extrà flumen Aternum ſita oppidula; necnon Contraguerra, Cereſium, Storazanum, Sorbum, Roſarium, Columnella, Tomachiaria Ciuitas, Tortoretum, Tucentinæ Turres, Gabianum, & Montorium; Prętutinorum non ignobilia loca; vt fuſius alibi, prò temporum ratione, Aſculanorum etiam fidei commendata nonnulla in Picentibus oppida, à quibus, nonis Auguſti, ãno quolibet, pauca quædã tributi nomine exigitur pecuniarum ſumma. Oppida hæc ſunt. Mõtemonacum N. Epiſcopi N. & illius e fratre Nepotis N. Baſilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe Canonici patria, Mõtefortinum, Fuluij Fortunij, totius Eremiticæ, Auguſtinianæ Familiæ, ſub Clemente VIII Vicarij Generalis Apoſtolici natale ſolum. Fortium, vbi natus Euãgeliſta Pellerus, Franciſcanorum Cõuentualium Generalis præſul, & Epiſcopus Agathenſis ſub Sixto V. Rotellia, ex qua ortum habuit Laurentius Dominici L. Archidiacõus, ſub Martino V. & inde ſub Eugenio IV. electus Aſculanus Antiſtes, in Baſilienſi Concilio. Cotignanum, Porcula, ex quo quidẽ oppido Paulus Emilius, Mõtaltenſis 1. Epiſcopus; N. Marcellus Caputaquenſis Epiſcopus; N. Antonius Coadiutor Parmẽſis Præſulis. & N. ipſius è fratre nepos Leoninę vrbis Gubernator prodierũt. Patrignonũ, Bõſinia progenie nobile. Caſtellũ, & Caſtignanũ, Æquiſſimo deniq; ſãctiſſimoq; fœdere iuncti ſunt Aſculani, tum Peruſinis, tũ Florentinis florentiſſimis Etruriæ populis; at in Piceno, Anconitanis, Camertib' Æſinis, Maceratẽſib: Cuprenſib; nomine mõtanis, Geneſianis, aliiſq; pręclaris Picenorũ oppidanis, vt neceſſitate cogẽte, milite, ſuppetiiſq; ſibi iuicẽ pręſtò adſint. His igitur ſigillati, & pręter mẽtẽ, prolixiùs ẽarratis, tẽpus admonere videtur, vti de Aſculanorũ Religione, Aſculanæque

C

næ, Eccleſię iurę agerē. Cæterū, hoc de maiori otio, tractatū ſatis magno volumine cōplexi, videndū curabimus: Nūc pauca de incolarū morib' Genus hominū robuſto corpore, media ferè, & cōmoda, nec rarò breuiori ſtatura, aquilo colore, veſtitu modeſtū, parco victu, & frugali, & quandoq; ruſtico, lingua licet expedita, ſermone tamē, & accētum ferè barbarū, aduenis amicum, in bello hoſtib' in pace, ſibi ipſi infeſtiſſimū, manu promptum, ingenio feruidū, nouarū rerū auidū, varium, mutabile, glorioſum, nec mortis pauidū. Et quāuis militię addicti magis, quā litteris fuerint Aſculani, non defuere tamē omni tempore, vti nec hodie deſunt. Viri omniū diſciplinarum genere clari; & mirū profectò (ex quo Ieſu Chriſti fides Aſculi floruit) nullū extitisſe, hęreticę prauitatis labe inſigniter pollutū; licet nō defuerint fateor, quib; equidē bella inteſtina, cædes, diſcordia ciuilis cordi fuerunt. Huiuſmodi hominib; abundauit Aſculum præterito ſeculo; ac vtinā lues hæc penitus extirpata foret. Hæc de virorū, pauca, nunc de mulierū morib' quarum genus, mediocris formæ, piiſſimum, velato incedens capite, in rebus domeſticis ſolertiſſimū, ſpernens rumores populares, ludos, tragędias, cōfabulationes; quib'e quidē incitamētis, veluti baliſtrarū ictib; feminę expugnatur pudicitia. Nūc tandem ad Vrbis originē, & geſta. In tāta vetuſtatis caligine, quid certi pronuciem incertus ſum Quis enim rē veterem prò firma affirmet? Varij namq; prò lubitu varia protulere. Quocirca Poſſē & ego, Annij Viterbenſis nō nulllorūq; ei ſimiliū de Patria hiſtoria fabuloſe ſcribentiū, inhærere veſtigijs. Poſſē inquā & ego inani iterpretatione, ab Aſcena Tuiſcono, ab Eſcol Aner fratre, ab Æſculapio, ſiue Aſclepiade medicinæ Deo, ab Aeſculano locupletādorū hominū Numine facultate pollēte, Aſculi deducere primordia; vel a bellādi aſſiduo vſu, à ludiſue Aſcolijs; ſiuè ab Aſcogepho, ab Æſculi ſue dictū aſſirmare quarū arborū fructib' incolę veſcebātur, ætate aurea, ſub Saturno: & ſic riſū mouere legētib; & cōfuſionē Verū enim

Aſculanorum mores

Aſculi. origo.

vero

uerò leuia hæc relinquam illis ſcribenda, qui immoderatiori in patrias laudes ducuntur ſtudio; meque Patriæ meæ originem ignorare profitebor. Illud verò extra dubiũ, à primis Italiæ colonis vrbem hanc fuiſſe conſtructam, ſiuè Lydi, ſiuè Pelaſgi, ſiuè ij fuerint Sabini. Cato enim de originibus, Marſos à Lydorum duce Marſia dictos autumat, in quibus Aſculum ſolummodo reponit; Marſiam verò aduentaſſe in Italiam, ibiquè regnaſſe conſtat; ad lacum namque Fucinum, Archippe Vrbs ab eo cõdita, illamque hiatu terræ abſorptã narrat Plinius Lib. 3. Cap. 12. & Solinus Cap. 7. necnon Gallanus, grauis Auctor, teſte Scipione Mazzellà, in deſcriptione prouinciæ Precutinæ. Silius verò vrbem hanc Aſilum, ab Æſi Pelaſgo Rege, ante Pici tempora vocitatam affirmat; alijque, Sabinos Aſculum aduentaſſe, duce Pico ſentire videntur. Quamobrem curioſa nimis peruestigatione temporis, haud facili cognitu, omiſſa, ab ipſo Pico geſtorum ſumamus exordia; atq; ſic famoſę inter Picenas vrbis facta tradituri, è re omnino videtur, Prouinciæ primordia, & ſitum explicare. Aduersùs Vmbros cum aliquoties infeliciter pugnaſſent Sabini, Marti tandem votum fecerunt, ſi victoria potiri contingeret, ſe ver ſacrum facturos, quidquid proximo vere apud ipſos naſcererur. Erat autem, vouere Ver ſacrum, omnia vouere, quæ proximo vere naſcerentur animalia; vt ſcribit Sext Pompeius, & Seruius in 7. Æneidos Virgilij. Votum vſitatum inde apud Romanos, vt Liuius Lib. xxij, Plutarchus in Fannio, Sttabo in V. & Dionyſius Halicarnaſſeus 1. Lib. referunt. Vide Part. Iuris Pont. Toloſ. Quocirca, cum benè re geſta, in Patriam eſſent reuerſi, omnem pecoris prouentum Marti immolarunt; liberos quoque eo vere natos, quoniam crudele videbatur occidere, Martis miniſterio conſecrarunt, proindequè adultos, velato capite extra fines ſuos exegerunt. *Quondam* inquit Siſenna, Hiſtoriarum Lib. 4. *Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos*. Picus verò Sabinorum Prætor, noua quæritans loca, Aſculum peruenit, ibique cum Picus Auis, qua vtebatur ipſe in captandis augurijs, conſediſſet in Sabinorum vexillis, ex eo augurio, Aſculum, PICE-

Cato.

Plinius Lib. 3. Cap. 12. Solin. Cap. 7. Gallan. Scipio. Mazz. Silius.

Sex. Pomp. Seruius Liu. Li. 22. Plu. in Fan. Strab. in 5. Dionyſ. Halic. lib. 1. Part. Iur. Pont. Siſenna Lib. 4.

NVM nuncupauit. Quapropter, vt auctor eſt Cato, Gente Sacra, ſignificatur Picena; prout Sabini à ſumma pietate, nominati Aborigines; quæ omnia apud Caſellam, de Antiquis Italiæ colonis habentur; licet ipſe, non de Pico Sabino, ſed de Api Veſtinorum Duce verba faciat; nec in vexillis; ſed in quadam Æſculo arbore plurimum Picum conſediſſe aſſerat. Lubet hìc Caſellæ ipſius ore hiſtoriam referre. *Cum verò* (inquit ille) *pręfinitum ad locum, infrà montes deuentum eſſet, tunc Picus plurimus, ad Æſculum quandam excitus aduolitat: conſident turmatim; deindè ex eis aliqui conuerſi occurrunt, aduentantes excepturi, vt non vltrà Duces, ſed Caſtrorum Præfecti, metatores, hoſpiteſue humaniſſimi, voce, alis, quos poterant plauſus, & lætitiæ ſigna edunt alacres; & quaſi identidem facturos comites vellent, adhortarenturque, plauſus ingeminant, prænunciantes, conceſſum expetitum exquiſitum Patriæ ſolum, & agrũ vberem. Quarè omnes patriam ſalutant, & Numini gratias agunt, eandem iuxta arborem altare erigunt, votaque perſoluunt animo lubenti. Deindè circumcircà caſtrametati, muros, & pomœria deſignant, vicos, vias, plateas Arã igitur, & arborem in vrbe media dedicant, & eam ſacrificijs celebrem faciunt, muneribus ornant, pendulis odoratam ſuffimentis & oraculis nobilem. Coloniæ nomen item eadem ab Æſculo imponunt; ità tamen vt præponerent A literam prò dignitate loci; itaquè Aeſculum nuncupant. Quo loci populus breui coaluit, & adauctus numero eſt, ita ut omnem regionem, inter Apenninum, & mare in longitudinem porrectam excoluerint. Perpetua Metropolis AESCVLVM facta, ita in Picentibus Mater Vrbium; & hæc quidèm longè antè Picum priſcum.* Hùcuſque Caſella. Verumenim verò, à Sabinis, quàm à Veſtinis potiùs fuiſſe Aſculum inhabitatũ, docet lapis vetuſtiſſimus Aſculi, apud Franciſcanos de obſeruantia. vbi gens Sabina notatur his litteris.

Cato.

Caſella

T. SATANVS
SABINVS
DVO. VIR. QVINTO.
ET DVO VIR
CAP. PRÆF. FAB.

Colligo id etiam ex alio lapide, qui viſitur in via Capucinorum, in pariete, parte dexrera, apud Proſperum Traſium Phi-

Digitized by Google

Philoſophum, & publicum Medicinæ profeſſorem; quo quidem in lapide ſit mentio cuiuſdam M. Valerij; familiamque Valeriam Sabinam ſuiſſe aſſerit, ex Dionyſij Lib. 4. & 5. Streinius Baro Suuarzenauij; necnon Ciuis meus Antonius Bonfinius, Lib. origin. de Coruina Familia. Puriſſima lapidis inſcriptio, ità ſe habet. *Dion. lib. 4. & 5.* *Anton. Bonfi.*

M. VALERIVS
M L. PIETAS
SIBI.

Quamuis de re hac parum curandum; ipſe enim Caſella, & Sabinos, & Veſtinos a Saba, atque Veſte eodèm tempore genitos eſſe, omnibus neruis contendit. Picus autem, à quo Aſculum Picenum, regioque Picena deducitur, Saturni F. Iouis frater, Fauni Pater, Latini Auus, tertius in Italia regnauit, quo tempore Barac, & Debora Iſraelem iudicabant, vt aſſeuerat Lib. 1. Cap. 22. de falſa religione L. Coelius Lactantius, Firmianus, anno mundi, vt reor, iuxta Roberti Cardinalis Bellarmini Chronologiam IↃCLXXIX. qui fuit auguriorũ pritiſſimus; de quo fabuloſè fertur, quod à quodam famoſiſſima Maga, Circe nomine, ob ſpretũ eius amorem, quod ſcilicet Vxorem canentem ſibi præferret, in Auem ſui nominis ſit mutatus, vt inquit Eutropius; & ab Ouidio petenda fabella, qui Metam. lib. 14. iſta de illo canit. *Caſella.* *Bellar.* *Eutrop. Ouid. Met. L. 14.*

Picus in Auſonijs proles Saturnia, terris
Rex fuit, vtilium bello ſtudioſus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat; licet ipſe decorem
Aſpicias, fictaque probes ab imagine veram.

pauloqne inferius, de canente, à Pico cęteris Nymphis præpoſita, ſic pergit.

----- ſpretis tamen omnibus, vnam
Ille fouet Nymphen, quam quondam Colle Palatij
Dicitur ancipiti peperiße Venilia Iano.
Hæc vbi nubilibus primum maturuit annis;
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico:
Rara quidèm facie, ſed rarior arte canendi;
Vnde canens dicta eſt ....

Adſit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Addit inde verba de Circe, Pici Amore ſaucia, ità.

Venerat in ſyluas, & filia Solis, eaſdem
Vtque nouas legeret fœcundis collibus herbas;
Nomine dicta ſuo Circea reliquerat arua.
Quæ ſimul ac iuuenem virgultis abdita vidit,
Obſtupuit; cecidere ſinu, quas legerat, herbæ;
Flammaque per totas viſa eſt errare medullas.

Enumeratis tandem à Pico Circeis repudiatis amoribus, ſic de illius in auem ſui nominis Metam. ſic concludit.

Ouid.

Sæpè retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impunè feres, neque, ait, reddere canenti;
Lęſaque quid faciat, quid amans, quid femina diſces,
Phœbus, ait: ſed amans, & læſa, & femina Circe eſt;
Tum bis ad occaſum, bis ſe conuertit ad ortus;
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.
Ille fugit; ſed ſe ſolito velocius ipſe
Currere miratus, pennas in corpore vidit:
Seque nouam ſubito Latijs accedere ſyluis
Indignatus auem, durò fera robore roſtro
Figit, & iratus longis dat vulnera truncis.
Purpureum Chlamydis pennæ traxere colorem:
Fibula, quod fuerat, veſtemque momorderat aurum,
Pluma fuit, & fuluo ceruix præcingitur auro;
Nec quidquam antiqui, Pico, niſi nomina reſtat.

Sic Ouidius de Pico; de quo etiam apud Silium Italicum Li. 8, Secundi Belli Punici, ita.

Silius

Et inclemens hirſuti ſignifer Aſcli,
Vepicus quondam nomen memorabile ab alto
Saturno ſtatuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formę volitare per æthera iuſſit,
Et ſparſit plumis croceum fugientis honorem.

Virgilius quoque, in verbis Homeri, de poculo, & virga Circes, ſic Æneid. 7.

Virg. Lib. 7. Æneid.

Picus equum domitor, quem capta cupidine Coniux
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis
Fecit auem Circe, ſparſitque coloribus alas.

Commentitium id equidem, & figmentum idcircò creditum,

Digitized by Google

tum; quoniam Picus hac aue primus in auſpiciis eſt vſus: atque allegoricè, pro nono ſponſo Principe vſurpatur à ſuperius nominato Caſella. Cæterum Pico mortuo, Faunus eius F. non tantũ, vt Regi parenti par erat, parẽtauit; verũ etiã illi in Deorum album relato, immortalia ſacrauit vota. Audiamus hac in re Firmianũ ſupra relatum in hęc verba. *Sed vt Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit; ſic ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter Deos honorauit, & ſororem ſuam Fatuam, eamque coniugem conſecrauit.* Quã C. Baſſus Fatuam nominatam tradit; quod mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt faunus viris. Diuus etiã Sext. Cæcilius Cyprianus, tract. 4. de Idolor. vanit. Diuum inter Diuos repoſitum ait; quem inſuper luſoriæ Pilæ inuentorem, facundiſſimumque virũ fuiſſe aiunt. De illius nummo, quem reperiri penes ſe, aſſerit, in primo fragmentorũ Firmanorum Libro, Franciſcus Adamus, cum inſcriptione PICVS PATER FAVNI, & ex aduerſo, REX PICENI. Et TOTIVS LATII. ſit fides penes ipſum. De Pici, Faunique progenie plura Virg. Ouid. Lactant. atque Burcardus Pylades, Theogoniæ Libro 3. in hæc carmina.

Firmi *C. Baſ.* *Sext. Cecil. Cypr.* *Franc Ada.* *Burch Phy. Th.*

Auſoniæ Regem Picum Saturnus, at ille
Et Sentam Faunam, te quoque Faune, tulit.
Eurimedon Fauno, Eurimedonte Perbibia Regis
Phæacum genitrix, edita Nauſithoi.
E Fauno Satyros, Panes, Faunoſque creatos,
Syluanoſque volunt, nullaque mater adeſt.
Acis, & ex illo Nymphaque Simethide cretus,
Sæpe ſuo fouit, quem Galatea ſinu
Nympha quoque Fauno eſt enixa Marica latinum,
Præneſte hinc cuius Vrbs ſibi nomen habet.

de quibus in Pyramide ſepulchri Acis ſic legitur Katanæ in Sicilia.

DIAE

DIAE
ONGNIÆ SATVRNIÆ ÆTERNÆ.
DEORVM.
MATRI. FILIÆ. VXORI;
IN PORTV.
SEPVLCHRVM. TEMPLVM. ET ARCEM.
ACIS.
FAVNI. FILIVS. PICI NEPOS.
SATVRNI. PRONEPOS.
LATINI FRATER.

Habetur hæc inſcriptio, licet ipſi ſuſpecta apud Gregoriũ Gualtherum, amicum meum, eruditiſſimum virũ pag. 33. inſcriptionum Siciliæ. Atque hæc de Pico,& alijs, qui Deorum progenie gloriabantur ſufficit indicaſſe. Pici verò nobilitatẽ laudat Iuuenalis, Satyra 8.verſu 130. his verbis.

Iuuen

Tunc licet à Pico numeres genus, altaque ſi te
Nomina delectent.

A Pico Picenũ Italię regio, in qua auctore Pio Aug. Itinerum in tabulis,eſt Aſculũ fertiliſſimum, ac frequẽtiſſimum totius Italiæ, Pij Pont. teſtimonio apud Põt. de Bello Neapolitano Lib. 4. Terra, fineſq; Piceni, ab Aterno amne ad Aeſim vſq; fluuiũ antiquitús protenſi; at quà ad Orientem vergit, Adriatico mari: quà verò ad Occidẽtẽ, ab Apẽnino terminati. Cęterum,Vmbris ne, an Picenis adiecta ſit Senonũ regio lis adhuc viget. Quid altercãdo hac in re ſentiam fuſius alibi in apologetico prò Picentib; contendã totis viribꝰ Miror autem reperiri quoſdã (idq; obiter dictũ) adeò perfrictę frõtis,vt vel armis quinetiã certare audeãt ne ſel. inter noſtrates numerẽtur, ita Picenorũ ipſis inuiſũ nomẽ, ſtomachũ mouet; fortius verò hac de re dimicant præ alijs, Fanẽſes. At verò bellicoſos Picenus ager gignit viros; nec adeò Picẽtes deſpecti, ſegne ſue, vt Senonibꝰ ſint impares, rebus geſtis Hi nãq; cõtinuis bellis ſi adhuc pene infamẽ Vrbẽ Romã infeſtarũt,ceperũt, flãmis eonſũpſerũt; plures etiã in fugã acti, victi, cæſi, atq; à Dolabella tandẽ ita deleti ad Vadimonem, vt ne quis ſupereſſet (inquit Florus) in

Pius Aug. Pius Pont.

Picenti nominis defenſio

ca

ea gente, qui incenſam à ſe Romam gloriaretur. Picentes vero florentiſſimis Reipub. temporibus, Romanos iam rerum dominos, concitatis Italorum armis, vt illis iura Ciuitatis darent, inuitos compulerunt. Nos verò floccipendendi illis forſan præbuit anſam Strabo, Libro quinto qui genti noſtræ maximæ infenſus, *Picenos*, ait, *ob fœdam initam cum Annibale ſocietatem, pro militari officio, ignominioſas viatorum, & tabellionum operas apud Romanos præbuiſſe.* Vnde fabellam deſumpſerit Græcus auctor, ignoro; non enim Liuius, qui de Annibalis geſtis fuſiſſimè egit; non alij Latini ſcriptores id affirmare auſi ſunt; immò ipſiuſmet Liuij teſtimonio, planè conſtat, Annibale Pęnorum Duce Italiam premente, multa ab ipſius militibus damna perpeſſos Picentes, alioſque Picentibus viciniores populos; ſic enim inquit ille Dec. 3. Libro ſecundo. *In agrum Picenum auertit iter, non copia ſolùm omnis generis frugum abundantem; ſed refertum præda, quam effusè, auidi, atque egentes rapiebant: ibi per dies aliquot ſtatiua habita, refectuſque miles hibernis itineribus, ac paluſtri via, prælioque magis ad euentum ſecundo, quam leui, aut facili affectus. Vbi ſatis quieti datum, præda, ac populationibus magis quàm otio, aut requie gaudentibus, profectus, Prætutianum, Adrianumque agrum, Marſos indè, Marrucinoſquè, & Pelignos deuaſtat.* Neque Annibalis, ſed Romanorum fęderatas Picenas Ciuitates aduerſus Annibalem viritim numerat Italicus ij. Belli Punici Lib. 9. in hæc carmina.

Florus. | Strabo Lib. 5. | Liuius. | Siluius.

Temperat hac ſeſe Marſo cum milite, cumque
Samnitum opponit ſignis, & Iapige alumno;
At campi medio, namque hac in parte videbat
Stare ducem Libyæ Seruilius obuia adire Arma,
Et Picentes, Vmbroſque inferre iubetur.

Adde, quod C. Terentio Proconſuli tradita vna è duo deuiginti legionibus, ad Picenum præſidium, inquit Liuius 2. Belli Punici Lib. 4. Quod ſi prò Annibale ſtetiſſent Picentes populi, non vtiquè Romani Proconſulem, præſidiumque illis tradidiſſent. Idemq; Liuius Lib. 3. cohortes ex agro Piceno, & Gallico ait collectas, ad vltimum propè deſperatæ

D Reipub.

Digitized by Google

Reipub. auxilium. Perperam itaque auerſantur Piceni nomen, teſte namque etiam ipſo Strabone, *natura Picenus ager bonus ad omnia, cuius maritima ora tranquilla, piſculenta, nec piratarum incurſionibus expoſita; cuius aer ſaluberrimus, cuius latices, & ſcatebræ innoxię, & leues, cuius incolæ, tum literis, tum militia clari omni tempore*. Illuſtrium hic Picenorũ omniũ recenſum non adſcribo, nè quam par eſt ſim longior; ſat ſit indicaſſe nonnullos. Quis Adriano, inter Romanorum Imperatores glorioſior? cui ſoli LOCVPLETATORIS ORBIS TERRARVM titulus adſcriptus eſt; quod expreſſit Baronius tom. 2. Hadriani Imp. III. Hic ab Hadria Piceni Colonia ortum ſe ducere gloriabatur. Cui Romanorum Conſulum non æquiparandus P. Ventidius? Cuius ſola poſteritas tot Coſs. tot copiarum præfectos, totque claſſium rectores, quot nulla ferè alia apud Romanos, vetuſtiſſima licèt, edidit familia; quorum ſanè geſtis, non vna tantum Picentium regio; ſed omnis Italia illuſtrari vtique potuerit; de quibus opportunè alibi. Quis inter Pontifices Max. Nicolao IV. Aſculano, doctior, & in ſuos continentior. Quis inter eoſdem, Sixto V. Montaltenſi magnanimus magis, & bonorum amantior? Sceleratorum odio flagrantior? quem vnica virtus, vnica probitas ad Pontificatus apicem è cœnobiis extulere. Recenſeo hic libens, Gentilis à Monteflorum, Iohannis à Valle Munium, Conſtantii à Sarnario, Felicis ab Aſculo, Minoritarum; necnon Nicolai à Fabriano, Alexandri à Saxoferrato, atque Gregorij à Montelparo, Auguſtinianorum Eremitarum S.R.E. Cardinalium glorioſa nomina. Omitto alios, non cœnobitas S. R. E. Cardinales, quos ſolum exhibuit Picenum. Num hi tabelliones, hi viatores, hi lorarij, hi lictores? Sed pergamus. Quem veterum L. Taruſio Firmano, quem recentiorũ Cicco Aſculano præferimus, Aſtrorum cognitione? Quis nam ex vetuſtis, in hiſtoriis, puritate latinitatis C. Velleium Paterculum, ex recentioribus, Antonium Bonfinium ſuperat? Ille oriundus, hic natus Aſculi. Quem oratorum principem admirata eſt Roma, vigente republica? vnus fuit omnium eloquentiſſimus habitus, teſte Tullio, Titus Betutius Barrus, Aſculanus;

Digitized by Google

lanus; vnus omnium facundiſſimus, vno ore prædicatur Auguſtinus Caſſandrus, Ficcardenſis Picenus, Grauinenſium Antiſtes. Quis vehementiùs aduerſus gentes, prò chriſtiana religione declamauit L. Cœlio Firmano? Quis in iure enucleando comparandus Bartholo à Saxoferrato, Picenis? Cui nam veterum ſecundus in medicina Bauius Monſantius? Qui melius iura Eccleſiæ tutati, quam Auguſtinus Anconitanus, Alexanderque Elpidienſis. Quis denique (vt Philelphum Tollentinatem, Enochum Aſculanum, & ſexcentos prætereā ſilentio rhetores, illuſtres poetas) latinis, græciſque muſis gratior Angelo Celotio Æſinate? Quis Etruſcis charior Caro Nonano. Quæ regio religione, votoque nata, religionem ſanctiùs cuſtodiuit vna Picena? cuius milites ne Diis obſiſterent iratis, trucidari à Sempronio Sopho, quam reſiſtere maluerunt; qui quidem populus, poſt Chriſtum natum, teſte Baronio, ne leui quidem ſuſpicione hæreſis reperitur aſperſus. Quot Sancti Piceni? Siluestrinorum parens, Silueſter Auximanus, Auguſtinianæ Eremiticæ familiæ propugnator, Nicolaus Tollentinas, Minoritarum de obſeruantia reformator, Iacobus Aſculanus; Capucinorum parens, Matthæus à Baſſo, vt ſileam cæteros. Vbi quæſo Benedictinus Eremiticus cœtus, niſi in Piceno? Vbi floruere Camaldulenſes? Vbi extruxit Romualdus monaſteria? Vbi moritur, niſi apud Picentes? Quis noſtrorum ætate, niſi Riccius Maceratenſis, primus Chinenſibus Chriſtum prædicauit crucifixum? Quis inter primos, Sanctum Philippum Nerium imitatus, in Oratorij Congregatione, niſi Firmanus Riccius alter? Hi ſatellites? hi ſpiculatores? Sed age. Quæ natio tam ampla, quæ habeat Deos ſibi proximos prout nos? Qui ſanctior in orbe locus Æde Lauretana? vbi VERBVM CARO factum eſt? hæc in Piceno. Hæc pio meditare affectu, & cohibe ſi potes, Chriſtiane lector, lacrymas, preme ſuſpiria, nec inuideas, ſi potes, Picenis ipſis, ne continuo percitus furore, exclames cum Mureto.

Quænam igitur Regum ſedes, quæ Templa per orbem
Huic ſe auſint conferre loco? ter, & amplius omnes
Ante alias felix Piceni litoris ora:

Cui Solymos ſpectare domi, cui munere Diuum
Fas calcare domi eſt pedibus veſtigia Chriſti.

Hæc inſtar omnium de Picenæ regionis præſtantia, ad inuidorum tantummodo, detrectatorumque ora obturanda, curſim attigi; nunc autem ad rem mente conceptam propiùs accedens, addam, ex hoc argui poſſe gentis felicitatem, quod ccc Ciuitates breui condiderit, & maritimas rate ſedes quærere coacta fuerit. Cum enim adeò creuiſſet populus, vt ei Picenum incolendum non ſufficeret, S. C. nouam coloniarum prouinciam naue quærere iuſſi ſunt Piceni, & ad ſiniſtram nauigare; indè Lucanis proximi incoluere ad mare Tyrrhenum, quidquid à Surrento promontorio ad Silarum amnem interiacet, Picentini vocitati; quos à Picentibus, maris Adriatici accolis originem traxiſſe teſtantur, Strabo Lib. 5. & Plinius Lib. 3. cap. 5. qui quidem Lib. eodem, cap. 13. 340. mille præſtò fuiſſe auxiliares copias, ſocialeſq; legiones populo Romano adiungit. A Picenis item Garganum montem in Apulia, poſſeſſum indicare videtur Cato; hinc Aſculum Satrianum ab Aſculanis Picenis fuiſſe conſtructum, Aſculumque, à patria, veriſimili ductus coniectura affirmarim eſſe vocatum. Oppida, veterum Scriptorum teſtimonio celebrata habuit, Caſtrum, Cupram maritimam, Truentum, Numanam, Anconam; intus verò, Septempedam, Cupram Montanam, Firmum, & Aſculum, vtrumquè, vt Sigonius ait de antiquo Iure Italiæ, cognomine Picenum, Adriam inde, Matrinum Amnem, Auximum, Iguuium, Potentiam, Plinius verò Prætutianam regionẽ, modo cum Piceno coniunctam, modò ab eo ſeparatam ſignificat, cum de Piceno ità loquitur. *Picenos tenuere ab Aterno Amne, vbi nunc ager Adrianus, & Adria Colonia à mari ſeptem millia paſſuum, Flumen Vomanum, ager Prætutianus, Palmenſiſque; item Caſtrum Nouum, Flumen Baſinum, Truentum cum Amne. Flumina, Albulates, Suinum, Heluinum, quo finitur Prætutiana regio, & Picentum incipit. Cupra, oppidum, caſtellum Firmanorum, & ſuper id Colonia Aſculum, Piceni nobiliſſima; intus, Nouana, in ora, Cluana, Potentia, Numana, Ancona. Intus, Auximates, Veregrani, Cingolani, Cuprenſes cognomine Montani, Falarienſes, Pauſulani,*

Strabo Lib. 5. Pli. lib. 3 C. 5.

Sigoni.

Plin.

Pli-

Digitized by Google

Pleninenſes, Ricinenſes, Septempedani, Tollentinates, Triacenſes, Vrbs Saluia, Polentini. hæc Plinius; adde Tignum, ex Cæſare. *Cæſar.* Stephanus item Prætutianum Agrum, non procul ab Adria *Steph.* locat; vnde Annibalem narrat Polybius, Liuiuſque, vt ſuprà *Polyb.* oſtendi, Adrianum, Prætutianumque agrum, inde Marſos, & Marrucinos, Pelignoſque vaſtaſſe. Prætutianis oppida, Beretram, & Interamnem aſſignat Ptolomæus. Inueni o *Strabo.* *Ptolom.* præterea apud Strabonem, Picentes agros habitaſſe, à Montibus vſque ad Mare, in longitudinem, quam in latitudinem ampliorem; latitudinem autem à montibus ad mare interuallis fuiſſe diſparibus; lõgitudinẽ vero C.M.P. prout ferè ad verbum ex Sigonio. Picentium magna ex parte obliterata antiqua nomina, nouaque impoſita, ſiuè à Dynaſtis Gallicis; qui Picentibus populis, poſt Karoli magni in Italiam aduentum, ſunt dominati; ſiuè à Diuis Oppidorum Tutelaribus deriuata, vt annuit Bartholomæus Bauius, dum promiſcuè *Baccius* de Picenis vinis agit; & imò poſt Gothorũ, Hunnorum, aliarum nationum crebras in Italiam irruptiones, barbaro debacchante victore, gladio, omnia ferè in Piceno, Caſtra, Oppida, Coloniæ, municipiaque depopulata, & incenſa, ità vt ætate hac noſtra, difficulter, Nouanæ, Cluanæ, Potentiæ, Pauſulanæ, Pnuentiæ, Truenti, Numanæ, Pollentiæ, Heluiæ, Treiæ, Septempedę, Thinij, Falarię, aliorumque Picentium locorum ſitum inuenias, & veſtigia. Erat olim Picenum ex vndecim Italiæ regionibus ordine Quintũ, ſuumque habuit Proconſulem. C. Terentij Piceni Procoſ. meminit Liuius, de *Plin.* quo ſuprà, & P. Seruilij, itidem Piceni Procos. meminit Appianus Ciu. Bel. Lib. 1. At noua Imperij Rom. facta diuiſione, *Appianus ciu. bell. li. 1.* prouincijſq; omnibus in plures diœceſes diſtinctis ab Imper. Cæſare, Traiano, Adriano, Auguſto, Picenum in duas partitum prouincias inuenio. Aliud Annonarium, Vrbicarium aliud dicebatur. Annonarium, ſub Italiæ; Vrbicacarium, ſub Vrbis Romæ fuit Vicario, & vtrumque Conſulares habuit, vt annuit Marianus, in Codice Præfecturarum Rom. Annonarium, Vrbicariumque ex eo dictum; quoniam ad præſtandum canonem Vrbicarium, hoc eſt ad annonam in Vrbem inferendam tenebatur; ſitque Piceni, ſub

Vr-

Vrbicarij, & Thuſciæ, inter Vrbicarias Italię Prouincias expreſſa mentio in Theodoſiano Codice, ad Legem xii. de Indulg. debit. Tarrutenij Maximiliani, Piceni ſuburbicarij Conſularis meminit antiqua inſcriptio in Cippo togatæ ſtatuæ, quàm vidi Romæ in Viminali, apud Perettinos, in hæc Verba.

TERRVTENIO. MAXIMILIANO. V. C.
ELOQVENTISSIMOQVE CONSVLARI
PICENI ANNO ÆTATIS. NONO. DECIMO.
VICARIO. VRBIS. ROMÆ. LEGATO. AMPLISSIMI SENATVS SECVNDO. SOCERO
EXOPTATISSIMVS. ANICIVS. ACILIVS.
GLABRIO. FAVSTVS. V.C. LOCI. HVIVS.
ORNATOR. TOGATAM. STATVAM.
LIBENS. OBTVLI.

Annonarium verò Picenum iunctum Flaminiæ Prouinciæ, præter Conſularem, etiam Correctorem habuit, vt indicat lapis, Romæ item in hortis Fabiani Montij. Hinc pace dixerim eruditi Viri, cæcutiuit Panuinius, qui duas tantum ex Italicis, quæ Correctores habebant, numerat Prouincias, Apuliam ſcilicet, vnà cum Calabria; & Lucaniam, cum Brutijs; Inſcriptio hæc eſt.

EABIO. TITIANO. V.C.
CORRECTORI. FLAMINIÆ.
ET. PICENI. CONSVLARI.
PROVINCIÆ. ASIÆ.
IVDICI. SACRARVM. COGNITIONVM. COMITI. PRIMI.
ORDINIS. CONSVLI. ORDINARIO. PRÆF. VRBIS.
PEREGRINVS.
SEREVS. PATRONO. PRESTANTISSIMO.

Audio

Audio etiam extare Arimini, Fanique fortunæ, duplici in marmore, tùm Aſterij, tùm Flauii Attici Aproniani F. familiæ, & Piceni Correctorum inſculpta nomina. Inſcriptiones mitto, cum ad manus non habeam. Tetricus item Piceni, Flaminiæque Corrector memoratur à Trebellio Pollione, Libro de triginta Tyrannis. De conſulari Piceni ſuburbicarij, agit Lazius, Commentariorum Reip. Rom. Lib. 2. Cap. 3. Et hæc de vetuſto Picenorum ſtatu, & de Magiſtratibus, florente Romano imperio, quo inde flacceſcente, tum prouinciæ, tum magiſtratuum mutata nomina, vti ſuo loco dicemus fuſiùs. *Trebell. Pollio.*

Finis Primi Libri.

S F.

Digitized by Google

SEBASTIANI ANDREANTONELLI

IVRISP. ASCVLANI,

Aſculanæ Hiſtoriæ LIBER SECVNVS.

DIlucidè quidèm, qnoad fieri potuit, primo Libro, ſitum, & originem retuli Aſculi, nomine Piceni; ob id PICENVM ipſum ingreſſus, veteres regionis limites, populoſque coniunctos indicaui: viritìm, nèc non compendioſè, incolarum dignitatem tutatus ſum pro virili; nùnc autèm propoſiti operis ſeries poſtulare videtur, vt poſtquam de Aſculaneis præcipuè rebus hiſtoriam contexui, ad geſta apud Aſculum ſcribenda ſeriè calamum conuertam.

De Hercule Seruatore.

Poſt igitùr Picum gentis auctorem, operæpretium eſt, de Hercule verba facere; ipſi namque, veluti Seruatori, Liberatorique Deo aeneam ſtatuam poſuere Aſculani; ab eo ſiquidem ipſorum agrum, latronibus latè graſſantibus, expurgatum ait auctor libelli de illuſtrium ITALIÆ ciuitatum originibus, qui prodiit Neapoli, typis Matthæi Cancri, anno Chriſti DLXVII. inde Venetiis anno MCVIII. apud

Onu-

Digitized by Google

Onuphrium ; ac iterum , Interamnę, anno ooIↃCXIX. ſub Auguſtini Turronij nomine. Cum autem plures eiuſdē nominis heroes fuerīt, cuinā hoc facinus adſcribatur, incertū: at crederē ego, eūdem eſſe Herculē à quo & Cacus, Euandri ſeruus nequiſſimus, quem Oſiridis filiū appellat Beroſus, nomine Libyum, qui Latium incendiis, & latrocinijs deuaſtabat, ſtrangulatus; de quo plura Virg. Æneid Lib.8 & Halicarnaſſ. Lib. 1. Originum. Hercules enim, anno ante bellum Troianū ferè quinquageſimoquinto, Dionyſius, & Argonautæ in Italiam venere. Ab ijs Pola in Iſtria condita perhibetur; quod refert ex Callimacho Strabo, Lib. 5. Plin. L. 3. C. 19. Iunonis item Laciniæ erexiſſe Fanum, vt Solinus ait, Cap. 7, diciturque Hercules Lęſtrigonas viciſſe, atque deleuiſſe. Quin refert Plutarchus in parallelis, ab Hercule trucidatum Faunum, Mercurij filium, qui in Italia patri hoſpites immolare ſolebat; atque ita fieri potuit, vt apud Aſculum latronum agmina diſſipauerit. Statua, ſiuè incendiis liquefacta, ſiuè aliò potius, in tot vrbis populationibus, tranſuecta, nunc minimè extat. Vidi tamen penès honeſtum ſenem Petrum Auguſtinum Petrellium, patritium Aſculanum, Herculis ſimulachrum affabre, ex aere conflatum, in agro Aſculano, annis elapſis repertum. Piſculeæ nūc marmorea viſitur ſtatua, apud Franciſcum Salluſtium. Fanum in Herculis honorem, apud Aſculum quoq; fuiſſe conſtructū, vbi nunc D. Antonini Templum colitur conſtat: extat enim Herculis ſignum, clauam manu geſtantis, vt coniectare licet, magno quodam in lapide inſculptum. Præter Herculem inſuper, ne hoſtili deuaſtarentur incurſu Aſculani, Deam Patriam coluere ANCARIAM; in cuius honorem, vii. ab oppido lapide, orientē verſus, Fanum extructum fuiſſe, vbi nunc inſigne cernitur Caſtrum, ab eadem Ancaria, Ancaranum, à maioribus noſtris, traditum. Superioribus annis, vbi Templum fuit, fama eſt, altius a ruſtico terram fodiente, marmoreum Ancariæ caput repertum, quod nunc apud Aſculum videre eſt Meliorijs in Hortulis. Auximi inſupèr aiunt marmoream reperiri baſim, hac puriſſima inſcriptione inſculptam.

Beroſus. *Virg li. 8. Æn.* *Halic. lib. 1. Orig.* *Dionyſ.* *Strabo.* *Plinius* *Solinus.*

E AN

ANCARIA ANTIQVISSIMA ASCVLANORVM DEA.

Exemplum huius deſcripſit,nobiſque humaniſſimè tradidit, vir ſincera fide, & eruditionis fama celebris Franciſchinus Caluus, ciuis, & amicus noſter; licet Ioannes Frãciſcus Gallus, Auximas,inter patrias inſcriptiones, hanc neglexerit. De Ancaria autem ſcribunt, Lipſius, Iohannes Rauiſius, Carolus Stephanus,Lilius Gyraldus Ferrarienſis.Theatrum Orbis, Petrus Crinitus, Cœlius Rhodiginus,Alexander ab Alexandro Neapolitanus, & his antiquior Q.Sept. Florẽs Tertull.in Apologetico;à quo alios decerpſiſſe reor, quæ de Ancaria protulere. Deæ Ancariæ illuſtre extat monumentum apud Gulielmum Stucchium, Ant. Cin. additam. 1 ad Lib.11.Hic enim ait, Maxentium Tyrannum, vt Aſculanorum ſibi militum conciliaret animos, oppidum ingreſſum, patriæ Deæ poſuiſſe aeneam ſtatuam,cum hac ſimplici inſcriptione.

Maxẽtius Tyran. Ancariæ Deæ patriæ ſtatuã æneam poſuit.

DEÆ. ANCARIÆ. IN. PICENO.
ASCVLANORVM
OMNIVM SVAVITATVM DONATRICI.
MAXENTIVS. CÆSARIANVS.
P. P.

Stucch.

Deę ſimulachrum ab Aſculanis in dexterum flumen proiectum, affirmat idem Stucchius, ſuadente Diuo Emygdio. Præterea,ne Deorum aliquem apud Aſculum antiquitùs cultum ſilentio inuoluam, hic antequam progrediar vlteriùs, lectorem ſcire volo,anno Chriſti ooICVI. imbribus in agrũ Soleſtanum ex proximis cliuis irruentibus, inter exeſas vetuſtate columnas,pluraque ſtatuarum fragmenta,Iouis Ammonis caput, Arietis forma repertum, quod indè Antonius Meliorius, vir apprime bonis litteris imbutus,domeſticis in hortulis, ad Soleſtanum pontem, reponendum, inter alia priſcæ ſuperſtitionis monumenta, curauit. In ædibus inſuper Turrianis ſeruatur Veneris ſtatua marmorea, fortuitò à puteario quodam reperta; eidemque Deæ ab Aſculanis, aiunt,

Digitized by Google

aiunt, erectum Templum eo loco, quod à myrto, eidem ſacra, myrtetum vulgo, ad hæc vſque tempora vocitatur. Muſis quoque Fanum dicatum extabat, nomenque Muſæ, adhùc retinet locus, ad Sanctæ Mariæ Maioris, è regione venerabilis Clericorum Seminarij, vbi legitur diſtichon Poetæ, pro temporum illorum ingenio, non aſpernandi.

QVOD. TENVI. QVONDAM.
NOMEN. RENOVATA. TENEBO.
PORTA. VOCOR. MVSÆ.
Sic. EGO. DICTA. PRIVS.

De Aeſculapij, pariterque Apollinis ſimulachro agit Sanctus Valentinus, Libro Geſtorum Sancti Emygdij, patrioque numini dicatum Altare, votaque ſoluta in vrbis conſtructione, ait Caſella. Extat inſuper elegans marmorea Tabula, de templo Fortunæ Reducis, his inſculpta literis.

FORTVNÆ REDVCI
RVFVS.COL.DISP.ARCE.SVMMARVM.OMNI.
CVLTV.EXORNAT.
DE.SVO.POSVIT.IDEMQ DECOR.ET.ORD.TEMPL;
A.SOLO.SVMPTV.SVO.MAXIMO.CONLATO
PERFICIENDVM.CVRAVIT. CVIVS.DEDICATIO-
NE.SINGVLIS.IN.COLLEGIO.HS.XX.N DEDICA-
TVM. DVODECIM. KLEN. AVG. ORFITO. ET.
MAXIMO.COS.SI.QVI CLIPEVM.PONERE.VOLET.
DABIT. AR CI.HS.II.N̄.

Fuit & Templum, Porticuſq; necnon cuſtodiarium Deę Veſtæ Sacrum; nam legitur ad hęc vſquè tempora, in lapide apud Celſum Saccoccium ità.

VESTAE. T. F. CELERIN.
MATRVBAS. TEM. PORTIC.
CVSTODIARIVM.

Templum Veſtæ dicatum, cum porticu,& cuſtodiario fuiſſe puto, vbi nunc Aedem Sacram veneramur, Diui Gregorij Magni titulo: Porticus namque veſtigia adhùc ſuperſunt, necnon ad inſtar flauiſsarum, cellulæ, & Ciſternæ, in quibus fortaſſe ſacer, perpetuuſque ignis à Virginibus cuſtoditus.

Equilinus. Hæc ſuperſunt Deorum monumenta,& ſi Equilino credimus, quatuor & triginta profana Deorum Templa fuerunt Aſculi, quo tempore Diuus Emygdius Chriſtum pro Concione Crucifixum prædicauit: ſic enim ait Equilinus.

Quapropter ad eum venientes ægri numero CL. qui ab eorum Dijs ſanari non poterant, percepto ab eo ſacro Baptiſmate, omnes à diuerſis languoribus ſanati ſunt. Vnde, & propter hæc miracula, Populi templa xii. euerterunt, Idolaue igni tradiderunt. Verum cum Sanctus ad Deum orationem fudiſſet, facto terræmotu, cętera Fana idolorum, numero xxii. ſubitò corruerunt. hæc Equilinus.

Vici, & pagi dæmonib. ſacrati Vici etiam, atque pagi fere omnes in agro Aſculano, Dæmonibus intrà lapides latitantibus ſacrati; à Dijs namque Gentium ad hęc vſq; tempora nominantur. Hinc à Solis ſtatione, Soleſtanum rudi vocabulo; à Iano, Tellus Iani, Fanum Iani; à Flora, Florianum; à Venere, Vallis Venerea; & quæ huic proxima, ab Eleuſina Cerere, Vallis Eleuſina; & ſupra eandem, à Nemorum Dea Feronia, Plana Feroniæ appellantur, & huiuſmodi alia pleraq; pagorum nomina deducta; eaque dementia antiquorum animos inuaſerat, vt à Priapo etiam Priapum Villam nuncuparint. Hinc annis elapſis, eodem loco reperta ænea duo virilia membra, parua ad inſtar digiti, quæ inter cætera ſeruantur antiqua monumenta, penes Antonium Meliorem. Lapis præterea in dicto Veneris Fano, ad Veneream Conuallem, in quo vuluæ duæ, inſtar votiuæ tabellæ inſculptæ apparent, vna ſcilicet virgo, ſtuprata altera. Thermas hic apponerem, ni à rei fęditate abhorreret Chriſtianus Hiſtoricus. At cum non ſemel erubuerim in huiuſmodi rebus neceſſariò referendis, a dijciam hic ſalaces olim Idololatras, non Veneri dumtaxat, Priapoque aras, ac templa excitaſſe apud noſtrates; verum in remotiori receſſu, intrà oppidum, ſupra Cli-

uum

num fluminis Truenti, è regione veteris Prætorij, libidinis infandæ ſtatuiſſe loca, SELLAS, ad hanc vſque ætatem, vota, arcanarum ſcilicet libidinum ſedes, & monſtroſi, vt arbitror, concubitus domicilia, publicaque exſoletorum proſtibula, quæ cum Romę, & in quibus libet paulò celebrioribus ciuitatibus frequentarētur, à Conſtantino ſublata ſunt, teſte D. Hieronymo in Iſaiam proph. Lib. 2. cap. 2. Gentium autem Deos (ne paginas obſcœna cōmemoratione ampliùs fædem) pagis dediſſe nomina puto, cum Arcadij, atque Honorij Impp. reſcripto, prohibiti Idololatræ vrbes colere, ac proinde habitare coacti in pagis; vndè Gentiles PAGANI appellati; licet Pagani propriè dicti ruſtici, ad ruris culturā deſtinati, militibus ſæpè oppoſiti, vt togati ſagatis, cinctiſq; atque apud Iuriſconſultos, Pagani ſunt à fide catholica alieni, utpote qui in verba Chriſti Redemptoris noſtri non iurarunt. Auguſto etiam fuiſſe apud Aſculum ſacratum locum, coniicio ex lapide in ædibus D. Gaſparis Ferri, propè Templum Sancti Angeli Magni, vbi ſic purè legitur.

Conſt. iſthæc loca delenit.

D. Hieronym.

Auguſ. ſacratus locus apud Aſculum

LARIBVS.
AVGVSTI.
S.

Eadem inſcriptio reperitur Romæ, in ædibus Capranicorum, ex altero latere baſis. vide Manutium.

Retulimus Deos ab Aſculanis antiquitùs cultos; nunc tempus admonere videtur, vt quoniam de religione verba fecimus, de votis, ſacrificiiſque, necnon de Auguriis aliqua promamus; indeque ex veteribus inſcriptionibus, & monumentis referamus, quæ extant, ludorum, ſpectaculorum veſtigia; antiqui enim ſpectacula, ludoſque huiuſmodi, placamina Deorum putabant. *Vos æris tinnimentis* (ait Lib. 7. contra Gentes Arnobius, *& tibiarum ſonis; vos equorum curriculis, & theatralibus ludis perſuaſum habetis Deos delectari, & affici, iraſque aliquandò conceptas eorum ſatisfactione molliri.* Vtque à Votis incipiam. Aſculum ea de cauſa Picenum cognomento dici didicimus; quia Piceni Etruſca lingua (teſte Catone)

Catone) genus ſacrum dicitur, orti à Sabinis, voto Vere ſacro, vt inquit Plinius. At quam ob cauſam ver Sacrum vouerint Sabini ſupra oſtēdimus, cum noſtræ vrbis primordia expoſuimus. Cenſura vtique dignus Ludouicus Dominicus, qui pueriliter nimis illud *vere* pro *certè* aduerbialitèr interpretatur. Noſtros inſuper animo lubenti, Patrio Numini Aram in vrbe media dedicaſſe, illamque ſacrificijs celebrem feciſſe, & muneribus ornaſſe, pendulis odoratam ſuffimentis, & oraculis nobilem, Caſellæ teſtimonio alibi diximus. Votum inſupèr Taurobolium, frequentèr apud Aſculum proſtat: viſuntur namque adhùc non vno loco pateræ, quibus ad res diuinas vtebantur antiqui, affabre in lapidibus efformatæ, iuxta cum bubulis coronatis capitibus anaglyphiſque; vt ad Diui Hilarij, ad Diui Ioannis Chriſtum baptizantis, propè Muſam, ad Diui Baſilij; rudiùs deniquè ad D. Mariæ in plano Sancti Pamphili. Viſitur etiam in domo Nobilis viri, Ioſephi Sgarigliæ, Marci Antonii Filij; apud Plateolam, ſimilis ſacrificij monumentum proſtat; ſiquidem videre eſt bubulum caput, lapidi inſculptum, cum literis ita graphicè, in AE V OM. Quid verò ſibi velint prorsùs ignoro; ni Aeditui, ſiuè Aeditimi nomē velimus interpretari; erat enim Aedituus Sacræ Aedis cuſtos. Appianus Primo Bellorum Ciuilium, ſacrificantes Aſculanos a P. Seruilio acritèr reprehēſos, ob eamque cauſam ab iiſdem eum trucidatum affirmat. Quos verò ludos celebrarint Aſculani, ex coniecturis, Aſcolios, homonymos, Cubicos fuiſſe vocatos facilè credimus; annuente Bonfinio, cum de huius vrbis originatione fatur.

Quod hic ſolitus tumidos reſilire per vtres
Dum natat in lymphis, ſæpè Truente tuis.

Pelaſgam Vrbem, pelaſgis ludis delectatam crederem, vt inquit Cœl. Rhodiginus poſt alios. Aſcoliaſmus verò Bacchi dicatus erat, ex Alex. Neap. Genial. Dier. Lib. 5. cap. 23. Primò namque ludi fieri conſueuerant in fluminibus. Aſculum autem, Strabone teſte, à Pelaſgis poſſeſſum ſupra indicauimus. Inde Aſcogephyri dicti pontes, ex Vtribus confecti, quorum forma exprimitur à Steuuecchio. Præter Aſcolia, Circenſes Ludos etiam exercuere noſtrates, à Pico equorum do-

Pl in.

Patrij Numinis Ara

Votum Taurobolium. Pateræ.

Appianus. P. Seruilius trucidatur

Ludi Aſcolij Bonfin.

Ludi Pelaſg. Alex. Neap. Ludi fieri ſol. in fluminib.

Ludi Circenſes.

Digitized by Google

domitore edocti. Supereſt adhucnum Agitatoris in marmore effigies, via qua itur Fundanianum, in domuncula quadam; procul cernuntur etiam ad portam Romanam Cęſtuariorum manus, chirothecæ ſcilicèt ferreis ſquamis armatę, quibus induebantur in ludis ab Antenore inductis, vt ſcribit poſt Tacitum, & alios in Antiquitatibus Patauinis Pignor. Proſtant inſupèr, Hilarium, Lupercalium, Saliorum, Augurumque nomina in veterum inſcriptionū fragmentis apud Aſculum. Legitur in Baptiſterio, ità, TITIÆ. L. L. HILARIÆ. Eſt & Hilari liberi monumentum in magno quodam lapide, ſcalpri violentis ictibus vndequaq; effracto, corroſis literis, in turre Sancti Petri de Caſtello, his literis. *Cęſtus.* *Pignoria.*

........RIVS. C. L. T.... ALES. LVPER.
.....STAMENTO. DE. HS....
...... TRACTV. HILARI. LIB.
MARTIN. LONGOB.

Hilarium monumenta paſſim Romæ conſpiciuntur, qui ſic dicti forſan à Feſtiuitate. Hilaria celebrabātur in Veneris, Liberique honorem 8. Kal. Martij, & 8. Kal. Aprilis, quo ſcil. tempore primum omnium Sol longiorem diem protendere incipiebat; ad quæ alludit Suetonius in Auguſto, dum ait. *Exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum, & obſoniorum, rerumque miſſilium, nullo denique à genere Hilaritatis abſtinuit.* Hùc pertinet & illud Flauii Vopiſci in Aureliano, his verbis. *Hilaribus quibus omnia feſta, & fieri debere ſcimus, & dici, completis ſolemnibus.* Legitur ibidem alia vetus inſcriptio, cuius interpretationem me ignorare fateor: proferam tamen, ne deſideretur. *Hilaria in veteris & Liberis honorē.* *Sueton.*

.....SAMVS. T. F ....
VIXIT. A. XVI. F. V........
3Ω. ESSCI... IP. HÆC....
CAMPANIA. EFKODVP.

Superior inſcriptio, non ſolum Hilari Liberi, ſed Luperci nomen in frōte habet. Lupercalia celebrari vota menſe Februario *Lupercalia.*

bruario,ait poſt alios Panuinius,apud quē qui abūde de Lupercalibus doceri cupit,eū cōſulat,in ciuitate Romana. Agit inſuper de iiſdem, ſiuè ludis, ſiue ſacrificiis, fusè Cæſar Cardinalis Baronius Annal. Tom.6. ad Chriſti annum 495. quo quidem anno a Gelaſio ſummo Pontifice ſublata fuere. Lupercalia enim, non ſolum ludi erant; verum etiam inter ſacra referebantur,celebrabanturque ad mitigandos Lupos, initio Nouembris, ne pecoribus obeſſent; ſunt quippe eo tempore,niue,& gelu vrgente ſæuiſſimi,& maxime famelici. Porrò qui hæc Sacra obibant,luperci vocabantur,qui flagro quodam ſcorteo oblatas ſibi ſterilium feminarum, uolas ferientes, fęcunditatem eis comparare putabantur. Colligitur tantum ex lapidis fragmento in Vinea Antonij Libertini reperto, Auguris, & Salii Nomen. De Saliis videndus Feneſtella, idemque Panuinius. Ludi inſuper Scenici, Iuuenaliaque acta Gordiani tempore, in omnibus Piceni ciuitatibus, vt teſtatur Capitolinus in Gordianis. Quibus verò inſignibus, quibuſuè armis vſi Aſculani milites fuerint,poſt religionem de qua dictum eſt,explicandum. In Vexillis Aſculanorum Picentium Picum depictum antiquitus aſſirmat Caſſaneus; hinc Silius Vepicum Aſculanum *ſigniferum* appellat; *quia* inquit Marſus,*Aſculani in Vexillis Picum,vt Aquilam Romani geſtabant*. Huius Pici formam exprimit Caſſaneus. Auis hæc Marti ſacra; hinc Picentes iure martiales,& bellicoſos interpretatur Delphinius; cuius Auis non vno in loco meminere Plinius, & alii. In litho ſtrato Cathedralis Baſilicæ Auis in Labaro efformata apparet: vnde Ingenium Aſculanum, ſigniferum Vepicum vocauit Italicus,dum 8. Secundi Belli Punici, inquit.

Baron.

Salij Ludi.

Scenici Ludi.

Marſus.

---- -- *& inclemens hirſuti ſignifer Aſcli*
Vepicus,

In Pici Regis vtique memoriam, hoc ſigno vſi veteres noſtrates; qui quidem milites Mercuriales etiam à Steuuechio,& iure rapaces in bello nominātur à Philalethe Politopienſe, Lib. I. Quæſtionum Forcianarum, vt refert Toloſanus; cum Mercurius Deus rapax ſit habitus; ſub cuius tutela milites, ſcilicet raptoris Numinis bellarent;ex quibus forſan

ſan deducta legio vna & vigeſima, cui cognomen, Rapacis, veteri gloria inſignis, Tacito Hiſtoriarum libro II. Quæ quidem pro Vitellio aduerſus Primanorum adiutricem conſtitit; & cum Aquilam amiſiſſet, dolore accenſa, rurſus Primanos profligauit, interfecto O.fidio Benigno Legato, & plurima ſigna, Vexillaque hoſtibus eripuit: cuius quidem legionis frequens mentio apud eundem Tacitum; de qua etiam Lazius plura Lib. V. cap. xxv. Cōmentariorum Reipub. Rom. Panuinius, & alii. Hinc puto ad Gentis alluſiſſe mores Torquatum Taſſum, cum rapacem noſtrum prædicat Argillanum, in bello Sacro celeberrimum Ducem. Deorum potiſſimum, poſt Ancariam, Mercurium colebāt Aſculani; ac in ipſius honorem talaria geſtabant, quæ ad ſena millia aſcendiſſe ferunt, atque dei reſponſo aliquando fuſi, talaria quotcunque Aſculi reperiebantur; binos item caduceos flammis in foro publicè tradidere, ac binas eiuſdē Numinis ſtatuas in flumen proiecere. Narrat Hiſtoriam, Antonii Bonfinij verbis, eruditus vir amicus meus Iohannes Baptiſta Aſtria, nobilis Taurinas, è Societate Ieſu, Concionator illuſtris.

Tacitus. Legio vna & vigeſima dicta rapax.

Vt in Vexillis, ità Picum antiqui Picentes cudebant in nummis; quod quidem teſtatur idem in fragmētis Firmanis. Poſterior, verò ſeculo, Aſculani, Capſarum, tùm in Vexillis, tùm in nummis habuere. Capſarum Gallicè, regia domus dicitur Latinè: Aſculi namquè, Gallorum Regem, & Romanorum Imperatorem Karolum Pipini F. cognomento Magnum, Imperialem ſtatuiſſe cameram affirmant Antiqui; ni potiùs Capſarum, Aſculani geſtant inſignibus, cuſum olim in Nummis; quia Arcis inſtar efformatum naturalem vrbis ſitum denotat, inexpugnabilem. *Quam ciuitatem nunquàm cepiſſet Pompeius Strabo,* inquit Oroſius, *niſi Populum in campum erumpentem viciſſet. Locus prævalidus,* ait Strabo, *nullis penetrabilis exercitibus; Pellitur arce,* ait Lucanus, *Lentulus Aſculea.* Addidere inſuper ſtemmati Colubros duos, inſtar Caducei ſeipſos inuicem mordere conantes, ea quidē de cauſa, vt ciuiles diſcordias; ſiuè Aeſculapij antiquum Numen, à quò fortaſſe, ut inquit Pamphilus, deductum vrbis

Picum cudebā. in Nūmis. Capſarum; Oroſius Strabo. Lucanus

nomen; ſiuè ut vetuſtiſſimam Marſorum Metropolim fuiſſe indicarent; ſiuè potius, vt oſtenderēt, naturali Vrbis, ſitui adiungendam ciuilem prudentiam, cuius ſymbolum eſſe ſerpentes expreſſit mundi Seruator.

Extant quinetiam, & ad hanc vſque diem, alia Aſculanæ militiæ veſtigia; nàm viſitur fragmentum lapideę tabulæ, propè Templum Capuccinorum, in qua funditorum balearium cernuntur imagines; à funda autem funditores dictos ex Vegetio patet Lib. 3. cap. 16. ex quo item conſtat fieri ſolitas ex lino, vel ſetis, quæ apud Aſculum ex cannabi fiebant: vnde illud Pamphili.

Seritur hìc cannabis fundis balearibus apta.

Veget. *Florus.* Dictæ autem Baleares fundæ; quia Balearibus tribuitur fundarum, tùm vſus, tum inuentum, teſte eodem Vegetio; nec non Floro, & alijs, contrà Plinij opinionem, qui Phœnices illarum facit inuentores. Florus equidem tribus ſingulis fundis præliari ſolitos, teſtis eſt; & cibum pueros à matre non accepiſſe, niſi quem ipſa monſtrante, glande petijſſent.

Virgil. Pro Vegetio etiàm facit illud Virg. 1. Georg.

Stupea torquentur Balearis verbera fundæ.

Item illud Statij Lib. 1.

Statius *Roboraque, & grauidas fundæ balearis habenas.*

Ouid. Denique, & illud Ouid. Metam Lib 2.

Non ſecus exarſit, quàm cum Balearica plumbum
Funda iacit; volat illud, & incandeſcit eundo.

Diodor. Sicul. Funditores Baleares etiam Liuium celebrare memini Li. 30. Diodorus quoque Siculus hæc de illis. *Arma* (inquit) *eiſque ſunt fundæ tres, vna caput cingunt, altera ventrem, tertia in manibus geſtatur. In prælio lapides multò maiores, quam reliqui iactant, robuſti, vt aliquo tormento lapis miſſus videatur. In Vrbium expugnatione, lapidum ictu, eos qui deſuper ex propugnaculis tuentur mœnia, vulnerant; in pugna verò ſcuta, galeas, omneque Armorum genus confringunt; ità autem recta lapides propellunt, vt raro effugiat ictum appetitus locus. Quod eis à pueritia vſus præbet, à matribus ad id certamen coactis. Imponunt enim ſuprà erectum lignum panem, quem iactu petant, neque ante cibum capiunt, quam panem lapide eiectum pro cibo ſumant, permiſſu matris.* Hæc Siculus. De

Tacit. his

Digitized by Google

his intelligendus Tacitus Annalium Lib. 13. dum inquit. *Libratoribus, funditoribusque attributus locus, vndè eminus glandes torquerent.* Quò & alludit Claudiani verſus, in quartum Conſulatum Honorij, dum inquit. Claud.

Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,
In galea portare niues, nùnc ſpicula cornu
Tendere, nùnc glandes baleari ſpargere funda.

Ex fundis contortis circa caput vibrabant ſaxa, glandeſq; hinc Virg. Æneid. 9.

Stridentem fundam, poſitis, Mezentius armis;
Ipſe ter adducta circum caput egit habena;
Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo,
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

Glandium verò, quæ è fundis vibrantur quotidiè infinitus penè numerus Aſculi reperitur; de quibus vide, quæ ſcribunt, Lipſius, Poliorceticor. Lib. 4. Ianus Gruterus, & Georgius Vvalterus in Siculas tabulas. Et hæc pauca de Dijs, Votis, Sacrificijs, Inſignibus, armorumque generibus; nunc ad geſta. Ex Pico igitur Picentium Rege, vt præmonſtraui, natus eſt Faunus, Latini pater; cuius mater creditur latinas literas reperiſſe. Vixit autem Faunus temporibus Tolæ, vii. Iudæorum Iudicis; regnauit anno ab Orbe creato, ex periodo Tulliana MMMCCCCLIV. ante Chriſtum verò natum MCCLX. qui moriens Deus eſt habitus; habuitq; Templum in Cælio Monte. A Fauno ad annum vſque CCCCLV. ab V.C. quid proponam nihil habeo; eo verò anno, T. Manlio Torquato, M. Fuluio Petino Coſſ. cum Picentibus à Romanis fœdus primùm ictum, apud Liuium Dec. primæ lib. x. ſcriptum his verbis. *Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Hetruſcum adiecti; eò minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo eſt.* Et paulò poſt. *Cum hoc ſegnius bellum opinione eſſet alterius belli, quod multis inuicem cladibus haud immeritò terribile erat: fama Picentium, nouorum ſociorum indicio exorta eſt. Samnites arma, & rebellionem ſpectare, ſeque ab ijs ſollicitatos eſſe. Picentibus gratiæ actæ.* Hæc Liuius. Stetiſſe autem eos in hoc fœdere, ad annum vſquè V. C. C. DLXXXIV. indè licèt ſuſpicari, quod eo demùm anno, L. Quintio Gulone, C. Fabio,

Lipſius. Gruter. Vvalt. Liuius.

Maximo Pictore Coſſ. Picentes bellum mouiſſe, & à ſecutis Coſs. P. Sempronio Sopho, Appio Claudio Rufo, victos eſſe conſtat. Cùm enim nec ſolius Latij oppida occupaſſe Romanis ſatis eſſet, bellum etiam ad centeſimũ, & ferè vigeſimum milliare gerere placuit, apud Samnites, qui medij inter Picenum, Campaniam, & Apuliam; hi ſæpè victi, victores ſæpè; poſtremò funditùs euerſi. At, quoniam illis bellicas tulere ſuppetias Picentes; Pyrrhoque Epirotarum Regi, pro Tarentinis in Italia aduerſus Romanos bellum gerenti præſtò fuere; idcircò tanquàm in hoſtium ſocios, Tarentino pacato bello, in Picentes atroci bello ſurrexere Romani; de quo non fuerit alienũ Pauli Oroſij recenſere verba, quandò Liuiana deſiderentur. *Sempronius Cos.* inquit Oroſius Lib. 4. c. 5. *aduerſùs Picentes duxit exercitum, & cum directa intrà iactum teli vtraque acies conſtitiſſet, repente ità cum horrendo fragore terra tremuit, ut ſtupore miraculi, vtrumque pauefactum agmen hebeſceret. Diù attoniti vtrinque Populi hæſitauere; præiudicata incepti conſcientia; tandem procurſu concito iniere certamen. Triſte adeò id bellum fuit, vt meritò dicatur, tantum humanum ſanguinem ſuſceptura, etiàm cum gemitu horriſono tùm terra tremuiſſe. Romani pauci admodum, eo prælio, qui euaſerunt, vicerunt.* Et Cap. 5. *Sanguis è terra; lac viſum eſt emanare de Cælo.* Hæc Oroſius. De bello hoc, ità apud Frontinum. *T. Sempronius Gracchus, acie aduerſus Picentes directa, cum ſubitus terræmotus vtraſque partes confudiſſet, exhortatione confirmauit ſuos, & impulit, vt conſternatum ſuperſtitione hoſtem inuaderent, adhortatuſque deuicit.* hæc ille. Vbi prò T. Sempronio Graccho, legẽdum P. Sempronio Sopho, vt in mendis Godeſcalchi Steuuecchii habetur: Idem autem in Flori ſcriptum eſt hiſtoria. *Omnis mox Italia* (inquit Florus) *pacem habuit; qui enim poſt Tarentum auderet, niſi quod ultrò perſequi hoſtium ſocios placuit. Domiti hinc Picentes, & Caput gentis Aſculum, Sempronio Duce, qui tremente inter prælium campo, Tellurem Deam promiſſa Æde placauit.* Eutropius verò ſtrictius de hoc eodem bello ità. *Quintio Gulone, C. Fabio Maximo Pictore Coſs. Picentes bellum commouere, & ab inſequentibus Coſs. P. Sempronio, Appio Claudio victi ſunt, & de illis triumphatum eſt.* Quæ verò præceſſerint id bellum prodigia,

Certamen atrox Romanorum cũ Picentibus.

Oroſius

Frontinus. L. Flor.

De Picẽtibus triũph.

gia, refert Oroſius Lib. 4. Cap. 4. in hæc verba. *Anno ab V. C. CCCCLXXVII. obſcœna, & dira prodigia, vel viſa Romæ, vel nuntiata ſunt. Ædes Salutis ictu fulminis diſſoluta; pars muri ſub eodem loco, de Cælo vt dicunt tacta eſt. Lupi tres ante lucem ingreſſi vrbẽ, ſemeſum cadauer intulerunt, ſparſumque membratim in foro, ipſi ſtrepitu hominum exterriti reliquerunt. Apud Formias, multis ictibus fulminum mœnia vndique ambuſta, & diſſoluta ſunt. Apud agrũ Calenum, repente flamma, ſciſſo hiatu terræ, eructata tribus diebus, tribus noctibus terribilitèr exæſtuans, quinque agri iugera, exhauſto penitùs ſucco vbertatis, in cinerem extorruit, ità vt non fruges ſolum, ſed & Arbores, cum imis ſtirpibus abſumpſiſſe referatur.* Quod autem de Picentibus hoc in bello deuictis Romæ triumphatum ſit, habetur etiam capitolinis in tabulis; ibi enim ita legitur.

Oroſius

Prodigia qui præceſſerunt bellum Romanorũ cũ Picentibus.

P. SEMPRONIVS P. F. P. N. SOPHVS COS. DE PICENTIBVS. ANNO. CDXXCV.
AP. CLAVDIVS AP. C. F. N. CRASSVS COS. DE PICENTIBVS. ANNO. CDXXCV.

P. autem Sempronius hic eſt, à quo Forum Sempronij in Piceno eſt conſtitutum, Sigonij de antiquo iure Italię teſtimonio Lib. 2. Quæ Romam in triumpho de Picenis manubiis retulerit P. Sempronius, ignota penitùs; non leui tamèn coniectura, Herculis aeneam ſtatuam, cuius in primo Libro mentionem feci, ab eo in vrbem Aſculo fuiſſe aſportatam crediderim; Marlianus etenim Romanarum Antiquitatum libri primi, capite x. Herculis Statuam à Sempronio Cos. in Capitolio poſitam affirmat; à prouinciis namque deuictis plures in vrbem relatas eſſe, atque in Æde Capitolina locatas ſtatuas, eundem habeo Marlianum Auctorem; hac verò de re iuuenis Romæ cum degerem, ſtudiorum cauſa, facto colloquio cum eruditiſſimo Præceptore meo, Pompeio Vgonio, in Academia Romana Politicorum interprete, haùd meam improbauit coniecturam; quinimò ſibi compertum aiebat, æneam Herculis inauratam ſtatuam, in foro Boario, proximè ſuperioribus annis repertam, & quæ adhucnum extat

Sigon.

Marlian.

Digitiz

tat in Capitolio, eandem eſſe, quam Aſculani Herculi Deo Liberatori ſacrarunt antiquitùs. Vndè hoc hauſerit Vir totius antiquitatis ſtudioſiſſimus, mihi latet; placuit tamen ſermonem ſecum habitum hìc addere, cum Vgonij ſententiā plurimi ſemper fecerim. Adde, quod in hoc bello, Telluri Deæ promiſſam Ædē extruxit, dicauitque P. Sempronius, voto ſoluto, libens, meritò, in iv. Vrbis regione, via Sacra; Templum namq; Telluris in Carinis, cum Armamentario, inter Diuæ Fauſtinæ, Soliſque Templa extitiſſe docet Panvinius, ex P. Victoris ſententia, in vrbe Roma; necnon idem Marlianus Lib 3. Cap. 12. ac alii. Picentibus victis, pax data, vt ex Liuij Lib. xv ait Florus in Epitome, eoque anno Coloniæ deductę Ariminum in Piceno, & Beneuentum in Samnio; & tunc primum Populus Romanus argento vti cæpit. Verum, quibus conditionibus ſit pax data, parum compertum habeo; agris autem eos mulctatos inde facilè coniicere eſt, quod C. Flaminius Trib. Pleb anno DXXV. legem tulit, de agro Piceno viritim diuidendo: quod extat apud Cic. in Catone, vbi ſcripſit, Q. Fabium Maximum Cos. C. Flaminio Trib. Pleb. reſtitiſſe, agrum Picenum, Gallicumque contra Senatus auctoritatem diuidenti: quam eādem diuiſionem intellexit Varro, cum in primo Rerum Ruſticarum Libro ſic ſcripſit. *Ager Gallicus, Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt*. Quod habetur apud Polybium Lib. 1. Eodemque anno Firmum, & Hadriam, & in eorum agrum Colonos tùm Romani deduxerunt. Aſculum verò ſub Auguſto Coloniam deductam pluribus probare contendam. Huius Coloniæ meminit, vt innuimus Plinius, eam Piceni nobiliſſimam nuncupando; & Panuinius de Imperio RR. licèt illius ignorarit dedicationis tempus. Meminere & lapides duo; quorum alter Piſis inuentus fuit à Franciſco Robortello excuſus, qui ſic habet.

Panuinius. *Florus.* *Varro.* *Aſculū ſub Auguſto colonia deducta.* *Plin.* *Panuinius.*

C. SATVRIVS. SATVRI. PICENTIS. P. P.
FILIVS. FAB. SECVNDVS. EQVO. PVBLICO.
EX. V. DECVRIS. PRÆF. CON. II. ASTRIVM.
VIXIT. ANN. XIX. DIEBVS. XXVII.
PATER. FILIO PIENTISSIMO FECIT.

Alter

Digitized by Google

Alter verò extat Romæ, in Hortulis Cæſiorum, quem exſcripſerunt, Goltzius, Panuinius, & alii, hic ſcil.

C.SALLIO.ARISTENETO.VC.SEPTEMVIRO.
EPVLONVM.SODALI.AVGVSTALI.IVRIDICO.
PER.PICENVM.ET. APVLIAM. CVRATORI.
VIARVM.AVRELIÆ.CORNELIÆ. TRIVMPHALIS.
PRÆTORI.K.TVTELLARIO.QVÆSTORI DE-
SIGNATO.ET.EODEM.ANNO. AD ÆDILITATEM
PROMOTO. X. VIRO. STILITIBVS. IVDICAN.
ORATORI. MAXIMO.
DECVRIONES.ET.PLEBS.COLONIE.ASCVLANOR.
PROPTER.HVMANITATEM. ABSTINENTIAM.

in ſiniſtro vero baſis latere.

CVRA.AGENTIBVS.ÆTRILIO.PRISCIANO.ET
TATTIENO.PROCVLO.

Aſculum iàm Colonia deducta, eius ager, vt ad verbum apud Auctorem libri Coloniarum: *varÿs locis, limitibus intercisiuis eſt aſſignatus, & terminis Claudianis in modum Arcellæ eſt demetitus, qui, ſi tres fuerint in vnum Triſinium faciunt, & palis ligneis, ſiliceis ſacrificalibus, per quos ratio limitum ſeruatur, qui diſtant à ſe pedibus CCCC.* & intra. *Cæterum in abſoluto rem inſit, & riuorum tenor, & viarum finitimus. Obſeruantur maximè in his limitibus carbunculi, & Scorpiones.* Menſura verò facta eſt in ſeparationibus fundorum per Vectium Ruffinum, cohortis VI. PP. iugera IIII.CL. accepit; & XII. agros in mõtibus Romanis acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur (ex Frontini loco, montes Aſculanorum finibus circundatos deducitur, à Romanorum Ciuiũ familijs, vtputo deriuatos) per Manilium nepotem, militem cohortis iij. Proconſulem, & Cœnio Seuero, & Stola Conſulibus. (Sed erant Coſs. Seuerus, & Priſcinus anno Chriſti CXLIII. Vide Baronium ad hunc annum; quoquidem anno facta vtique agri diuiſio) Hęc quidem ſiuè Frõtinus è Balbi Coloniarum Piceni mutuatus libris, ſiuè alius, quem nuper exſcripſit ex mẽbranis, & bona fide cũ notis ſuis euulgauit Petrus Scriueri⁹ anno ꟾↃCVI

Frontinus. *Baron.* *Petrus Scriuerius.*

Ra-

Digitized by Google

Raphelengij ex officina Plantiniana. In codice verò primū à Romanis anno MDLX. poſtea à Pariſienſibus anno MDLXXXVIII. excuſo, ita ad verbum. *Ager Aſculanus locis varijs limitibus interciſiuis eſt aſsignatus, & terminis Claudianis in modum Arcellæ eſt demetitus, & alijs ligneis ſacrificalibus, quorum limitum diſtantia eſt po·oCC.* & infrà, *& cæterum in abſoluto reman ſit, & III. Virorum tenor finitimus obſeruabatur, Ager militibus eſt aſsignatus.* At vbi montes iſti Romani? obliterata vtiq; ſunt priſca ipſorum præclara nomina; corruptè tamē enunciãtur à Romanis familijs locorū quorundā adhùc deriuatæ ſtationes; hinc à Valeriis, Valerianū, ab Æmilijs Æmilianum, à Luſiis Luſianum, à Sentijs Sentiana, à Titijs, ſiuè Tettianis Tettianum, oppidula, & rura propè Aſculum, ad hæc vſque tempora vocitantur. Valeriorum autem, Æmiliorum, Luſiorum, & Sentiorum, Titiorum, ſiuè Tettianorum memoriæ in noſtris expreſſæ lapidibus, à nobis alias, pro temporis ratione referentur; qui quidem alio loco de re agraria agens, & de iure Territorij, montium Prætutianorum finibus potiſſimam oppidi partem Aſculanorum circundari aſſeuerat; quem locum exponens Aggenus Vrbicus, hæc ad verbum habet. *Illarum ergo Vrbium, maxima finium pars data eſt Colonijs, quæ in remotiora loca, & longè à mari poſitæ videbantur; vt numerus Ciuium, quem multiplicare Diuus Auguſtus conabatur, haberet ſpatia, in queis ſubſiſtere potuiſſet; nam & in Piceno fertur, inter montium Prętutianorum quandam partem oppidi Aſculanorum fine circundari; ſed hoc conciliabulum fuiſſe, poſtea fertur in municipij ius relatum*; Et hæc de Colonia, & agro militibus aſſignato. Multa fortaſſe obſcura ex adductis à Frōtino, veluti *Scrophiones & Carbunculi,* limitum nomina; quorum tamen habetur explicatio in Gromatico apud Hyginum. Annus verò Cœnij Seueri, & Stolæ Conſulatus, quo menſura, & aſſignatio agri Aſculani facta eſt, mihi penitus ignotus; cum illorum nomina, nec in Capitolinis, nec in Colotianis tabulis, nec apud quemquam Faſtorum Conſularium Scriptorem deſcripta adhùc inuenerim; legi tamen Romæ in Piſcina publica, Titi Hænij Securi Conſulis nomen; ipſius vero in magiſtratu, cum lego, non Stolam, ſed M. Peducæum

Aggenus Vrbicus.

Sylo-

Sylogam Priſcinum (mendum fortaſſe) pro Hœnio, Cœnio à Frontino poſitum, & Stola, prò Syloga. Vide Manutium, vocum affinitate, librariorum incuria deprauatum, Frontini, ſiuè alterius textum puto. Lego etiam apud Codicem........ Seuerum, & Collegam Coſs. ann.. ... pro Syloga, Collega, mendosè fortaſsè legitur apud Holondarum. Videnda obſeruatio in Frontinum noſtrum hoc loco. At Vectius hìc Rufinus, Præfectus Prætorij fuit, anno à Chriſto nato cccxix. ante, Præfectus Vrbis, anno cccxv. Conſul verò, vnà cum Meronio Rufio Voluſiano, anno cccxi. vt ex Sigonio de Occidentali Imperio Lib. 2. & 3. patet; quem Sigonius Statium prænominatum affirmat pag. mihi 48. dum inquit; *Kal. Sept. Statius Vectius Rufinus, & C. Meionius Rufius Voluſianus, Conſules ſuffecti ſunt*. Statij verò nominis proſtat mihi monumentum in lapide Aſculi, in Ædibus Iacobi Palutij, corroſis magna parte literis, ità.

Frontinus.

Sigon.

Statij nominis memoria.

..........VI..........
.......VIDENVS......
.......STATIVS........
.....NTIA.Ɔ.L.CA.....
...NTIA.Ɔ.L.PHIL...
.....L.T....TIA.ƆL.....
.....CLEOPATRA....
...........TIA.Ɔ...........
..........ARTIA..........

Num per hunc acta mēſura in ſeparationibus fundorum, non adſtipulor omnino: Sextus namque Iulius Frontinus, Coloniarum Libri Auctor, teſte Iohanne Maria Cataneo, Commentarijs in Epiſtolas C. Plinij Cœcilij Secundi Lib. 4. epiſt. 8. vir Conſularis præturam vrbanam geſſit, Veſpaſiano iterum, ac Tito Coſſ., ideſt anno V. C. Dcccxxiii. natalis Chriſti Lxx. & Aquarum Præfectus à Nerua creatus, Imp. Nerua tertium, & Virginio Rufo Coſſ. anno V. C. Dcccl. Chriſti xcvii. præceſſitque Statij Vectij Rufini Præfecturam anni cccxxi. ſit ne verò alius à prædicto, ignoro. Fortaſſe hic fuerit ille Vectius Rufinus, Eques Romanus, quem Vicium

G Ru-

Tacit. Rufinum appellat Tacitus lib. xiv Annalium, qui aſcitus vna cum Terentio Lentino, à Valerio Fabiano, dum propinqui ſui Domitij Balbi, viri prætorij ſubdidit teſtamentum, fuit in humanis, ſub Nerone Principe. Vide Tacitum, C. Caeſonio Paeto, & C. Petronio Turpelliano Coſſ. Ieſu Chriſti anno 61. alterius licet Vectij nomen ſit hominis Picentis, cuius meminit Salluſtius in fragmentis Hiſtoriarum Lib. 1. Extat item alterius mentio, in lapide apud Polam; in Iſtria de qua Lazius Lib. 3. cap. Vltimo his verbis.

C. VECTIVS. C.F. PE. D. IN. F. P. XIII. IN. A. GR. PXX.

Vectiorum memoria. Verùm ſit ne idem ac Vectius Rufinus, de quo Frontinus, diuinandum. Vectiorum quorundam in lapidibus memoriæ habentur apud Manutium in orthographia, ad verbum Vectius.

At Manilium nepotem Proconſulem autumo eundem eſſe, cuius monumentum extat Arimini, in lapide, Caii prænomine; ita verò ibi habetur.

C. MANILIO CONSVLARI
DE. REP. ASCVLANA.
EREPTO. NVM.
PROV. A. N. P.

Quam inſcriptionem ſic interpretor. Caio Manilio Conſulari erepto Numinis prouidentia Aulus nepos poſuit; hic fortaſſe Aſculanis inuiſus, ob Agri diuiſionem parùm æquè factã, crediderim eorundem armis impetitum, fuga ſalutem quæſiuiſſe.

Pannini. Quo verò anno deductum ſit municipium, non auſim affirmare, cum à nullo Veterum id traditum legerim; quamuis ſub Imperio Romano, proculdubio, poſt legem Iuliam, factum dicat Panuinius, anno ſcilicet poſt Vrbem conditam Dcxciiij, quo quidem anno C. Iulius C. F. C. N. Cos. legem Agrariam promulgauit, qua agros publicos omnes pauperibus diuiſit. Aſculani municipij meminit etiam inſcriptio, quam extitiſſe Aſculi in ſuburbio affirmat Manutius; hæc verò eſt.

PE-

PELAGINIIA.
P.FVNDANIO.P.F.PAP PRISCO.PATRON.
MVNICIPI. OMNIBVS. HONORIBVS. ET.
ONERIBVS. FVNCTO. PATRONO. CIVIT.
ASCVL. & quæ ſequuntur. Infra vero integram hanc eandem exponam.

At de his hactenùs. Nè autem quid in antiquitatum ſtudioſorum gratiam prætermittam intactum, antequàm vlteriùs progrediar, lubet hìc binas addere veterum lapidum inſcriptiones, vbi Aſculanorum notatur Reſpublica, ad Lirim Amnem, ex recenſione Manutij, Iani Gruteri, & aliorum; ſic autem legitur. *Aſcul. Repub.*

Q.IVNIO. Q.FILIO. AVF. SEVERIANO.
VETERANO. AVG.N.ACCEP.ONESTA.
MISSIONE.QVÆSTORI.REIP. ASCVLAN.
PATRONO.COLLEG.CENTONARIOR.
ET. DENDROPHORORVM. TIBVRT.
MANSVETA.LIBER.PATRONO. OPTIMO.
CVIVS.DEDICATIONE.STATVÆ.
COENAM. DEDIT.DECVRIONIBVS.
SING. ✠ VIII.NVMVM.ET.POPVL.
SING. ✠. II.NVMVM.DIVISIT.
L.D.D.D.

Romæ autem, in vinea Cardinalis olim Carpenſis, baſis marmorea, eò à Vico Caracollo ſic appellato, inter Gabios, & Tiburtinos, anno ooicxlix. aducta è ſepulchro diruto, ità habet.

C.CESONIO.C.F.QVIR.MARCO.RVFINIANO.
CONSVLARI.SODALI.AVGVSTALI.COMITI
IMP.SEVERI.ALEXANDRI.AVG.CVR. R.P.
LAVINIORVM.II.PROCOS.PROVINCIÆ.AFR
ICÆ.CVR.AQVARVM.ET.MINIC.LEG.AVG.
PR.PR.GERMAN.SVPERIORIS.CVR. ALVEI.

TIBERIS. CVR. REIP. TERRACINEN. PRO.
COS. PROV. ACAIÆ. LEG. LEG. VII. CLAVD. CVR.
REIP. ASCVLAN. LEG. PRO. ASIÆ PR. LEG. PROV.
BETICÆ. TRIB. PLEB QVÆSTORI. PROV. NARBON.
TRIB. LEG. I ADIVTRICI. DONATO. DONIS.
MILITARIB. A. DIVO. MARCO. VIRO. CAPITALI.
PATRI. DVLCISSIMO. ET. INCOMPARABILI.
CÆSONIVS. LVCILIVS. FILIVS. CONSVLARIS.

Mõſtra Aſculi-nata. *Prodigia.*

Nunc ad hiſtoriam. Deducta iam Colonia, Aſculum, omni poſtmodum tempore, ac ad omnia bella Rom. Reip. militibus, & ære præſtò fuit, ad ſocialis belli vſque tempora; vti fuſius ſequenti Libro. Aſculi Agnum bipicitem, cum quinque pedibus natum aſſerit Liuius. Belli Macedonici, & Aſiatici Lib. 2. ſicut etiam alijs temporibus, Mulam edidiſſe Aſculi, Mulum, præter naturæ ordinem, Valerio imperante, ibidẽque alias puerum natum tres pedes habentem, ac ſex manus, ſub Theodato Rege, ac etiam ſub Deſiderio Longobardo, in Aſculano agro ſaxeam grandinem è Cœlo cecidiſſç, apud quendam legimus auctorem. Gracchum quoque, Aſculanæ, Fregellanæque ſeditioni occaſionem dediſſe, ante bellum ſociale tradit virorum illuſtrium auctor, ſiuè Æmilius Probus, ſiuè C. Plinius iunior. Cæterum quę familiæ, ſiuè ingenuæ, ſiuè Libertinæ, prò Colonia deducenda, Aſculum ex Vrbe Roma commigrauerint, dubio procul diiudicandum: etenim illarum clara ſatis notitia apud Hiſtoricos. At ſi coniecturis rem proſequi non piget, quaſdam è lapidibus producamus; lapideſque noſtros Romanis explicemus, viſuntur namque tum Aſculi, tum in Aſculano Agro, Romanorum neglecta quidem nomina, cognominaque, necnon agnomina in ſaxis inciſa: ſique lubet recenſere monumenta, quæ illuſtrium procerum, familiarumque memoriam, ad noſtrũ vſque æuum, à temporum iniuria vindicarunt, ab illo incipiam, quod penès me reperitur, his inſcriptum verbis.

D. M.
C. IVLIO. PAM.
LO. CONIVG
C. IVL. ELPID.

Eſtra;

Digitized by Google

Effractus hic lapis, Iuliorum præfert cognomina: præmittitur illa pręfigi ſolita D.M. ex more Gentilium, ſepulchralis dedicatio, *DIIS*, ſiuè *DIS MANIBVS*, explicata: Iulia gens Romæ Patritia, Conſularis, Auguſta, ab *IVLO* Æneæ filio oriũda Mediam ſyllabam, quæ in primo lapidis verſu deſideratur, *PHI*, reponendam contenderem, integrèque ſic legerem. *CAIO. IVLIO. PAMPHILO CONIVGI*. Quæ autem in *ELPID.* quæritur, addendam, IO, cenſerem; pariterque integram ſic legerem *C. IVLIO. ELPIDIO*. Verùm feminæ, ſepulchrum poni curantis, ariolandum vtique nomen. De *PAMPHILA* gente quid proponam nihil habeo, niſi, quod vico prope Aſculum, via Salaria, extra Portam Romanam, Planum Pamphili, nomen inditum eſt, licet nunc ruditer *De Pampini* vulgò appellatur. Colitur adhucnum eo loco Templum nomine Sanctæ *Mariæ de Pamphilis*. At neſcio, an à Diuo Pãphilo, Valuenſi Antiſtite; an ab aliquo *PAMPHILÆ* gentis Vicus denuncupatus ſit; cuius mẽtionem fieri animaduerto in Actis GREGORII. IX referẽte Vuadingo. Paſſim verò tùm Romæ, tùm alibi in antiquis Epigrammatibus, leguntur Pamphilorum nomina, quæ breuitatis gratia, ex induſtria prætereo. Fuit equidem *BEBIORVM* agnomen, ex quibus *C. BEBIVS. PAMPHILVS, TIMPHILOS* licèt legant alii: necnon *M. BEBIVS PAMPHILVS* recenſentur Coſs. à Liuio, & Valerio Maximo. *ELPIDIOS* autem ex eo crederem Aſculanos fuiſſe Ciues; quod Volcatium *ELPIDIVM GN.* Pompei Strabonis lego libertum, inter Aſculana hic fortaſſe mancipia, ante triumphantis currum ductũ, primùm catenatum, indeque manumiſſum, qui è libertinis primus conſcripſit hiſtorias; narrauit namque, tùm ipſius Strabonis, tùm filii Pompei Magni geſta luculẽtiſſimè; ſed ſcripta intercidere. *IVLIAE CAI. IVLIÆ ELPIDII* fortaſsè libertæ nomen habeo in lapide Reatino, apud Petrum Siluerium, vbi prætermiſſis aliis, ſic legitur. *ET. IVLIÆ C. L. ELPIDI. CONIVGI SVÆ*. Iulios iam ſequantur Cornelii; quorum domus cognominum varietate in multas familias diffuſa eſt, in Maluginenſes & inde Coſſos, Scipiones, Lentulos, Merulas, Cinnas, Syllas, Dolabellas, et alios. De Corneliis agnomento Suſiis, Legitimiſque

Iulia gens.

Pamphila gens.

Bebiorũ agnomine.

Elpidiũ Volcat. Elpid. è libertinis primus cõſcripſit hiſtor.

Corn in multas familias diuiſit.

miſque, ſic legitur Aſculi, in Viridario D. Hilarij.

SIRITIA. T. F.
PRIMILLA
SIBI. ET.
GN.CORNELIO.SVSIO.
VIRO ET.
L. CORNELIO
LEGITIMO. ET.
GN.CORNELIO SVSIO.
FILIS.
POSTERISQVE.SVIS.

Siricia gens. Siricia gens Romana, ex qua, poſtquam nomen Epiſcopi dedit, Siricius, qui Damaſo Hiſpano ſucceſſit Pontif. Max. ortum habuit; fuit enim is Tiburtij Siricij Filius, vt ex actis, &c. qui vixit ſub Valentiniano, & Theodoſio Impp. Suſii verò agnominis ex Suſia gẽte adhùc viget, apud Germanos; nobiliſſimus æquè, ac doctiſſimus, Godeſcalcho Steuuechio, Iacobus Suſius percelebris, cuius manuſcripta exẽplaria paſſim citat, in Commentariis Vegetianis. Legitimi vero agnominis notitia patet ex lapidis Chriſtianæ feminæ reperta inſcriptione Spoleti, in Tumulo, totidem verbis, ac verſibus, prout hìc legitur. *Suſia gens adhuc vigera apud Germ.*

D. P.
PICENTIÆ
LEGITIMÆ
NEOPHYTÆ.

Eſt & Cornelii agnomine Primi, nomen apud Cæſarem; Nicolai filium, in foro mulierum.

.......ORNELIVS
PRIMVS.
......DIA. Q. L.
VINDA.VIX.A.XX.
.......XX.LA.P.XX.....

Ace

Acephalos equidem inſcriptio; cuius primo, tertio que necnon & vltimo verſui deſunt apices. Primam itaque literis duabus L. ſcilicet, atque C. redintegrarem, legeremque ità. L. CORNELIVS.

PRIMVS. Sed, quæ deſunt tertiæ lineæ diuinandæ vtiquè literæ; at quintæ ſine dubio præire debent notæ hæ tres I.F.P. in fronte ſcilicet pedes; ſicque explicatis verbis legerem.

LVCIVS.CORNELIVS.
PRIMVS.
....DIA:....QVINTI.LIBERTA.
VINDA.VIXIT.ANNIS. VIGINTI.
IN. FRONTE. PEDES. VIGINTI.
IN.AGRO.PEDES.VIGINTI.

Cuius rei Horatium Flaccum interpretem habemus; qui Lib. ſermonum. 1. Satyr. 8. ſic ſcripſit.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum,
Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque Nepoti. Horat.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in Agrum
Hic dabat, Heredes monumentum ne ſequeretur.

Lucij Cornelii Primi, tùm Patris, tùm Filij lego etiam nomina in Romano lapide, ad Agonem. Num iſtius, affirmare non auſim.

D. M. S.
VLPIO.ANTIOCHIDI.CONIVGI.ET.SIBI.
HILARVS.AVG.LIB.VIVVS.FECIT.
CORNELIÆ.LIB.HEDONES.VIX. A.XLIIV.
ET.CORNELIO.L.F.PRIMO.
VIX.A.IV.M. V.D.VI.
CORNELIVS.PRIMVS. PATRONVS.
CONIVGI.OPTIMÆ.ET
FILIO. PIISSIMO
FECIT. deſcripſit Aldus.

Sed quoniam in primo noſtro Corneliorum lapide, Primillę extat monumentum; nec illud reticendum, fuiſſe

hanc

Digitized by Google

Primil-le mem. hanc etiam Romanam familiam, lego Saluiam Primillam, in lapide Quirinali, apud Matthæum Marcellum, ita.

D. M.
SALVIÆ DAFNE
FILIÆ. CARISSI-
MÆ. VIXIT. AN-
NIS. XVIIII.
SALVIA. PRIMILLA. MA-
TER. FECIT ET. SIBI.
POSTERISQVE. SVIS.

Primilla in familijs, quæ dicebatur sic etiã Secundilla. Sigon. Lipſius. Ni potius Primilla, prænomen ſit, Siritia verò, atquè Saluia, cognomina; Primilla namque ea dicta in familia, quæ primo loco nata eſt, vt quæ ſecundo, Secunda, ſiue Secundilla; quæ tertio, Tertia, ſiue Tertulla, & ſic deinceps, Quarta, & Quartilla, Quinta, & Quintilla. Vide Sigonium de ratione Nominum, & cognominum Romanorum; & Lipſium Comm. in Tac. annal lib. 4. vbi agens de Liuia Serui vxore à Druſo conſtuprata, hæc ait. *Suetonius Liuillam ſemper vocat, vt Claudillam, quam noſtri Claudiam, nec te mouerit, ὑποχορισμα, blandienti quod eſt; ſic Secundilla, Tertulla, Quartilla, in feminarum nominibus per blanditias frequens.* Saluia verò familia Romana, à Saluo dicta, vndè boni omiſſis cauſa primus Saluius, in cenſu, & delectu nominabatur, vt inquit Feſtus. Vide Sigon. de Cognominibus à voce aliqua deriuatis. Æmiliæ quoq; ſiuè Tribus, ſiuè Familiæ extat mentio Ancaranis effracto in lapide apud Petrucios ità.

....
.........ÆMILIA.......
OSTRACTA.......
GNATEI.RET.......
L.MENT.........
HOS.AVAR....
MA....S.....PAV.....

Quid autem ſibi velit corroſus, mutiluſque lapis exponant

Digitized by Google

nant alij. At familiæ, quàm Tribus nomen potiùs credide-rim: nam Tribus, plurimum in lapidibus decurtatæ; & cognomina verò leguntur integra; quod vt in aliis, ſic in quibuſdam noſtrorum conſpici poteſt. Verum quicquid antiquitas exhibet, ſiuè mutilum, ſiuè corroſum, mendoſumue ſit, ſuſcipi tamen grato animo ſolet. Æmilia clara inter Patritias Familia, ab Æmilio Aſcanij F. dicta, vt ait Feſtus, ni Plutarcho potius aſſentiamur, qui Aemilios à filio quodam Pythagoræ Mamerco vult deriuatos. Ab Æmilia Æmiliana fortaſſe gens inclyta apud Aſculum. Manlios præterea (nulla quamuis illorum noſtris in lapidibus extet memoria) haùd temerè inter noſtrates reponerem: L. namque Manlius Torquatus, Vir multis, & grauioribus literis ornatiſſimus, Ciceronis teſtimonio, materno latere Aſculanus fuit; de quo hæc idem Cic.; *Es enim materno latere municipalis honeſtiſſimi F. &c.* Municipalē appellat, quaſi diceret, nè Romano quidem genere; nam municipales, tunc minus honorati, aut pares Vrbanis habebantur; ſic Iuuenalis per contemptum *MVNICIPALIS EQVES*; & Floro. *municipalia prodigia*. Acutè igitur, & non ſinè morſu ſugillat Cicero Manlium, materno latere Aſculanum hominem. Ad quem iſta Horatius Flaccus, Carminum Lib. 4. Ode 7.

Quum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria;
Non Torquate, genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas, &c.

Manlijs Manilios iungamus. Manilia Familia Romana, nota apud hiſtoricos. Manilius Nepos memoratur à Frontino, in diuiſione Agri Aſculani per ipſum facta, vt alibi diximus; & Manilij Conſularis extat Arimini memoria. Ab Anco inſuper Martio dicta Martia gens, cuius & Aſculi cernitur monumentum in fracto lapide, ad Diuæ Mariæ Dominarum. Iacet hic lapis ante altare maius, & continuò ſacra facientium pedibus ſic attritus eſt, vt multa in eo ſint obliterata; quæ vero legi poſſunt, adiiciam.

Manilia familia. Manil. nepos. Martia gens.

H MAR;

Digitized by Google

....

MARCIÆ.
TELONIÆ.
PRIMÆ.
TELONIÆ.
AIMILIATÆ.
TELONIO.

....

....

Marcia prima. Marciæ Primæ extat etiam Romæ nomen, ad Agonem, ſic in lapide.

....

SIBI. ET.
MARCIÆ PRIMÆ.
CONIVGI PIISSIM.
OPTIMÆ.ET.DE.SE.MERITÆ.

Telonia gens. Telonia verò gens nomen fortaſſe dedit Vico, propè Aſculum, Teloniano. At de Iuliis, Corneliis, Æmiliis, Manliis, Maniliis, Marciiſque ſatis, illorum namque nominibus, Conſularibuſque faſtis, atque triumphis, nobilitantur hiſtoriæ, illuſtrantur lapides; quare producamus alios. Et quoniam Regiæ Marciæ domus meminimus, non omittamus *Priſci agnomẽ* Priſci agnomen. Priſcus (ait Dionyſius.) Tarquinij nomen, quod maior natu eſſet. P. Fundanii Priſci, Aſculanæ Vrbis incolæ, & Patroni Statua in ſuburbio, cuius in baſi iſta habebantur.

PELAGINIIA.
P.FVNDANIO.P.F.PAP.PRISCO.PATRONO
MVNICIPI.OMNIBVS.HONORIBVS.ET.
ONERIBVS. FVNCTO. PATRONO.CIVIT.
ASCVL.QVI.CVM.MVLTA.ET.MAXIMA
IN.REMPVBLICAM.SOEPIVS. PRÆSTIT
ERIT.FONTEM.QVOQVE.NOVVM.
CVM.GRANDI.SVMPTV FABRICÆ.
SVA.PECVNIA.INDVXIT.ET.
CIVES.PATRIAMQVE SIC.REFOR-
MAVIT,

Digitized by Google

MAV.T.
M.CAP.LATORES.PATRONO.
PRÆSTANT.SS.MO. L. D. D.D.

Lapidem exſcripſere, Manutius, Gruterus, & alij; ſed hodie non extat, nec nobis videre licet. Fundania Romæ illuſtris familia; noti ſunt in lapidibus, C.Fundanius, Tribunus plebis deſignatus; L. Virginius Fundanius. C. Minicius Coſſodanius Cos. Eſt etiam viri nomen clarum apud Varronem, C. Fundanius Eques Romanus; qui ad Cæſarem transfugit, vt inquit A.Hirtius in bello hiſpanico. Et pro Fundanio orationem habuit Cicero, cuius meminit Priſcianus Lib.4. verum non extat inter Ciceronis Orationes. C.Fundanium inuenio Cos.cũ C. Sulpitio,ſub anno ab Vrbe C. quingẽteſimo vndecimo; de quo Caſſiodorus, & Faſti Capitolini. Ædes inſuper Vitruuii Fundanij reperio apud Sext. Rufum in V.Vrbis regione; & Fundanii lacum apud Tacitum,Galeriam Fundaniam, Prætorio Patre, Aulus Vitellius Imperator vxorem duxit, Suetonio in eius vita. A Fundaniis deriuatum puto Fundanianum, Aſculanæ ditionis oppidum; cuius factã mẽtionem animaduerto in Diplomatibus AAVVGG Fuit verò hic noſter P.Fundanius, Romanus ciuis, è Papia Tribu; ſic enim interpretandæ hę notæ, in primo elogii verſu. *P. Fundanio.P.F.Pap.Priſco.* ſcilicet *Publio. Fundanio. Publij. Filio. Papia.* ex tribu ſcilicet Papia,non autem Papinius, vt in Bellunenſi inſcriptione male explicat Pierius Valerianus; neque Papiria, vt etiam perperam cenſet, L. Andreas Reſendus, in Luſitana inſcriptione Firmani hominis Lib. 4. Quæ autem in ima baſi habentur, breuiatæ literæ *M.Cap. Latores. Patrono. Præſtantiſſimo L.D.D.D.* ſic legi debent. *Magiſtratibus. Capitalium. Latores. Patrono. Præſtantiſsimo. Locus. Datus. Decreto.Decurionum.* Verum Fundanio Priſco, Priſcianos, iiſque Proculos iungamus. Etrilii namque Priſciani,Tertienique Proculi, Aſculanæ Coloniæ Curatorum, in dicanda Statua in *C.Salij.Ariſtæneti* honorem, inſcripta viſuntur nomina Romæ, in domo Caeſia, in ſiniſtro baſis latere; quam inſcriptionem ſuperius retulimus. Priſcianos autem, Proculoſq; lego Romanos Ciues; M. namque Manlius Priſcianus, nec

Fundania familia.

Hirtius Cicero.

Rufus. Tacit. Sueton.

Galeria Fundania Auli Vitellij Imp. vxor.

Priſciani. Proculi.

Digitized by Google

non T.Fiſenius Priſcianus Q. Q. Claro, & Cethego Cos. notati inueniuntur Romæ, in ædibus Columnenſium, ad Diuos Apoſtolos; prout etiam L. Naeuius Proculus Q. Q. L. Aeliano, & Paſtore Coſs. *A* Virginio autem Proculo oriundã puto Proculeiorum familiam. Fuit iſte Conſul ab V. C. anno cclxviii. Fuit etiam prænomen Geganii Macerini Cos. ab V.C. anno cccxiiii. Fuit inſuper Aſculanæ Eccleſiæ eiuſdẽ nominis Diaconus, Diui Gregorii Magni teſtimonio, notus.

Tettiana familia. Tettienis inſuper Romani hominis nomen habet antiquus lapis, quem deſcripſit in Colonia Nolana Panuinius, his verbis.

T. TETTIENVS. T. F. FELIX.
PATRON. COL. NOLANÆ.

Legitur etiam apud Manutium.

A Tettiana familia, puto deriuatum Tettianum Pagum, propè Aſculum. Aleta item Romana Prætoria. M. Aletus memoratur à Tacito Lib. 2. ità delectus eſt M. Aletus ex Prętoriis. In alio lapide ſic legitur.

SENTIA. C. F. SVFILEA.
SIBI
P. AVDIENOQ;
FRATRI. CAPNONI. VIRO.
SVO.
IN. F. P. X. L. A. P. XIII.

Iſutiæ familia Quo loco extat etiam nobile monumentum Iſutiæ Optatæ, in hæc verba.

ISVTIÆ. Ɔ. L.
OPTATÆ.
ISVTIA. THEVMAS.
FILIA.
MATRI. POSVIT.

Quod ſic interpretamur, *Iſutia Cai Liberta optata*.

Optatæ familia De optata familia, licet libertina; Romæ tamèn haud ignota, extat lapis in hortis Carpenſibus.

TL

TI.CLAVDIVS.Ↄ.L.IANVARIVS.VIXIT. ANN. X.
MENS.VI.DIES.XI[illegible].IN.HOC.MONIMENTO.
CONDITVS. EST.
TI.CLAVD.SCARIPHI.L.VITALIS.
ARCHITECTVS.VIXIT.A.XL.
FECIT. SIBI. ET. SVIS.
TI.CLAVDIO.VITALI.F.V.A.IIII.M. VII. D.VIIII.
CLAVDIÆ. VITALIS. L.
PRIMIGENIÆ
CLAVDIÆ. VITALIS. F.

Ælius Optatus, Modeſto,& Probo Coſs. frumenti menſor; de quo Lazius ex lapide Budenſi, commentariorũ Rom. Reip. Lib.2.ſub finem. Legitur inſuper Firmi, in Piceno lapide marmoreo, Publicii optati viii. Viri nomen, quem exſcripſit Adamus in Fragm. Ad Diui Iohannis Lateranenſis extat nobilis memoria Titi optati, cuius genio dicata Statua v.idus Iunij, Laterio, & Rufino Coſs, Vide Manut. Sed cur Pituanios; teſte Manutio, Romanos Ciues diſſimulo? Homo pereruditus, & deditus Græcis literis Pituanius, T. Pomponii Attici familiaris, laudatur à Cicerone, Epiſtolar. ad Atticum Lib.4. Epiſtola 14. L. Pituanij Mathematici, qui Statilio Tauro, & L. Libone Cos. ſaxo deiectus eſt, notitiam habemus apud Tacitum, Annalium Lib.11. his verbis. *Facta & de Mathematicis, Magiſque Italia pellēdis, Senatus conſulta; quorum è numero L. Pituanius ſaxo deiectus eſt.* Lælium pro Lucio, legit Tolosanus, Prẹludior. opt. Iuriſconſulti Lib.4. Cap 4. patriaque hunc, inſulsè facit Saxonem; cum Saxo apud Tacitum ibi, non pro homine Saxone; ſed pro Tarpeio accipiatur; ità enim antiqui vocabant, ſinè vlla additione; vt ex Plauti, & Lucretij ſententia eruditiſſimus aduertit Lipſius. *Qui in amore* (ait Plautus) *præcipitauit, peius perijt, quam ſi ſaxo ſaliat.* Et Lucretius. *Scelerisque, carceris, & horribilis de ſaxo iactus deorſum.* Huius fortaſſe Lucij Pituanij legitur memoria apud eruditum Virum Antonium Meliorium, Aſculanum, ita.

Lazius. *Tacit.* *Plaut.* *Lucret.*

PI

PITVANIÆ L. F.
GLAPHIRÆ
L. PITVANIVS. PICONVS.
PATER.

Pituania ferè omnis familia vno concluſa conditorio, huiuſmodi inſcriptionem habet Reate.

PITVANIÆ L. L. DELPHIS.
FECIT. SIBI. ET.
P. MVCIO. HEDIMO. VIRO. SVO.
....
T. PITVANIO. PLEGANTI. PATRI.
VI. VIR. AVG. REATE.
PITVANIÆ. SECVNDÆ. MATRI.
FRONTIDI
PITVANIÆ. MARCELLÆ. FILIÆ.
L. PITVANIO. AMANDO.
L. PITVANIO. LATINO.
L. PITVANIO. REATINO. L. VO. ET.
LIBERTIS. LIBERTABVS.
POSTERIRQVE. EORVM.

Glaphiræ autem, in eadem inſcriptione, nomen eſt Romanum, vt patet ex lapide ad Diuæ Mariæ Gratiarum, in Capitolio, ità.

Glaſira

DIS. MANIBVS.
LVSIÆ. GLAPHIRÆ.
VIXIT. ANNIS. XXXIIX.
TI. CLAVDIVS. FAVSTVS.
CONIVGI. OPTIMÆ.
CVM. QVA. VIX. AN. XIIX.
MENSE. I. DIEB. XXIII. SINE VLLA.
QVERELA. FECIT. ET. SIBI.

Glaphira item celebris virago apud Chriſtianos; hæc nãque Conſtantiæ Auguſtæ ancilla, cum ad ſtuprum ſollicitaretur

Digitized by Google

etur à Licinio, ſeceſſit in Armeniam,& antequam martyrij palmam ſubiret, Amaſeæ mortem oppetiit; cuius egregium acinus,in illudenda Licinij intemperantia, extollitur à Baronio, Ann.To.3. ad Chriſti annũ 316 Natione vero Italam e profitetur; quid ſi ex lapidis coniecturis,inter noſtrates reponerem? Eſt etiam apud Aſculum, Luſiæ nomen,in vetuſto lapide, ad radices cryptarum Annunciatæ,ità ſimpliciſſimè xpreſſum. *Luſia.*

LVSIA. P. F.
FILIA.

Cognomen id quoque Romanum.Suſij Saturnini mentio pud Tacitum, Annal.Lib.19. legitur Comi, in Aede Probiii,referente Lazio.

COLLEG.FAB.P.SEXTILIO.
P.F.P.PIMIANO.OB.QVÆSTV.
RAM.FIDELITER.AC.LIBERA-
LITER.GESTAM.ET.LVSIÆ.L.
F.QVINTVLA.EIVS.ET.P.SEXTILIO.
CARPIANO. FILIO.

Eſt apud Ciceronem laus Q.Luſii Senatoris, in oratione pro Q.Roſcio,ſic expreſſa. Q.LVSIVS SENATOR. *Cicero.*

Viſitur apud Celſum Saccoccium fractus lapis, in quo Celerinæ gentis proſtat notitia; & cum in eo plurima deſiderarentur, hæ tantum literæ adhuc num incolumes, vetuſtatis iniuriam euaſere. *Celerina gens.*

........IↃ.VESTÆ.C.F.CELERIN.......
.....SQ.ATRVBAS.TEMP.PORTIC.....
...........CVSTODIARIVM.D.S...........

In verſu primo, CELERIN. apparet, nomen vtique Romanæ familiæ ſatis claræ. Iulii Celerini memoriã, in lapide Budenſi; Lazius Lib.2.refert, & aliã Celerini, Vrbis Præfecti in Actis Diuorum, Chryſanthi, & Dariæ. Celerinæ inſuper mentio extat Romæ, in ædibus defuncti Euriali Rufini, ad

Buſta

Digitized by Google

QVINTILIO
PAL. PRISCO.
IIII.VIR.ÆDIL.POTEST.IIII.VIR.IVRE.
DIC.IIII.VIR.QVINQVE.ADLECTO. EX.S.C.
PONT.PRÆF.FAB.
....IVS.OB.EXIMIAM.MVNIFIC. QVAM. IN. MVNIC.
SVOS.CONTVLIT.SENAT.STATVAM.PVBLICE.
H. A. I. R.

Alia verò legitur etiam Sentini.

L. SENTINATI.
L. F. LEM. VERO.
IIII. VIR. QVINQ.
IVR. DIC.
ORDO. ET. PLEBS. SENIT.
H. A. I. R.
SATRIA.AN.F VERA.
FIL. PIISSIMO.
L. D. D. D.

Eſt etiam Auximi, in Piceno, inſcriptio; in qua poſt tres priores notas H.A.I. integrè legitur REMISIT, quam veluti interpretationis noſtræ precipuum robur adducam.

L. AVRELIO.
MARCIANO.AVG.
LIB. EXCEPTORI.
AVXIMATES.
D. D.
M. AVG. LIB.
PROC. PATER.
H. A. I. REMISIT.
CVIVS. DEDICATIONE. DE-
CVRIONIBVS.X.III.COLONIS.X.II.
DIVISIT.

Pro honore accepto in alio verò lapide legitur *HONORE. CONTENTVS. IMPENDIVM. REMISIT*. Galeatæ integris literis in *Q. VELLENÆ* elogio, ità.

I Q. VEL.

Q. VELLENÆ.
L. F. STEL.
PROCVLO.
DECVRIONI.
MEVANIOLAE.
C.C.M.M.PATRONO.
HONORE. CONTENTVS.
IMPENDIVM. REMISIT.
ET.DEDICATIONE.STATVÆ.
NVMER.COLL.IPSORVM.
SPORTVL. DEDIT.
SINGVL.DENARIOS.BINOS.
L.D.D.D.

Clariuſque id deducitur in lapide Sabinorum, vbi ſic habetur.

Q.VIBIO.Q.F.AIMILIA.
VETENIO.EQVO.SEVERO.
DVCENTANO.SEMPR. PR.
LEG.XXII.PRIM.AVG.P.F.
SEMPRON.CON.II.CLASSIS.G.
PATRONO. ÆQVICVLA.
GEST.TR.IVVENT.TREBVL.
MVTVSTÆ. QVI.OBLA-
TA. SIBI. STATVA. AB.
IIS.HONORE. CONTEN-
TVS.IMPENSAM.REMISIT.

Peruſiæ tandem ità.

DIVO. ANTONINO.
PIO.
C.EGNATIVS.FESTVS.ÆDIL.II.VIR.
HVIC.CVM.PLEPS.VRBANA.LVDOS.PVBL.
EDENTI.AD.STATVAM.PONENDAM.
PECVNIAM.OBTVLISSET.IS.HONORE.
CONTENTVS.IMPENSAM.REMISIT.
ET.IMPETRATA. VENIA.AB.ORDINE.

PES

Digitized by Google

PERVSINOR.OPTIMO.MAXIMOQ.PRINC.
DE.SVA.PECVNIA.POSVIT. CVIVS.
OB.DEDICATIONEM.DARI.IVSSIT.
AB.HEREDE.SVO.DECVRIONIBVS.
SING.HS.IIII.ṅ. PLEBI.HS.II.N.

Legitur & Neapoli.] HONORE. CONTENT. REIP. REMISIT. prolixè.

.......VERATIO. A. F. PAL. SEVERIANO.
HVIC.CVM.ET.POPVLVS.IN.SPECTACVLIS.
ASSIDVE.BIGAS.STATVI.POSTVLASSET. ET.
SPLENDIDISSIM.ORDO.MERITO.DECREVISS.
PRO.INSITA.MODESTIA.SVA. VNIVS. BIGÆ.
HONORE.CONTENT.ALTERIVS.SVMPTVS
REIP.REMISIT.L.D.D.D.Manut.

Et Romæ ita in alio lapide.

TI.CLAVDIVS. AVG.L.
PALLAS.
HVIC SENATVS.OB.FIDEM.
PIETATEMQVE. ERGA.
PATRONOS.ORNAMENTA.
PRÆTORIA. DECREVIT.
ET.H.S.CENTIES.QVIN-
QVAGIES.CVIVS.HONORE.
CONTENTVS.FVIT.

HONORE.CONTENTVS.IMPENSA. SVI. POSVIT. legitur ad ripam Vulturni Capuæ. Manut.

Satis equidem ſuperque, ac plus quam ſatis fortaſſe alicui videri poſſit, in Celerinæ Camurenæ explicando Epigrammate immorati fuimus: verùm enim verò, in gratiam nobiliſſimi Septempedani Municipij, noſtrum longius fluxiſſe calamum non piget; ſique aliquis me dicat quæſiuiſſe anſam, gratum Valerio Cancellotto hac in re faciendi, vtique confitentem arguet; permagni quippe æſtimo virũ ſtudiorum mihi affinitate chariſſimum; cuius Chronicon Patrium vt tandem euulgetur, auidiſſimè literatorum omnium exoptatur votis. Nunc ad alias familias. L. namque

Cn. Picenus. Pituanio Piceno ab alto repetito libens hic adderem Cn. Picenum, ſi viri cognomen coniectura aliqua, Romanum agnoſcerem. Fuit hic quoque Ciuis noſter. Lucii Saturi Picentis, Equitis Romani nō me fugit notitia, ex lapide effoſſo. Erat hic Pater C. Saturi, Aſculanorum Coloniæ patroni. Lucius Satur. Saturia gens. Saturia gens nota ſatis. Legitur Gradiſcæ in lapide *L. AVRELIA SATVRA.* Lego inſuper in oratione pro Q. Cluentio, apud Tullium. P. Saturii honeſtiſſimi viri nomen; & in Oratione pro Q. Roſcio Comoedo; ita verò habet Piſana inſcriptio.

C.SATVRIVS.L.SATVRI.PICENTIS.P.P.
FILIVS.FAB.SECVNDVS.EQVO.PVBLICO.
EX.V.DECVRIS.PRÆF.COH.II.ASTYRVM.
AVGVR.PATRON.COLONIÆ.ASCVLANORVM.
VIXIT.ANNIS.XIX.DIEBVS.XXVII.
PATER.FIL.PIENTISSIMO.FECIT.
D. M.

Lapidem edidit primum Robortellus; euulgauitque poſtmodum Gruterus; alii etiam poſt eum; ſed mea quidem ſententia, omnes mendosè; in quo, quid ſibi velint gemini P.P. verſu primo, a ſe inuicem punctis ſeiuncti dubium omnibus maximè video; ſcio namque reddi poſſe, Patris Patriæ, Primipili, Præfecti Prætorio, Patris Patrati, Perfectiſſimi, ac Præſidis Prouinciæ; at quam ex iſtis interpretationem admittam hæreo. Quid ſit litera P. P. Quod autem alio verſu, *EQVO. PVBLICO.* ſimpliciter, frequentiſſimum occurrit in titulis, abſque alia vocis merentis, vel militantis adiectione. Mendum tamen eſt in tertio verſu, vbi legitur prolixè, *EX. V̄. DECVRIS*. legi namque omnino debet *E. V̄. XDECVR.* indeque punctis ſeparandæ hæ notæ. I. S. hoc ſcilicet modo *EX. V̄. DECVR. I. S.* quod quidem conſentientibus tum Auximanis, tum aliis lapidibus ita declaratur, *EX. QVINTA. DECVRIA. IVDEX. SELECTVS* legitur Auximi.

L. PRÆ-

L.PRÆSENTIO.L.FIL.
LEM. PETO.
LATTIO SEVERO.
PRÆFECTO. COH. I. AFR.
C.R.EQ.IVDICI.SELECTO.
EX.V.DEC. PR. AVXIMI.

& alia ibidem.

M.OPPIO.CAPITONI.
Q.TAMVDIO.Q.FIL.
T.N.T.PR.N.VELMILASIO.
ANINIO.SEVERO.
EQVO.PVBL.IVDICI.SELECT.
EX.V.DECVR.PRÆF.FABR.PONT.&c.

Bergomi quoque, de eodem M. Oppio ſimilis extat inſcriptio, quam euulgauit Lazius Lib.4. Cap.6. ſed mendoſè. Vocis *Q. DECVRIAE* frequens mentio in antiquis monumentis; vt in illo Viennenſi, Lazius Lib. 2. Cap. 4. *P. CLAVDIO. PALLANTI.* F. *MAGNVS. DEC. COL. KARN. EQVO. PVBLICO. EX.V.DECVR. DIGNISSIMO. L D. D. D.* & in alio Peruſino, in quo legitur itá *C..VIBIO. C.V.L N. TRO. GALLO. PROCVLIANO.* Et Panuin. in Ciuit. Rom. *IVDICI. DE. V.DEC. AEDIL. PATRONO. COLLEG.* In alio tandem Neapolitano.

DIS. MAN. SAC.
C.OCTAVIO.C.F.MA....VERO
PRÆF.IVVE.EQVO.PVBLICO.
LECTO.IN. V.DECVR IM.& reliqua.

Hinc inoffenſo pede legas epigramma Piſanum.

CAIVS.SATVRIVS.LVCII.SATVRII. PICENTIS.P.P.
FILIVS.FABIA.|SECVNDVS (*Ex Tribus Scilicet Fabia*)EQVO.PVBLICO.EX QVINTA DECVRIA.
IVDEX.SELECTVS.PRÆF.COHORTIS. SECVNDÆ.
ASTYRVM. AVGVR. PATRONVS. COLONIÆ. ASCVL. VIX.AN.DECEM.ET.NOVEM. DIEB. VIGINTI.
SEPT. PATER.FILIO.PIENTISSIMO.FECIT.

Spe-

Speciosa equidem Romani Ciuis cognomenta, & dignitates; humanę verò ſortis admonemur, tunc præcipuè, cum monumentum inſpicimus, à Parente Filio pientiſſimo, qui decem tantum, & nouem annos, & dies viginti ſeptem vixerit, extructum. Verum is nequaquam complorandus, qui tam illuſtri familia nobilis, tantæ celebritatis honoribus decoratus, vitæ breuitatem, memoriæ ſuæ diuturnitate ſuperauit. At, num, quia Lucius Saturius Picens, Aſculanorum Coloniæ notatur Patronus, inter incolas iure referendus? Quid ni? Nonne ex Publii Fundanii elogio, quod ſupra retulimus, ipſum Aſculi Patronum ſimul, & Municipem legimus? Sed quidquid rei ſit, lapidem exhibuiſſe, ac ſimul expoſuiſſe non piget. Qui autem (vt opinionem meam aliorum auctoritate fulciã) tam hebes, qui Picentem Saturiũ nõ iure arbitretur inter Aſculanos ciues poſſe connumerari, cũ Tull. Aſculanos dici Picẽtes doceat? *Doceas* (inquit ille) de Aſculana differens gente, *Solos Picentes in Vrbe non eſſe peregrinos*. Quis neget quinetiam Aſculanum Ventidium? cum tamen vetuſtiorum plerique Picentem hominem ſcribunt. Ciccum inſuper Mathematicum noſtrum, Picus Mirandulæ Dynaſtes, Piceni rudis exſibilat alumnum; vt prætereã inſcriptionem Capitolinã, in qua de Aſculaneis Picentibus triumphaſſe Strabonem aſſeritur, his verbis.

Cicero.

CN. POMPEIVS. SEX. F. CN. N.
STRABO. COS.
DE. ASCVLANEIS. PICENTIBVS.
VI. CAL. IAN.

Vt autem nihil indiſcuſſum pertranſeamus, quod quidem ad tenebras antiquitatis illuſtrandas pertineat, cum ex relata inſcriptione colligatur, P. Saturium Picentem Præfectum Cohortis ſecũdæ Aſtyrum extitiſſe, addam inſcriptionem aliam Campanam, in qua Præfecti eiuſdem Cohortis ſit mentio; quam exſcripſit Manutius.

CN. MVNATIVS. M. F. PAL.
AVRELIVS. BASSVS. PROC. AVG.
PRÆF. FAB PRÆF. COH. ITERVM. II.
ASTYRVM. CENSITOR.

Quen-

Digitized by Google

Quendam inſuper Vettium cognomine Picentem lego in oratione M. Aemilii Lepidi Conſulis, quæ extat adhucnum integra, in fragmentis Salluſtianis Lib. 1. Erat verò hic ex intimis Lucii Sullæ, in quem perorauit Aemilius. Quod autem in calce noſtri lapidis, diſiunctæ punctis viſuntur hæ literæ D. M. ſepulchrales dedicationis notæ, Dis, ſiuè Dijs Manibus legi debent. Quod vt in aliis, in noſtris quoque monumentis obſeruauimus alias; quę licet in fronte apponi ſin t ſuetæ habemus tamen in alio lapide apud Aſculum, dedic a tionem ſimilem, poſitam in fine Legitur hæc ad Portam Toſiliam in pulcherrimi ſaxi fragmento, ita.

....

....

PHÆDRO.

MATER.

V. A. X.

D. S.

in qua quidem inſcriptione, vt videre eſt, D.S. ponuntur in fine lapidis, quod Dijs Sacrum ſignificat, vt in alio apud Celſum Saccoccium, ſuperius relato.

Finis Libri Secundi.

SE-

SEBASTIANI ANDREANTONELLI

IVRISP. ASCVLANI,

Aſculanæ Hiſtoriæ

LIBER TERTIVS.

Bellum Italicũ ab Aſculanis cæptum

BEllum illud memorabile, quod Romani aduerſus Italos geſſerunt, cum ab Aſculanis cæptum, ac in eo de Aſculanis ſit solũmodo triumphatum, non alienum ab hac hiſtoria puto; Quòcirca hoc tertio Libro, huius belli geſta ſigillatim ſcribere ſtatuimus. Cum igitur per omne tempus, ac in omnibus bellis Aſculum Romano Imperio ſuppetias tulerit, Romanam Ciuitatem petere non dubitauit: Romani verò, Italos quoq; vt exteros faſtidientes, eam illis donare detrectarunt multoties. Quamobrem oppreſſis Gracchis, Italicorum populorum patronis, ac interfecto tandem Druſo, qui pro Italis Ciuitatem à Senatu poſtulabat (de quo M. Liuio Druſo, vide Criſpi Salluſtij orationem ad Cæſarem de Rep. ordinanda, Velleiumque Paterculum) decreuerunt Itali à populo Romano deficere, eiq; bellum totis viribus inferre. Itaque per occultas legationes, fœdus ineunt, datis vltrò, citroque obſidibus; primumque eorum conſilium fuit, vt Feriis Latinis, Cæſarem, ac Philippum

Digitized by Google

pum Coſs. trucidarent. Quæ res ſerò cognita fuit in Vrbe, iudiciis intenta, ac ſeditionibus. Tandem vbi intellexere, quos maximè crederent idoneos miſerunt ad populos, vt rem explorarent, tanquam aliud agenres; quorum aliquis conſpicatus adoleſcentem Aurium Aſculanum, obſidē ductum in Vrbem aliam, id indicauit Q. Seruilio Procoſs. in Piceno agenti. Seruilius properè Aſculum ingreſſus, Aſculanoſque ſolemne patrium celebrantes, minis deterrere conatus, ab iiſdem, quod defectionem proditam intelligerent, interficitur, & cū eo, Fronteius Legatus His è medio ſublatis, nemini Romanorum pepercerunt; atque omnes eodem Aſculanorum impetu confoſſi, bona eorum direpta ſunt. Itaq; aperta defectione, omnes finitimi arma arripiunt, Marſi, Peligni, Veſtini, Marruccini; eos ſequuntur Picentes, Frentani, Hirpini, Pompeiani, Venuſini, Appuli, Lucani, Samnites, nationes iamdudum infenſæ Romano nomini. Hetruſci quoque, & illorum Principes Arretini; quo quidē bello Arretiū, & Cluſium vaſtauerunt. (Volaterranus Lib 5. agens de Hetruſcis) Denique quidquid populorum à Liri vſque ad intimum Adriaticum ſinum occurrit, ſiuè terreſtri itinere, ſiue oram Italiæ circum legentibus; horum legatis querentibus ſe non admitti ad ius Ciuitatis; cum tamen ipſorum opera, & auxilio, populus Romanus, longè, ac latè Imperio polleret, Senatus ſatis ferociter reſpondit, ſi reſipuerint, auditurū ſe legationes, alias non. Irā voto fruſtrati, bellum parant, habitiſque delectibus, conſcribunt peditum, equitumque ad centum millia, vt aſſerit Appianus; quamuis ſcribat Paterculus Hiſt. Lib. 2. Cap. 15. *Id bellum amplius trecenta millia iuuentutis Italicæ abſtulit*. Nec minores fuere Pop. Ro. copiæ, ad Vrbanum exercitum annumeratis auxiliis ſociorū, qui in fide permanebant. His præerant, L. Iulius Cæſar, & P. Rutilius Lupus Cos. ambobus enim tàm grauis, & inteſtini belli Imperium decretum eſt, & mœnia, cum portis, munita cuſtodiis; quod tùm maximè ſua res, vicinorumque agi videretur. Et quia mentione ſemel facta nouorum inſtitutorum, apparebat, varias, ac multiplices eſſe volūtates hominū. Legati Conſulibus additi ſunt, viri eius ætatis ſpectatiſſimi; Rutilio,

Volaterranus.

Appianus.
Paterc.

Digitized by Google

tilio, Cneus Pompeius Strabo, Magni Pompei Pater; Q. Cæpioni C. Perpenna, C. Marius, Valerius Meſſala; L. autem Cæſari, P. Lentulus, ipſius germanus, T. Didius, Licinius Craſſus, Cornelius Sylla, Marcus Marcellus. Singulis attributæ ſunt duæ prouinciæ, omnes proconſulari poteſtate ornati; & vt in arduo certamine, interdum ſupplementa ſubmiſſa; Socijs verò, prȩter minores Duces oppidatim lectos, cum imperio præerant T. Afranius, Vmbrorum Imperator, Q. Popedius, Marſorum Dux, & Latinorum; Marius Egnatius, P. Ventidius, Aſculanarum copiarum ductor, C. Papius, Marcus Lamponius, C. Iudacilius Aſculanus, Herius Aſinius, Vettius Cato, ac tandem Minatius Magius; qui paritèr copias inter ſe partiti, opponebant ſe Ducibus Romanis, non ſine mutuis cladibus. Cæterum, cum ante huius belli initia, ac ipſo bello vigente, plura prodigia apparuerint, operȩpretium duximus eadem recenſere. Ante igitur belli initium, Alcippe mulier peperit Elephantem; & quædam Ancilla Serpentem, teſte Oroſio, Lib. 5. cap. 18. *Sub ortū Solis, globus igneus à regione ſeptentrionis, cum maximo Cœli fragore, emicuit. Apud Arretinos, cum panes per conuiuia frangerentur, cruor è medijs panibus, quaſi è vulneribus corporum fluxit. Per ſeptem continuos dies grando lapidum, immixtis etiam teſtarum fragmentis, terram latiſſimè verberauit. In Samnitibus, vaſtiſſimo hiatu terræ flamma prorupit, & vſque ad Cœlum extendi viſa eſt; tum infrà omnium generum animalia, quæ manus hominum blaudè perpeti, atque inter homines viuere ſolita erant, relictis ſtabulis, paſcuiſque, cum balatu, hinnitu, rugituque miſerabili, ad ſyluas, Monteſque fugerunt. Canes, quorum natura eſt extrà homines eſſe non poſſe, lacrymoſis vlulatibus vagi, luporum ritu oberrarunt. Mures, arroſis Lauinij clypeis, hoc quoque portenderunt bellum*, Plinius lib. 8. c. 58. & Cicero lib. 1. & 2. Diu. & idem Plin. lib. 15. cap. 29. *Inter antiquiſſima delubra habebatur Quirini, hoc eſt ipſius Romuli: in eo ſacræ fuere myrti duæ, ante ædem ipſam per longum tempus; altera Patricia appellata; altera plebeia. Patricia multis annis præualuit; flaceſcente plebeia, exuberans, & læta, quandiu Senatus quoque floruit illa vigens; plebeia torpida, & ſqualida. Quæ poſtquam eualuit, flaceſcente Patricia Marſico bello* (hoc ſcilicet) *languida auctoritas patrum facta eſt*,

Plinius.

eſt, ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas. Prodigia recenſuimus: nunc quæ contigerunt inter eos mutuę clades, compendio referam. Vetius Cato L. Iulium, cæſis M.M. in Æſerniam compulit, quæ tùm perſtabat in fide Romani Populi. L. Scipio, & L. Acilius inde ſeruorum habitu elapſi ſunt; reliqui fame coacti, tandem deditionem fecerunt. Venafro vero per proditionem capto, Marius Egnatius duas Romanas cohortes ibi concidit. F. Preſenteius, Perpennã, cum x.m. obuiam ſibi factum, fugauit, cæſiſque ad quatuor millia, reliquorum armis maxima parte potitus. Quamobrem Rutilius Cos. adempto Perpennæ imperio, reliquias eius exercitus attribuit C. Mario. Marcus Lamponius, Licinium Craſſum aggreſſus, octingentos ex eius militibus proſtrauit, reliquos Grumentum compulit. C. Papius, Nola per proditionem occupata, Romanorum duobus millibus, qui in præſidio erant, per caduceatorem ad ſe tranſeundi poteſtatem fecit; illi conditionem acceperunt, exceptis Ducibus, quos comprehenſos victor necauit inedia. Stabias, Minturnas, Salernumque Romanam Coloniam cæpit; captorum oppidorum Ciues, vna cum ſeruis aſcripſit in militum ſuorum numerum. Peruaſtato deindè omni circum Nuceriã agro, finitima oppida ſimilis iniuriæ metu ad eum deſciuerunt, & petenti auxilium miſerunt decem peditum millia, equites mille; quibus auctus Papius, Acerras obſedit. Tũ Sex. Cæſar, accitis Gallorum peditum decẽ millibus, & Numidarum equitatu, caſtra propè illum poſuit. Papius verò Oxintam, Iugurthæ Regis quõdam Numidarum filium, & Venuſina, in qua tum aſſeruabatur, cuſtodia eductum, ornatumque purpura, oſtentabat eius popularibus, ſub Cæſare militantibus; cumque crebra eorum, vt ad proprium Regem fierent transfugia, Cos. cæteros, vt ſuſpectos remiſit in Africam. Poſt hęc, cum Papius temerè auſus eſſet oppugnare caſtra Conſulis, iamque partem valli conuelleret, emiſſo per auerſam portam equitatu, cæſa ſunt circiter ſex millia Papii militum; poſt quam victoriam, Conſul inde abduxit exercitum. Minatius Magius Aſculanus, legionem conſcripſit in Hirpinis, qua cum Herculanum, ſimul cum T. Didio cæpit, Pompe- *Papij milites cæſi.*

Digitized by Google

ios, & Syllam oppugnauit, Coſamque occupauit; cuius de virtutibus, tùm alij, tum maximè, dilucidèque Q. Hortenſius retulit. Hic, quia à ſanguinis abſtinuit effuſione, ſedato bello, *viritim* à Senatu Ciuitate fuit donatus, ac duo ipſius filij fuerunt, quamuis pueri, creati prætores. Hic ex nobiliſſima Magiorum familia oriundus, fuit Decij Magij, Campanorum Principis nepos, quem Atauum ſuum vocat Paterculus, Hiſtorię Romanæ Scriptor pręſtantiſſimus, qui quidē Paterculus eouſque proceſſit, vt Quæſtor, Senator, & Tribunus plebis crearetur, ac Tiberii Imperatoris exercitum duceret in Pannoniam; qui etiam Magij Celeris Germani meminit, cuius præclara opera vſus eſt Tiberius. Hi equeſtri ordine parentem habuerunt, Equitum Præfectum apud Germanos. Libuit verò hic Minatii poſteros non reticuiſſe, nunc ad inceptum redeo. Ad Iudacilium in Apulia, Canuſini, vna cum Venuſinis defecerunt, & plerique alij Populi; quoſdam verò abnuentes imperata facere, vi expugnauit; deprehenſoſque in his Romanos nobiliores necauit; plebeios verò, & ſeruos, militibus ſuis immiſcuit. Alter autem Coſ. Rutilius, vna cum C. Mario duos, non longè intèr ſe diſtantes pontes ſuper Lirim conſtruunt, ad traiiciēdas copias, quibus Vetius Cato cum exercitu ſuo ſe oppoſuit; propius pontem Marij, diſpoſitis noctu circa Rutilij pontem, in Valle quadam, inſidijs, eum *diluculo traijcere paſſus*, aggreditur, cæſiſque multis, multos in fluuium egit præcipites. Coſ. ipſe in hac pugna ſaucius caput, paulo poſt ex eo vulnere moritur. At Marius ad alterum pontē hærēs, vbi hoc intellexit ex cadaueribus delatis prono fluuio, quos ſecū habebat properè traiectis, caſtra hoſtiū à paucis cuſtodita expugnauit, quo factū eſt, vt Cato pernoctaret eo loco, vbi vicerat, & penuria cōmeatus, mane coactus ſit indè diſcedere. Conſulis autem cadauere, & aliorum nobilium non paucorum ad ſepulturam in Vrbem relatis, triſtis viſa eſt populo eius pompæ facies, & diuturnus luctus excitus eſt, tot Ciuium deſiderio. Quapropter S. C. decretum fuit, vt poſt hac defunctorum in bello corpora ibi humarentur, vbicunque cecidiſſent, ne ob eorum conſpectum, reliqui ſegniores.

Paterculus.

Digitized by Google

gniores ad militiam fierent. Id decrectum mox cognitum; & hoſtes imitati sũt. In reliquũ anni nemo in Magiſtratu ſucceſſit Rutilio. Cum autem Cæſari nõ vacaret in Vrbem reuerti ad Comitia, exercitum eius Senatus commiſit C. Mario, & Q. Cæpioni. Ad hunc Cæpionẽ Q. Popedius Marſorũ Dux transfugere ſe ſimulans, adduxit pro obſidibus, duos ſeruos pueros, more ingenuorum prętextatos; & quo magis fidem impetraret, plumbi maſſas, auro, argentoque circunlitas attulit, ſimulque hortatus eſt, vt ſe Duce, confeſtim aggrederetur hoſtilem exercitum, dum nullo regitur imperio; ità deceptum hominem præcedebat; vt verò ventum eſt ad locum inſidijs pręſtitutum, ipſe in tumulum quendam curſu contendit, quaſi circumſpecturus vbinam hoſtes eſſent; quo facto, ſignum ſuis extulit; illi prouolantes, Cæpionem interficiunt, cum multis alijs; reliquum eius exercitum Senatus adiunxit ad Marij copias. Per idem tempus, ſext. Cæſar peditum M. triginta, equitum quinque ducens per fauces quaſdam præruptas, & ex improuiſo irruente Mario Egnatio, in vallem compulſus, lectica ob morbum, delatus eſt ad Fluuium quendam, vnico ponte peruium; vbi maiore parte exercitus amiſſa, reliquis paſſim arma proiicientibus, ægrè ſe recepit intra Teani mœnia, ibique ſuos armauit, prout potuit; acceptoque ſupplemento, properauit ad Acerras defendendas ab oppugnatione Papij; ità collatis caſtris, neuter alterum auſus eſt laceſſere. At C. Marius Marſos ſe adortos egregiè repulit, vſque ad ſepes vinetorum eos perſecutus, quas Marſis ægrè tranſcendentibus, Romanis non libuit vrgere amplius; Sylla verò, qui ex altero Vinetorum latere caſtra habebat, fugientibus occurrens, & ipſe multos interfecit, vt ea die deſiderati ſint ex Marſis ſupra ſex Millia, armorum numerus multò maior venit in poteſtatem victoris. Ea clade magis etiam efferati ſunt Marſorum animi, reparatiſque viribus, Romanum metu ceſſantem vltrò laceſſere ſunt auſi; eſt enim Marſorum gens pugnaciſſima, de quibus hoc vno crimine triumphatum eſt, inquit Appianus; cum anteà nunquam alius de his triumphus ſit viſus; nam ad id temporis, nec ſinè Marſis, nec de Marſis

Cępio in inſidijs interficitur.

Ex Marſis interfecti ſupra ſex millia.

trium

triumphatum fuerat. Parte alia, circa Falerinum Montem, Iudacilius, T. Afranius, ac P. Ventidius coniunctis copijs, exercitum Pompei fuſum, fugatumque intro Firmum compellunt; ad cuius obſidionem Afranio relicto, alij duo in diuerſum abeunt. Pompeius his, qui clade ſupererant, armatis denuò, à pugnando abſtinuit; aduentante autem alio exercitu, Sulpitium per deuia miſſum, iuſſit Afranij terga inuadere; ipſe à fronte eum adortus eſt, cumque dubio marte certaretur, Sulpitius incendit Caſtra Afranij; quo viſo, illi ſine ordine, ſinè imperio trepidè receperunt ſe intra Aſculum; Afranius fortiter pugnando cecidit; Pompeius Aſculi oppugnationem inſtituit. Cæterum Iudacilius timens Patriæ, cum octo cohortibus ei ſuccurrit; ſimulq; per nuncios præmonuit Aſculanos, eruptionem facerent in obſeſſores, quam primū procul aduenientē ipsū conſpicerent, vt hoſtis cogeretur ancipiti pugnare prçlio; ſed Aſculani per ſegnitiē nihil mouerūt; Iudacilius nihilominus per medios hoſtes penetrauit intra moenia, ſequētibus quotquot poterāt, & exprobauit eis timiditatē, & inobedientiā. Verū, deſperata incolumitate Ciuiū, primū inimicos, tū ob priſtinā ſimultatē; tū ob recentē culpam, quod mandata ipſius aſpernati cæteris eiuſdem contumaciæ fuiſſent auctores, contrucidauit; mox in Templo rogum extruxit, eique lectum impoſuit, & cum amicis epulatus, poſt prolixam compotationem, venenum hanſit; quo facto, decubuit, hortatus amicos, vt faces ſubderent; atquè ità glorioſè vitam finiit, nè ſuperſtes eſſet patriæ. Iudacilius hìc aliqua parte æmulatus Themiſtoclem; ille quippè, ne contra patriam pugnaret, hauſto Tauri ſanguine, ſeipſum interemit; hic, ne calamitatem Patriæ videret, veneno vitam finiuit, num vero glorioſius occubuiſſet pugnando, quam venenum hauriendo, aliis iudicādum relinquimus. Interim Iulio Cæſari Senatus in ſequentem annum prorogauit, cum Conſulari poteſtate, Imperiū; is iam proconſul circiter xx.m. hoſtium, dum caſtra mouēt, aggreſſus; ſtrauit ex eis octo millia, ſcutorum longè maior numerus relatus eſt; ſed cum circa Aſculum diutius hærere cogitur, morbo ſuperatus, ſucceſſorem ſibi optauit C. Bebiū.

Dum

Digitized by Google

Dum hæc apud Aſculum geruntur, diuerſa parte Hetruſci, Vmbrique vna cum aliis quibuſdam finitimis ad defectionē ſpectabant, inuitati ſucceſſu partium. Quo nouo metu accedente, Senatus, ne circumquaque hoſtibus cingeretur, ſollicitus, littoribus, quæ Cumas inter, & Vrbem ſita ſunt, impoſuit præſidia; tumque, vt ex Macrob. Saturn. 1. conſtat cohortium duodecim, ex libertinis conſcriptarum, opera memorabilis virtutis apparuit, tunc primùm ad militiam ob virorum inopiam accitis; ſociis verò, qui tum in officio manerēt, decreuit Ius Ciuium, quod præcipuè concupitum erat omnibus; & decretum id dimiſit circa Hetruriæ populos, illud auidiſſimè excipientes; quo beneficio, & amicos deuinxit arctius, & dubios in fide retinuit, & hoſtes eadem ſperantes, mitiores reddidit. Per hæc tempora, quadam die, cum exercitus per diuerſas regiones diſperſi eſſēt, apud Aſculum ſeptuaginta quinq; Ciuium Romanorum, ſupra ſexaginta Italicorum conflixere. Iamque hoſtis Vrbem premens decipitur; Aſculani enim, vti refert Frontinus, ſenio confectos, atque ſqualentes, ad mœniorum cuſtodiam appoſuere; quos vbi viſere Romani, ſperantes Vrbem præſidiis carere, propiùs impetu facto accedere auſi ſunt; verùm enim verò irruentes Aſculani, Romanos fugant, atque trucidant. At Aſculani, nondum cognito Hetruſcos mutauiſſe ſententiam xv. m. militum auxilio, per deuios calles circumduxerunt in Hetruriam; quos aggreſſus Cn. Pompeius iam Cos. concidit ad v. m; cæteri dum ad ſuos per loca aſpera, & inuia, hyeme quoque grauante, palantes, ſe recipiunt, & famem ſolantur glandibus, dimidium eorum interijt. Eadem die Porcius Cato, Pompeii Collega, Marſis bellum inferens, occiſus eſt. Poſt hæc, L. Cluentius Syllam ad Pompeianos Montes caſtrametatum contemnere auſus, & ipſe caſtra ad tertium inde ſtadium poſuit; Sylla verò haud ferens hanc contumeliam, nè pabulatoribus quidem expectatis, in eum fecit impetum; & tunc quidem victus fugit; mox receptis pabulatoribus, profligauit Cluentium, & Caſtra in remotiorem locum transferre coegit; qui deindè aſſumptis auxiliis Gallicis, rurſus cum Sylla caſtra contulit: poſtquam verò

Macrobius.

Frontinus.

rò vtrinque exercitus prodiit in aciem , ingens Gallus procurrens, inuitauit ad ſingulare certamen ex Romanis aliquē: ſed cum eum paruę ſtaturæ Numida confeciſſet, territi Galli confeſtim terga verterunt; iamque turbata acie, nec alii Cluentiani perſtiterunt; ſed Nolam confugerunt trepidi. Sylla verò perſequente , in ea fuga ceciderunt ad xxx. m. cumque per vnicam portam reciperentur, Nolanis metuentibus nè hoſtis ſimul irrumperet, cæſa ſunt circà muros alia viginti millia,& in his, Cluentius fortiter pugnans occubuit. Ea tempeſtate, cum in agro Nolano Sylla immolaret, ſubitò ab vna parte Aræ prolapſus eſt Anguis, quo viſo, Poſthumius Aruſpex ſuaſit, vt exercitum in expeditionem educeret; quapropter inde Imperator Sylla in Hirpinos mouit, & Æquulanum oppugnare cępit. Oppidani qui ea ipſa die Lucanorum aduentum expectabant, tempus ad deliberandum poſtulant; ille dolo intellecto, dat horæ ſpatium; interim ad mœnia , quæ trabibus conſtabant, faſces ſarmentorum admouet, & eos poſt horam incendit; ità metu expreſſa deditione. oppidum, quaſi vi captum, direptum eſt; reliqua oppida Hirpini nominis, vltro in fidem P. Rom. redierunt. In Samnium indè bellum transfertur, non per eos aditus, quos inſederat Mutilus Samnitum Dux; ſed per ambages, quà minime putabatur hoſtis venturus ; itaque repente multi oppreſſi ſunt, reliquos paſſim fuga diſperſit. Mutilus ſaucius, cum paucis Æſerniā cnotinuato curſu delatus eſt. Sylla, expugnatis eius caſtris, duxit exercitum ad Bouianum, in quo rebellium populorum conſilium agitabatur; & cum tres arces haberet id oppidum; Bouianenſibus in Syllā intentis, circummiſſæ aliquot Cohortes, iuſsæ ſunt diuerſa parte quamcunque illarum capere,& fumo id ſignificare; quod vbi ſucceſſit, à fronte aggreſſus mœnia, non intermiſſa per tres horas oppugnatione, tandem vi cępit. Et hæc quidem per æſtatem proſpere geſta Syllæ auſpiciis; qui ſub hyemem ad Conſulatum petendum in Vrbem profectus eſt . At Cn. Pompeius Marſos, Marrucinos, Veſtinoſque ſubegit ; diuerſa parte, C. Coſconius Prætor, Salapiam vi captam incendit; Cannas in fidem recepit; ab obſidione Canuſii, ſuperuentu

Digitized by Google

tu Samnitum, poſt acrem pugnã, edita vtrinq; magna ſtrage, pulſus ad Cãnas coactus eſt ſeſe recipere. Cęterũ Trebatius Samnitũ Imp. dirimente exercitus fluuio, denunciauit ei, aut traiiceret, cõmiſſurus præliũ, aut retrocederet; dũ verò ipſe traiicit, ille retrocedere maluit, & Trebatiũ, quãprimũ traiecit, aggreſſus deuicit, fugiẽteſq; perſequutus, in amnẽ præcipites egit; ita ut ex his xv. m. deſiderata ſint; reliquis, vna cum Trebatio, ſaluti fuit refugiſſe intrà Canuſium. Tum Coſconius Larinatium, Venuſinorum, Apulorumque agris peruaſtatis, Pediculos inuaſit, & intra biduum, tota gente per deditionem potitus eſt; cuius ſucceſſor Cæcilius Metellus, accepto exercitu, Apulos adortus, prælio vicit; in quo Popedius, vnus ex defectionis auctoribus cecidit; reliquiæ cladis cateruatim ad victorem transfugerunt. Atque ità bellum hoc maxima contentione geſtum eſt hactenus, donec vniuerſa Italia Ciuitatem Romanam adepta eſt; exceptis Lucanis, atque Samnitibus, qui pariter aliquanto poſt compotes voti facti ſunt. Aſculum tandem à Cn. Pompeio capitur. Cũ autem à quatuor Coſs. res geſta ſit, nemo tamen triumphauit, niſi Cn. Pompeius Strabo; quippe qui ſolus Aſculanos, qui hoc bellum concitauerant, deuicit; ſic enim inquit Florus. *Strabo Pompeius omnia flammis, ferroque populatus, non prius finem cędium fecit, quam Aſculi euerſione, Manibus tot exercituum conſularium, direptarumque Vrbium Dijs litaretur*. Ac præter cæteros, ſic ait Oroſius. *Pompeius Conſul diù obſedit Aſculum; neque tamen expugnauiſſet, niſi Populum in campum prorumpentem viciſſet; decem, & octo millia ea pugna cæſa ſunt, capta tria millia. Aſculum ingreſſus, Prefectos, & Centuriones, omneſque Aſculanos Principes virgis cęcidit, ſecurique percuſſit; Seruos, prędamque omnem ſub haſta vendidit; reliquos liberos quidem, ſed nudos, & egenos abire pręcepit; ac nihil tamen in ærarium ille contulit*.

Florus.

Oroſius.

Pompeium Strabonem hunc triumphaſſe in Conſulatu, de Aſculanis Picentibus ſcriptum eſt in Capitolinis Tabulis, quas comprobat Pædianus, Plinius, Valerius Maximus, ac Dion. Bellum hoc Italicum fuit, appellatum à Corfinio, Pelignorum metropoli, communi vniuerſis Italis Ciuitate; quapropter, translato nomine, Italitiam appellarunt. Eam

Tab. Capitolina

L nam-

Bellum Italicũ. namque Ciuitatem Italiæ populi, qui contra Romanos; coniurauerant, aduerſus P. R. receptaculũ, propugnaculũq; conſtituerũt; ibiq; conuocatis coniuratis Imperatores crearunt. *Strabo.* De his plura Strabo L. V. ſub finem. Hoc idem quoque bellum Marſicum fuit dictum; quoniam à Marſis rebellandi ſuſcitatum fuerat initium. vide ibidem Strabonem. Cicero Actione iii. in Verr. L. ii. *maximum, difficillimumque bellum* exiſtimauit Italicum; plerique idem, Sociale nuncupauere; cum à multis Ciuitatibus, fœdere iunctis geſtum ſit. *Bellis Socialibus*, inquit Auguſtinus, *Auguſt.* *Italia vehementer afflicta, & ad vaſtitatem miſerabilem, deſertionemque perducta eſt*. De hoc bello agunt, Florus Abbreu. lxxi. & ſequentes; fuſiſſimè Appianus Lib. I. Bellorum Ciuilium, à quo omnia ferè exſcripſimus. Plin. Cap. 63. & 75. de Viris illuſtribus. Valer. Cap. 6. Lib. 8. Auguſtinus Cap. 17. & 26. Lib. 3. Ciuit. Dei. Plinius Cap. 1. Lib. 33. Naturalis hiſtoriæ. Eutropius Cap. 1. Lib. 5. Oroſius cap. 18. Lib. 5, Euſebius Lib. Temporum. Solinus Cap. 11. Plutarchus in Sylla. Horat. carm. Lib. 3. Ode 14. vbi ait.

Et cadum Marſi memorem duelli,

Vbi plura Mancinellus de Bello Marſico. Strabo Lib. 5. atque vtinam extarent Volcatij Elpidij opera; hic enim fuſiſſimè res à Pompeio Strabone geſtas, vt inquit Io. Rauiſius Textor, ſcriptis prodidit; nam pacato bello Sociali, Pompeius Strabo fulmine ictus expirauit; cuius corpus, dũ *Pompeius Strabo.* aſportatur, ex lecto detraxere Romani, atque omni ignominia affecere. Odij cauſa ſola, inexplebilis in illo pecuniæ cupiditas fuit; huius filius peculatus fuit poſtulatus; ſic enim in Pompeio Plutarchus; *Sub recentem Strabonis deceſſum, Pompeius nomine eius peculatus poſtulatus; publicè pecuniæ reum indicauit iudicibus Alexandrum; λίνα θηρεύτικα retia, & libros eum, inter ea quæ ex Aſculo Vrbe capta ſunt, habere; ipſe verò ea quidem acceperat à Parente expugnato Aſculo, ſed amiſerat*. Hæc Plutarchus. *CN. POMPEIVS. SEX. F. CN. N.* *Plutarchus.* *STRABO. COS. DE. ASCVLANEIS. PICENTIBVS. AN. DCLXI. VI. K. IAN.* ſic legitur Capitolinis in Tabulis. Quocirca de Aſculanis triumphatum eſt, vigeſima quinta die Decembris. Extat Senatus Conſultum, apud Sigon. de Antiquo Iure

Pro-

Digitized by Google

Prouinciarum, Lib. 1. Vide Frontin. Stratagem. Lib. 1. de Sylla, in Bello Sociali. Aſculo iam capto, quis Vrbē iterum condiderit penitus ignotum eſt; ac non parum aberrant ij, qui Ventidium Baſſum, Aſculanum, Aſculi fuiſſe inſtauratorem affirmant; nam ante Ventidij potentiam, aliqua apud probos Romanæ Hiſtoriæ Scriptores fit Aſculi mentio; vt apud Cæſarem, Commentarior. Lib. 1. eaque tempeſtate, omnium oratorum princeps à Cicerone habitus eſt T. Betutius, Barrus Aſculanus: Sic enim Cicero in Bruto. *Omnium autem eloquentiſſimus Titus Betutius Barrus Aſculanus, cuius extant aliquot orationes Aſculi habitæ, illa Romæ contrà Cæpionem, nobilis ſanè; cuius Orationi Cæpionis ore reſpondit Aelius: qui quidem multas ſcriptitauit Orationes, ipſe nunquam Orator fuit*. Hæc ille. Qualem igitur putamus fuiſſe Vinum, cum Cicero omnium oratorum, ac eloquentiæ ipſius Pater, Barrum omnium eloquentiſſimum appellet? Vtinam verò eius extarent ſcripta? At poſtquam L. Sergius Catilina Remp. inuadere auſus eſt, nonnulli Aſculanorum ei ad Remp. Rom. occupandam ſunt auxiliati; quod ex vetuſtiſſimo quodam manuſcripto libello, quo narrãtur Brutiorum facta, colligitur, & fortaſſe id teſtatur C. Criſpus Salluſtius, Hiſtoricorum Princeps, cum inquit. *Iiſdem ferè temporibus, in Gallia citeriore, atque vlteriore, itē in Agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat, &c.* Cumque C. Cæſar traiecto Rubicone; Vrbem Romam inuadere ſtuderet, Ariminum primum proficiſcitur; indè exercitu, Piſaurum, Fanum, Anconam occupat, Tignium recipit, & Auximum. Quibus rebus, magnus Romæ terror coortus, Roma Conſules, atque Primates omnes profugerunt. Interim Cæſar Picenum percurrit, Aſculumque à lentulo Spinthere deſertū recipit. Hæc omnia apud ipſum Cæſarem, Cōmentariorum Lib. 1. habentur his verbis. *Itaque ab Arimino M. Antonium, cum cohortibus quinque Aretium mitit; ipſe Arimini cum duabus legionibus ſubſiſtit, ibique delectum habere inſtituit. Piſaurum, Fanum Anconam ſingulis cohortibus occupat. Interea certior factus, Tignium, Thermum prætorem, cohortibus quinque tenere oppidum munire, omniumque eſſe Tigniorum ergà ſe voluntatem, Curionem cum tribus, quas Piſauri, & Arimini habebat, mittit; cu-*

Cæſ. Comm. *Cicero.* *T. Betutius Barrus*

Salluſt.

Cæſ. Comm.

ius aduentu cognito, diffiſus municipij voluntati Thermus, cohortes ex Vrbe educit, & profugit; milites in itinere ab eo diſcedunt, ac domum reuertuntur. Curio omnium ſumma voluntate Tignium recipit. Quibus rebus cognitis, confiſus municipiorum voluntatibus Cæſar, cohortes legionum xiij. ex præſidijs deducit, Auximumque proficiſcitur; quod oppidum Actius, cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno, circummiſſis Senatoribus habebat. Aduentu Cęſaris cognito, Decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conueniunt; docent ſui iudicij rem non eſſe, neque ſe, neque reliquos municipes pati poſſe, C. Cæſarem Imperatorem, benè de Rep. meritū, tantis rebus geſtis, Oppido, mœnibuſque prohiberi: proindè habeat rationē poſteritatis, & periculi ſui. Quorū oratione permotus Actius Varus, præſidium, quod introduxerat, ex Oppido educit, & profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæſaris conſecuti milites, conſiſtere cogunt, cōmiſſoq; prælio deſeritur à ſuis Varus: nonnulla pars militū domum diſcedit, reliqui ad Cæſarem perueniunt; atque vna cum his deprehenſus L. Papius, primipili Centurio, adducitur, qui hunc eundē ordinem in exercitu Cn. Pompei antea duxerat. At Cæſar milites Actianos collaudat, Papium dimittit, Auximatibus agit gratias, ſeque eorum facti memorem fore pollicetur. Quibus rebus Romam nunciatis, tantus repente terror inuaſit, vt cum Lentulus Conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, ad pecuniam, Pompeio Senatusconſulto proferendam, protinus aperto ſanctiore ærario, ex Vrbe profugeret. Cęſarem enim aduentare iam, iamque & adeſſe eius Equites, falsò nunciabatur. Hunc Marcellus Collega, & plerique Magiſtratus cōſecuti ſunt. Cn. Pompeius pridiè eius diei ex Vrbe profectus, iter ad Legiones habebat, quas à Cęſare acceptas, in Apulia, hibernorum cauſa diſpoſuerat. Delectus intra Vrbem intermittuntur. Nihil citra Capuam tutum eſſe omnibus videtur. Capuę primùm ſe confirmant, & colligunt; delectumque Colonorum qui lege Iulia Capuam deducti erant, habere inſtituunt; gladiatoreſque, quos ibi Cęſar in ludo habebat, in Forum productos Lentulus libertati confirmat; atque his equos attribuit, & ſe ſequi iuſſit; quos poſtea, monitus à ſuis, quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familiares conuentus, Capuę, cuſtodiæ cauſa, diſtribuit. Auximo Cęſar progreſſus omnē agrū Picenum percurrit. Cunctę earum regionum Prefecturę libentiſsimis animis recipiunt eum, exercitumque eius omnibus rebus iuuant. Etiā

ex

Digitized by Google

ex Cingulo, quod Oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia ędificauerat, ad eum legati conueniunt, quæque imperauerit ſe cupidiſſimè facturos pollicentur; milites imperat, mittunt. Interea Legio duodecima Cęſarem conſequitur. Cum his duabus Aſculum Picenum proficiſcitur. Id oppidum Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat; qui Cęſaris aduentu cognito, profugit ex Oppido, cohorteſque ſecum abducere conatus, à magna parte militum deſeritur. Relictus in itinere cum paucis, incidit in Vibullum Rufum, miſſum à Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum cauſa, à quo factus Vibullus certior, quę res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipſũ dimittit; ipſe ex finitimis regionibus, quas poteſt contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis; in his Camerino fugientem Vltillem Hirum, cum ſex cohortibus, quas ibi in pręſidio habuerat, excipit, quibus coactis, tredecim efficit; cum his ad Domitium Aenobarbum Corfinium, magnis itineribus peruenit; Cæſaremque adeſſe cum Legionibus duabus nunciat. Domitius pro ſe, circiter viginti cohortes ex Alba, & Marſis, & Pelignis, & finitimis regionibus collegerat. Recepto Aſculo, expulſoque Lentulo, Cæſar conquiri milites, qui ab eo diſceſſerant, delectumque inſtitui iubet: ipſe vnum diem ibi, rei frumentariæ cauſa moratus, Corfinium contendit. Hæc Cęſar in Cõmentariis. Quæ omnia libuit adſcribere, cum geſta ſint in agro Piceno; atque ſic notare placet, quæ dicit Cicero, pro Sulla, videlicet, his temporibus nobiliſſimam, honeſtiſſimãque feminam, L. Torquati, inter Romanos Patricios facilè Principis, matrem, Aſculanam fuiſſe; ex quo coniectare fas eſt, quanta Aſculanorum fuerit, & potentia, & nobilitas; cum nec Romani Principes, totius Orbis domini, Aſculanorum nuptias non ſint dedignati. Nunc ad hiſtoriam. Pacato Sociali bello, traditaque tandem Italis, iam diu ab eiſdem auidiſſimè expetita, Ciuitate Romana, pro qua ſolum totis viribus dimicatum. *Non enim*, inquit Cicero, *vt eriperent nobis ſocij Ciuitatem, ſed vt in eam reciperentur, petebant*; Cum tantum quinque ſupra triginta veteres Romanæ Tribus eſſent, additæ ſunt & alię octo, ſiue decem, vt mauult Appianus, in quibus deſcripti Itali, ſuffragia redderent. Has inter, Cluentia, Papiaque recenſentur; à Cluentia, & Papia familijs, vt Panuinius ſuſpicatur, fortaſſe deriuatæ. De Cluentia hæc ille.

Cicero.

Mater L. Torquati fuit Aſculana.

Cicero.

Panuinius.

Digitized by Google

le. *L. Cluentij, bello Italico cõtra Romanos Ducis Appianus meminit. Gentem etiam Cluentiam Romę nobilem Auguſti tempore fuiſſe, eamque à Troianis, & Cloantho, comite Aeneę deſcendiſſe tradit* Virg. lib. 5. his verbis.

Virg. *.....genus vnde tibi, Romane Cluenti.*

Ab hac facile fieri poſſe, vt Tribus Cluẽtia nomen obtinuerit de qua mentio extat in hac vetuſta Sublacenſi inſcriptione.

DIS. MANIBVS.
SEX. IVNIVS. SEX. F. CLVENT.
FRONTINVS.
VET. LEG. I. ITAL. VOLVNT.
VIX. ANN. LXIIX. M. IIX.
H. S. E.

huc vſque Panuinius. At ego, in Cluentianæ familiæ decus, Ciceronis adiicio teſtimonium, qui in oratione prò A. Cluẽtio Habito, habita, factus Parentis illius Encomiaſtes, perbreue quidem, ſed præclarum de illo, quod ſequens, protulit elogium ad Iudices. *A. Cluentius Habitus* (inquit ille) *fuit pater huiuſce, Iudices. homo non ſolum Municipij Larinatis, ex quo erat; ſed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, exiſtimatione, nobilitate facilè Princeps.* Hæc Cicero; qui Romanum Equitem huius F. in eadem Oratione appellat. Quid autem, ſi à Cluento potius, quo flumine Picenus irrigatur ager, quam à Cluentijs Larinatibus, Cluentiam Tribum deriuarem? Hac in rè (pace tua Panuini) haud errare me crederem; nam Cluentia familia, Larino in Vrbem profecta, inter equeſtres dumtaxat locum habuit. Ex illa nullus per ea tempora Senator in hiſtoriis, nullus notatur Conſul in Faſtis; ſatiſque viſum Ciceroni pro dignitate Auli Cluentij, in citata oratione, illum nominaſſe Equitem Romanum. Quocirca nec tantæ extitiſſe exiſtimationis opinor, vt nomen Tribui indere potuerit; nobiliſſimæ namque familiæ omnes celebrantur, quæ vetuſtis nomina Tribubus indiderunt. Æmilia videlicet, Cornelia, Fabia, Menenia, Papyria, Sergia, & Veturia; atque poſt bellum Marſicum, ex additis, Ceſtia Conſularis,

Cicero.

Tribus Cluẽtia à Cluento flumine.

ſaris, Minacia conſularis, triumphaliſque Ælia, Iulia, Flauiaq; Auguſtæ omnes; quibus quidem familiis longè inferior Cluentia. A fluminibus verò denominatas legimus nonnullas, vti ab Ouſento Ouſentinam, Ab Aniene Anienſem, ab Arno Arnienſem, à Velino tandem Velinam. Quidni à Cluento Cluentiam? Sed de hac ſatis. De Papia verò idem Panuinius. *Frequentiſsima*, inquit, *mentio eſt huius Tribus in vetuſtis marmoreis monumentis, ità vt hęc vna fidem reliquis facere queat, plures quam triginta qninque Tribus fuiſſe*. Hęc fortè à gente Papia dicta eſt, Italicarum nobiliſſima; nam inter primos belli Socialis Duces, à Paterculo, & Appiano, Papius Mutilus refertur; cuius gens poſtea in Ciuitatem admiſſa, Conſularis fuit. Papiorum enim, Mutili, & Secundini Conſulum, ſub Auguſto in Faſtis mentio extat. Item leges Papiæ; T. quoque Annius Milo, oratione Ciceronis celebratus, à gente Papia fuit oriundus, &c. A qua dubio procul hæc Tribus nomen aſſumpſit, cuius hi lapides meminere. *Panuinius.*

SVTRII
M. ANTEIO.
M.F. PAP. RESTI-
TVTO &c.
ROMÆ
Q. CÆCILIVS Q. L. PAPIA.
SIBI, &c.
NEAPOLI
C. MARCIVS. C. F.
PAPIA.
SIBI.ET.SVIS.LIBERTIS, &c.

Hæc Panuinius de Tribu Papia. Verum nos de gente hac adiicimus, ex ea ſcilicet, non modò ſuperius relatos Conſules proceſſiſſe, ſed etiam proceres alios, inter quos clari nominis celebratur C. Papius Trib. Pleb. cuius rogatione, omnes, qui Romę verſabantur, Italis exceptis, Vrbe pulſi ſunt; cùm peregrini Indigenas ſuperarent; nec ſatis digni viderentur, qui cum illis habitarent. Hic verò eſt Papius, ille, de

quo

quo Cicero pluries. vide, & Sigonium. Eſt etiam M Papij M.F. Duumuiri illuſtris memoria in lapide Caſinenſi, in quo ſic legitur.

M. PAPIVS. M.F.L.MATRIVS.L.F.
DVO. VIRI. I. D.
Signum. Concordiæ, ex C.C. reſtituendum
Coerauerunt; eidemq; dedicarunt
Et Baſim. Gradum. Aram. Sua pecunia
faciunda. coer. eidemque. probauer.

Ad iiii.Eid.Oct.Cn.Domit.C. Aſinio Cos.ſed inſcriptionem aliam iungamus, in qua papia Familia vno concluſa conditorio, monumentum habet huiuſmodi.

L. PAPIVS. L.F.TEREN.
POLLIO.
II. VIN.
L. PAPIO. L.F. FAL. PATRI.
MVLSVM. ET. CRVSTVM.
COLONIS.SINVISTANIS.ET.PAPEIS.
MONVMENTVM. EX. TESTAMENTO.
L.NOVERCINI.L.F.PVB. POLLIONIS.
VIÆ. SVPERIORIS. ET. HEREDIS.

In Papiam Tribum receptas puto Aſculanorum reliquias, quod vt credam ſuadet lapis, quem extitiſſe Aſculi in ſuburbio affirmat Manutius; in illo namque fit mentio Publii Fundanij Aſculani Ciuis, & Aſculani municipij Patroni, è tribu Pap. ſic enim legitur.

PELAGINIIA
P. FVNDANIO P.F. PAP. PRISCO. PATRON.
MVNICIPI. OMNIBVS. HONORIBVS. ET.
ONERIBVS. FVNCTO. PATRONO CIVIT. ASCVL.

Inſcriptionem ſic explico expreſſis literis primo verſu.

PELAGINIIA.

Publio Fundanio Publii filio Papia. Priſco Patrono. Non autem, vt in alia Bellunenſi malè producit Valerianus, pro PAP. Papinius; neque PAP. Papiria, vt in Luſitano Firmani ho-

hominis titulo declarauit L. Andreas Reſendius; ſic enim legitur apud eundem.

C. AXONIVS Q. F. PAP.
LEG. XX. NAT. COL.
FIR PICENO. SE. VIVO.
MONIMENT. FECIT. SIBI. ET.
FR. Q. AX. Q. F. Et in alia apud eundem.

Q SEVIVS. Q. F.
PAP. FIRMANVS.
VOTVM. DEO.
ENDOVOLICO.
S. L. M.

Licèt Reſendius, pro PAP. Papiria, producat in prima inſcriprione. Papiria namque vna è xxxv. vetuſtis Tribubus, non decurtata, ſed producta eſt, in antiquis monumentis, vt illo Aletrii.

L. CALPVRNIO. L. F. PAPIRIA. ASELLIO.
VI. VIRO. AVGVSTAL. &c.

Et in Sabinis.

DEO. INVIC.
SERAPIDI. ET.
SERVATORI.
D. IVNIVS. D. F. PAPIRIA.
VAERGVLENVS, &c.

Fulginij.

P. AELIO. P. F. PAPIR.
MARCELLO, &c.

Atque hæc de Papijs, Papiaque Tribu; quam coniecturã lapidis ſupra relati, ad noſtrates iam productos ſpectare autumo. Papiis quoque addam inſcriptionem, quæ legitur ad Lirim fluuium. Man.

L. PAPIVS. L. F. TER.
POLLIO.
II. VIR.
L. PAPIO. L. F. FAL. PATRI.

MVLSVM.ET.CRVSTVM.
COLONIS.SINVISSANIS.ET.PAPEIS.
MONVMENTVM.EX.TESTAMENT.
L.NOVERCINI L.F.PVB.POLLIONIS
VIÆ.SVPERIORIS.ET.HEREDIS.

At non tantum in Papiam, ſed in Fabiam quoque Tribum admiſſos noſtrates, crediderim: extat enim dimidio fractus lapis, & maiori parte abraſus, imo ſummi Templi lithostrato inſtratus, ad Pœnitentiarii locum à confeſſionibus, ſub organis, in quo ità ſcriptum uidimus.

....
.........Q.F.FAB.
....
.........VIR..........
.........OFFA.P.......

Eſt & aliud monumentum ad Vallem Veneream, in quo Fabia Tribus ità exprimitur.

P.DIANI P.F.
FAB.NIGRI.
OSSA.

Legitur inſuper Piſis, in Saxo P. Saturii Picentis memoria, è Tribu Fabia, Aſculanorum Patroni; quam alibi, pro temporis ratione integram apponimus. Nunc verò, ne quid pro antiquitate illuſtranda ſileamus, Cluentiæ, Papiæ, Fabiæque Tribubus addamus Velinam; quam legimus Aſculi in alio dimidiato lapide, è regione Domus Tullij Corui, ex Sacra Diui Stephani familia, probatæ nobilitatis Equitis, ità.

Tribus Velina.

.......DIVS.M.F.MALLEN.......
.........TR.MIL.VEL.CEN.........
.........CASTRO.TRVEN.........
.........FILEIS VIVA.FEC.........

Cuius quidem inſcriptionis notas illas, ſecundæ lineæ TR. MIL. VEL. Tribunus Militum, Velina, interpretanda eſſe quis neget.

Addamus & Meneniam, in lapide apud Caſtoranum, ante fores Baſilicæ Eccleſiæ.

T.SEN.

Digitized by Google

T. SENTIVS. MEN.
SCRIB. VI. VIR.
GARGONIA. ALETE.
VXOR.
T. SENTIVS. CHRESIMVS.

At de Tribubus, ex coniecturis ſatis. Ne impius interim erga reliquos haberi iure poſſim, ſi Cluentiorum tãtummodo, Papiorumque adoreas celebrans, aliorum fœderatorum Ducum illuſtres non producam memorias; fuerunt namque & aliorum quorundam, in bello Marſico celebrium poſt adeptam Ciuitatem, clariores poſteri. Memorantur ab Hiſtoricis præter alios celebriores, hi copiarum Ductores, L. Pontius Teleſinus, M. Vetius Cato, quem Pub. vocat Cicero, & T. Afranius, Herius, ſiue Herrius Aſinius. Ne quæſo muſſites, amice lector, neuè retrorſum vultum auertas, ſi nunc, præter instituti mei rationem, longius mihi euagari contingit. Id enim iure Itali à nobis poſtulare poſſe videntur; nam ſi cum eiſdem in bello Sociali, ſocias habuimus ærumnas, communeſque clades, cur non, pace parta, participes fiant à nobis eorundem poſterorum gloriæ? Vt autem ſigillatim, ex hiſtoriarum, lapidumque latebris eas in lucem publicam producam, è Pontiis exordiar; ex quorũ tamen gente varijs agnominibus Conſules numerantur in Faſtis, C. Pontius Nigrinus, Cn. Acerronii Collega, anno ab V.C. Dccxc. & L. Pontius Teleſinus, C. Suetonij Paulini Collega, anno ab V.C. Dcccxix; quem vtique, vt Philoſophum, & inſignem virum, plus vno loco laudat Philoſtratus. Tertius hic eiuſdem nominis occurrit in hiſtorijs; quorum primus Caius prænomine, Herennij F. patre prudentiſſimo natus, Samnitũ Imperator, T. Veturio Caluino, Spur. Poſthumio Cos. ad furcas Caudinas Romanum exercitum ignominioſè miſit ſub iugum. Alius verò vir, domi, militiæque fortiſſimus, Carbone, & Mario Cos. Kal. Nouemb. ità ad Portam Collinam, cum Sulla dimicauit, vt ad ſummum diſcrimen, & eum, & Remp. adduceret: quæ non maius periculum adiit, Anni-

Pontius (margin)

Roman. exercitus miſſus ſub iugum. (margin)

balē intra tertium milliariū conſpicata, quā ea die, qua circunuolans ordines exercitus ſui Teleſinus, dictitanſque adeſſe Romanis extremum diem, vociferabatur, ſubruendā, delēdamque Vrbem; adiiciens, nunquam defuturos raptores Italicæ libertatis, lupos, niſi ſylua, in quam confugere conſueuiſſent, eſſet exciſa; vt pluribus proſequitur Velleius; cuius Auctoris plura à nobis in bello Marſico ſunt relata. Huius autumo Nepotem, Conſulem, C. Suetonii Paulini Collegam. Ex hac eadem gente duo pariter Pontifices oriundi, ex tabula Sutrina, L. ſcilicet Pōtius P.F. ac L. Pontius Aquila; qui etiam Tribunus nominatur à Suetonio. Eſt clara memoria C. Pontii Peligni, in lapide, quem hic exponimus.

C. PONTIO. C.F.FAB.
PELIGNO.TRIB.MIL.
LEG.X.GEM.Q.CVRAT.
LOCOR. PVBLIC.
ITERVM. ÆDILI. CVRVL.
LEGATO. PRO. PR. ITERVM.
EX.S.C.ET.EX.AVCTORITA-
TE. CÆSARIS.D.D.

Pontius verò Fregellanus, vnus è miniſtris ſtuprorum Albucillç, Satrij ſecundi Vxoris, famoſæ illius multorum amoribus, Senatorium amiſit ordinem, poſtquam ipſa Albucilla delata eſt impietatis in Principem. Tac. ann. Lib. 6.

Tacitus

Paſſim verò aliorum huius gentis nomina in antiquis monumentis proſtant, vt in illo Ferentini, in Baſilica Eccleſia, in quo Pontiæ Sabinæ Flaminicæ legitur memoria.

Q. CÆCILIO. Q. F.
AN. OPTATINO.
PRÆF.COH.I.AQVI.
TANOR. EQVIT.
PONTIA.T.F.SABI
NA. MATER.
FLAMINICA.
L.D.D.D.

In

Digitized by Google

In alio Romano, tum Pontiæ Gneſiæ; tum viri illius L. Pontij Horaei, aliorumque priuatæ conditionis hominum notitia proſtat.

D. M.
PONTIÆ.GNÆSIÆ.
CONIVGI.KARISSIMÆ.
ET.SANCTISSIM.
L.PONTIVS.HORAEVS.

In alio item, aliud eiuſdem gentis.

TI. CLAVDIO. PHÆBO.
VIX.ANNIS.XXXV.
NATALIS.DE.SVO.
P.PONTIVS.MAXIMVS.
ET. C. PONTIVS. PAVLVS.
ET.C.PONTIVS.PONTIANVS.
F. H.

Proſtat inſuper in ædibus Maſſaciorum, è Cærotanis allata tabula, in qua M. Pontij Celſi expreſſum eſt nomen, viri Decurionis, ità.

M.PONTIVS.CELSVS.DICTATOR.ET.SVETONIVS.
CLAVDIANVS.DECVRIONES.

Abeat verò in malam crucem, è gente Pontia, Pilatus, qui iniquè affigi Cruci paſſus eſt Chriſtum Seruatorem. Hic Sextus fuit Procurator Iudææ, cum poteſtate Præſidis; cuius, præter Euangeliſtas, meminere Tacitus, & Ioſephus. Miror autem, cum Lipſio, cur Syriæ procuratorem, nimis fusè vocet illum Tertullianus in Apologetico. At ſi Pilati iniquitate diffamatur Pontiorum Domus, apud Chriſtianos redintegratur, gloria Sancti Pontii, Equitis Romani, martyris; qui Galliæ prefectura condecoratus, ad Chriſti fidem Philippos Cæſares adduxit; de quo ad pridie idus Maij ſic in Romano legitur martyrol. *In Gallia S. Pontij Martyris fama floret, cuius prædicatione, & induſtria, poſtquam duo Philippi Cæſares ad fidem Chriſti conuerſi ſunt, ipſe ſub Valeriano, & Gallieno Martyrij palmam adeptus eſt.* Chriſtianum inſuper nomen illuſtrauit mirum in modum Pontius Paulinus, quem Conſulem creatum fuiſſe autumat Baronius, anno Chriſti ccclxxv. Hunc,

Pilatus è gente Pontia.

S. Pontius Eques Roman.

Martyrologiũ.

Baron.

&

Digitized by Google

& Pontiæ, & Aniciç germen ſobolem celebratam inuenimus, tùm Auſonij carminibus; tùm Ambroſij elogio. Legitur verò ad Fornaces, in effracto lapide.

.......PONTIA.Ɔ.L.TAVI.......
.....CALLISTA.T.L.PIA.L.....
..........CONCVBINA.SE..........

Et in ædibus Iacobi Palutij, inter Diui Petri Martyris Templum, & Portam Soleſtanam.

...........VI...........
........VIDENVS........
........STATIVS......
...ONTIA.Ɔ.L.PHIL...
....LT.TIA....Ɔ.L... ....
......CLEOPATRA.....
...........TIA.Ɔ.. ....
;...........ARTIA . ...

Singulis vtriuſque inſcriptionis verſibus initia deſunt, vt patet, ac fines; quo vitio omnia ferè alia noſtræ Ciuitatis epigrammata laborant; nam lapides, qui à noſtris conuehuntur fluminibus, corroſi ſunt, ac muſcoſi; ut natura breui ita exedãtur, ac proinde deformes in illis inciſę notę facillimè obliterentur. Sed in poſtrema inſcriptione P. præponerem quarto, quintoque verſui, illoſque ſic redintegrarem.

PONTIA.Ɔ.L. CA.....
PONTIA.Ɔ.L. PHIL......

Pontios indè ſequantur Vetij; nam P. Vetij Catonis, Marſorum Ducis meminit Appianus; de quo & hæc M. Tullius in Antonium (*Memini colloquia, & cum acerrimis hoſtibus, & cum grauiſſimè diſſentientibus Ciuibus CN. Pompeius Sex. F. Conſul me præſente, cum eſſem Tyro in eius exercitu, cum P. Vettio Catone, Duce Marſorum, inter bina Caſtra colloquutus eſt: quo quidem Sex. Pompeium fratrem Conſulis, ad colloquium ipſum Roma venire, doctum virum, atque ſapientem; quem Cato cum ſalutaſſet, quem te appellem inquit? At ille, voluntate, hoſpitem; neceſſitate, hoſtem.* Ex Vettia, numeroſa agnominum familia, præcipui nominis celebrãtur Q. Vettius Vettianus Marſus, inter claros relatus oratores à Tullio (Vettia verò gens, non tantum apud Marſos,

Appianus. *Cicero.* *Vetij.* *Tullius.*

ſos floruit; ſed etiam apud Marrucinos) M. Vectius Bolanus, Britanniæ Præfectus, Taciti notus ſcriptis; quem etiam lego Conſulem, cum C. Calphurnio Piſone in lapide montis Coelij, ad D. Stephani, propè nauicellam. L. Vectius Paulus, cũ T. Iunio Montano. Vectius Rufinus coh. VI. PP. per quem menſura acta in ſeparationibus fundorum Agri Aſculani. Alius eiuſdem nominis, Vrbis, Prætorijq; Præfectus; necnon ſuffectus Conſul, cum C. Meionio Rufio Voluſiano; quem Statium Vectiũ Rufinum appellat Sigonius; M. Vectius Marcellus, Marrucinus, Eques Romanus, Neronis Procurator, cuius tum Plinius; tum lapis hic meminit Teatinus. Tacitus Plinius.

M. VECTIVS. MARCELLVS. PROC. AVGVSTORVM.
ET. HELVIDIA. C. F. PRISCILLA MARCELL. S. P. F.

M. Vectius Pius, Eques Romanus, notus hoc monumento.

M. VETTIO.
M. F. FAL. PIO.
EQVO. PVBLICO.
PRÆFECTO.
COH. VI.
TRACVM.

De P. Vettio Chilone, homine equeſtris ordinis honeſtiſſimo, & ornatiſſimo agit Cicero in Verrem Lib: 3. Cicero.

Gabinius Vectius Probianus; cuius proſtat in Foro Romano hæc memoria.

GABINIVS. VETTIVS.
PROBIANVS V. C. PRÆF. VRBI.
STATVAM. QVÆ. BASILI
CÆ. IVLIÆ. A. SE. NOVITER
REPARATÆ. ORNAMENTO.
ESSET. ADIECIT.

Vettius Baſſus, relatus à Valeriano, in Syllabo Auct. è quorum voluminibus Hieroglyphica ipſe compoſuit. Vettius tandem Agorius Prætextatus, cuius legitur elogium Romæ, ad Diui Alexij.

VE-

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C. ET.
CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ.
CONSVLARI. LVSITANIÆ. PROCONSVLI.
ACHAIÆ. PRÆF. VRB. PRÆF. PRÆTORI.
ILLIRICI. ITALIÆ. ET. AFRICÆ COS DESIGNATO.
LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. SEPTIES.
ET. AD. IMPERANDVM. REB. ARDVIS. SEMPER.
OPPOSITO
PARENTI. PVBLICÆ. PRIVATI. MORE. VERENDO.
VT. ETIAM. STATVÆ. IPSIVS. DOMVS.
HONORARE. INSIGNIA. CONSTITVI.
LOCARIQVE. CVRAVIT.

Bar n. *Macrobius.* *Hieron.* *Ammianus.*

Vide Baron. ad Chriſti ann. Ccclxxxii. Macrobius hunc eundem Vettium Prætextatum, ſacrorum omnium Præſulem nominat; quem & in ſuis Saturnalibus interloquentem inducit; ad quem etiam datæ habentur plures Epiſtolæ Symmachi; atque de illo Hieronymus hæc ſcribit ad Pammachium. *Miſerabilis Prætextatus, qui deſignatus Conſul eſt mortuus; homo Sacrilegus, & Idolorum cultor. Solebat ludens Beato Papæ Damaſo, dicere: facite me Romanæ Vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus;* De quo ſæpius Ammianus, cum de ipſius legationibus agit, ac Præfecturis. Erat æquè impia, atq; vir, eiuſdem Vxor Vettij Prętextati, nomine Paulina, quod ſequens Inſcriptio declarabit.

FANÆ. ACONIÆ. PAVLINÆ. C. F. FILIÆ. ACONIS. CATVLLINI. T. C. EX. PRÆF. ET. CONSVLIS.
ORDIN. VXORI. VETII. PRÆTESTATI. V. C. PRÆF.
ET. CONSVLIS. DESIGNATI. SACRATÆ. APVD. ELEVSINAM. DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRATÆ APVD. LÆRNAM. DEO. LIBERO. ET. CERERI.
ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. AGYNAM. DEABVS.
TAVROBOLITÆ. ISIACÆ.
HIEROPHANTRIÆ. DEÆ.
HECATÆ. GRÆCO. SACRATÆ.
DEÆ. CERERIS,

Lege

Digitized by Google

Legè verba Baronii To. 4. ſub L. B. de Vettiis. Liuius Andreas Reſend. ſequentem profert inſcriptionem Lib. 4.

PROSERPINÆ.
SERVATRICI.
C. VETTIVS. SIL-
VINVS. PRO. EV-
NOIDE. PLAVTIL-
LA. CONIVGE. SIBI.
RESTITVTA.
V. S. A. L. P.

Hanc proponit Panuinius in Ciuitate Romana. Panui-nius.

L. VETTIO. SYNTROFO.
RELIGIOSO.
A. MATRE. MAGNA. CAPELLATO.
VETTIA. AMOR. DE. SVO. FECIT.
POSTERISQVE. EORVM.

His iungamus è noſtratibus, Vettium Picentem, oratione Lepidi Conſulis ad populum ſatis notum, in hiſtoriis C Criſpi Salluſtij; necnon C. Vettium Polum, Patronum Collegij Fabrùm, & Centonar. Firmanum hominem; cuius extat hęc memoria Firmi, in lapide.

ALLIENÆ. T. F.
BERENICÆ.
C. VETTIVS. POLVS.
VXORI.
SANCTISSIM. ET.
C. VETTIVS. POLVS.
MATRI.
PIISSIMÆ PATR.
COLL. FABR. ET. CENT.

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C. ET.
CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ.
CONSVLARI. LVSITANIÆ. PROCONSVLI.
ACHAIÆ. PRÆF. VRB. PRÆF. PRÆTORI.
ILLIRICI. ITALIÆ. ET. AFRICÆ. COS DESIGNATO.
LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. SEPTIES.
ET. AD. IMPERANDVM. REB. ARDVIS. SEMPER.
OPPOSITO
PARENTI. PVBLICÆ. PRIVATI. MORE. VERENDO.
VT. ETIAM. STATVÆ. IPSIVS. DOMVS.
HONORARE. INSIGNIA. CONSTITVI.
LOCARIQVE. CVRAVIT.

Baron. Vide Baron. ad Chriſti ann. Ccclxxxii. Macrobius hunc *Macrobius.* eundem Vettium Prætextatum, ſacrorum omnium Præſulem nominat; quem & in ſuis Saturnalibus interloquentem inducit; ad quem etiam datæ habentur plures Epiſtolæ Symmachi; atque de illo Hieronymus hæc ſcribit ad Pamma- *Hieron.* chium. *Miſerabilis Prætextatus, qui deſignatus Conſul eſt mortuus; homo Sacrilegus, & Idolorum cultor. Solebat ludens Beato Papæ* *Ammianus.* *Damaſo, dicere: facite me Romanæ Vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus;* De quo ſæpius Ammianus, cum de ipſius legationibus agit, ac Præfecturis. Erat æquè impia, atq; vir, eiuſdem Vxor Vettij Prętextati, nomine Paulina, quod ſequens Inſcriptio declarabit.

FANÆ. ACONIÆ. PAVLINÆ. C. F. FILIÆ. ACO-
NIS. CATVLLINI. T. C. EX. PRÆF. ET. CONSVLIS.
ORDIN. VXORI. VETII. PRÆTESTATI. V. C. PRÆF.
ET. CONSVLIS. DESIGNATI. SACRATÆ. APVD. ELEV
SINAM. DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRA.
TÆ. APVD. LÆRNAM. DEO. LIBERO. ET. CERERI.
ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. AGYNAM. DEABVS.
TAVOBOLITÆ. ISIACÆ.
HIEROPHANTRIÆ. DEÆ.
HECATÆ. GRÆCO. SACRATÆ.
DEÆ. CERERIS,

Lege

Digitized by Google

Legè verba Baronii To.4.ſub L.B.de Vettiis. Liuius Andreas Reſend.ſequentem profert inſcriptionem Lib.4.

PROSERPINÆ.
SERVATRICI.
C. VETTIVS. SIL-
VINVS. PRO. EV-
NOIDE. PLAVTIL-
LA.CONIVGE.SIBI.
RESTITVTA.
V.S.A.L.P.

Hanc proponit Panuinius in Ciuitate Romana. *Panuinius.*

L. VETTIO. SYNTROFO.
RELIGIOSO.
A.MATRE.MAGNA. CAPELLATO.
VETTIA.AMOR. DE.SVO. FECIT.
POSTERISQVE. EORVM.

His iungamus è noſtratibus, Vettium Picentem, oratione Lepidi Conſulis ad populum ſatis notum, in hiſtoriis C Criſpi Salluſtij; necnon C. Vettium Polum, Patronum Collegij Fabrùm, & Centonar. Firmanum hominem; cuius extat hęc memoria Firmi, in lapide.

ALLIENÆ.T.F.
BERENICÆ.
C.VETTIVS.POLVS.
VXORI.
SANCTISSIM. ET.
C.VETTIVS.POLVS.
MATRI.
PIISSIMÆ PATR.
COLL.FABR.ET.CENT.

Ab ALLIENA C.Vettii Poli coniuge honeſtiſſima,alienus ſit probroſus, & Cœlo inuiſus, alieni tori violator, Vettius Valens; cuius meminit Plinius, & quem Scribonius Largus, Apuleii Celſi auditorem, & ſuum in medicina aſſerit condiſcipulum; de cuius laſciuia, ſumptoque ſupplicio plura Tacitus.Et hæc de Vettijs. Nunc de Afranijs, quorum Domus Romæ Prætoria, anno ab V.C.DXLII. Appio Claudio Pulchro, & Q.Fuluio Flacco iii. Cos.inter alios namque Prætores, inuenio C. Afranium Stellionem, apud Liuium. Gens eadem illuſtris in Vmbria;ex qua C.Afranius,in ſociali bello Vmbrorum Dux celeberrimus memoratur, tum ab Appiano; tum à Floro. Celebrantur quinetiam poſt bellum Italicum, ex hac familia,L. Afranius, cum Q. Cæcilio Metello Cos.anno V. C. Dclxxxxiv. qui Magni Pompeij legatus,aduerſus Cæſarem, multa geſſit in bello Hiſpanico. Afranius Burrhus,Neronis Rector;cuius ſcelere Romæ (vt inquit Tacitus) *grande deſiderium manſit per memoriam virtutis.* Afranius Quintianus, vir Senatorij ordini,ſed molli corpore infamis, & à Nerone probroſo carmine diffamatus. Sex. denique Afranius Serenus, priuatæ conditionis vir; de quo hoc legitur in ſaxo Romano.

Plinius. *Tacitus* *Afranij* *Appianus.* *Florus.* *Tacitus annal. lib. 14.*

SYMPHERVSÆ.
PIÆ.CONIVGI.SANCTISSIMÆ.ET.
PARENTIBVS.EIVS.
Q.GEMINI. PAMPHILI.ET.
GEMINIÆ. SIMPHERVSÆ,
SEX.AFRANIVS.SERENVS.
NOM.LIB.LIB.POSTERISQVE SVIS.
ET.GEMINIS.IIII.
DORYPHORO.MIRTILO. CYPARI. VICTORINÆ.

Aſinij. Afranijs adiiciamus Aſinios, ex Herij, ſiue Herrij Prætoris gēte, Marrucinis fortaſſe oriundos:nullus namq;alicuius nominis, ante Sociale Bellum, præter Aſinium Herium numeratur; Aſinia namque gens illuſtrata ab Auguſto, qui non iniuria extulit Aſinium Pollionem; non tamen antiqua in Vrbe: hinc Tacitus de Aſinio Agrippa loquens, hæc ait. *Fine*

Tacitus

anni

anni exceſſere inſignes viri, *Aſinius Agrippa*, *claris maioribus, quam vetuſtis, vitaque non degener*, &c. poſtea verò multi Conſules numerantur in Faſtis. C. Aſinius Pollio, cum Cn. Domitio Caluino ii. V. C. anno Dccxiv. C. Aſinius Pollio Iunior, cum C. Antiſtio Vetere, anno V.C. Dcclxxvi. Aſinius Agrippa, cum Coſſo Lentulo anno V. C. Dclxxviii. Q. Aſinius Marcellus, cum M. Acilio Auiola, anno ab V.C. Dcccvii. Lucius tandem Aſinius Gallus, cum P. Mario Celſo, anno ab V. C. Dcccxv. Hos inter, vti Luna inter minora ſydera nitet clarior Aſinius ille Pollio Iunior, Orator, Hiſtoricus, Poeta, Imperator, Triumphator, Regum Hoſpes, Auguſtorum familiaritate, gratia, affinitatibus conſpicuus, Mantuani Maronis, Venuſinique Flacci amiciſſimus, eorundemque carminibus decantatus; Tullij tandem, Senioris Plinii, Cornelij Taciti, Velleii, Quintiliani, Dionis, Suetonij, Suidæque ſcriptis notiſſimus. Huic filius natus, Aſinius Gallus, quem captis Salonis, Dalmatica vrbe, agnomento dixere Saloninum; licet id cognomen Tacitus, & Dio illi nuſquam tribuant. Is Saloninus duxit Vipſaniam Agrippæ filiã, dimiſſam paulo antè à Tiberio, qui ex ea ſuſceperat Druſũ, quod ſcripſit Tacitus Li. 1. Ann. *Nec* (Gallus) *ideò iram eius leniuit, pridem inuiſus, tanquam ducta in matrimonium Vipſania, M. Agrippæ filia, quę quondam Tiberij vxor fuerat plusquam ciuilia agitaret*. Suſcepit *Pollioniſque Aſinij patris ferociam retineret*. ex ea liberos complures, virilis ſexus, iſtos ſcil. C. Aſinium Saloninum; de quo ità, Ann. iii. ſub finem idem Tacitus. *Poſtremum obiere eo anno viri illuſtres, Aſinius Saloninus, M. Agrippa, & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique progener deſtinatus.* Aſinium Gallum, de quo Suetonicus; & Aſinium Pollionem; de quo Plinius Lib. xxxiii. Cap. 2. Tacitus, Dio, & Faſti. Aſinium Agrippam; de quo idem Tacitus Lib. 4. & Aſinium Celerem; quem Conſularem Plinius appellat, & recenſet ſub principe Caio, quod verũ ſtẽma Aſinium. Indicat hoc Tacitus Lib. 4. Ann. vbi de morte Aſinij Galli hæc ait. *Scilicet medio triennio defuerat tempus ſubeundi iudicium conſulari ſeni, tot conſularium parenti*. Plures inſuper

N 2 Aſi-

Aſiniæ gentis, diuerſis prenominibus memorantur à Tacito Annal. Lib. 2. Atque hæc de Aſiniis. Multa fortaſſe videri poſſent; ne tamen priuatis nominibus eiuſdem generis iniuriam faciam, antiquo lapide, vt moris eſt, ſeriem ipſorum terminare non diſplicet; in quo Romę ſic legitur.

D. M.
C.ASINIO.C.F.PRISCO.VIXIT.ANN.XX.ET.
ASINIÆ.C.F.IVVENILLÆ.
VIXIT.ANN.XXII.
FILIIS.PIISSIMIS.FECERVNT.
C.ASINIVS.CHRYSEROS.ET.CINCIA.
EVTICHIS.PARENTES.ET.SIBI.ET.SVIS.
LIBERTIS.LIBERTABVS.POSTERISQVE.
EORVM. LOCVS. EMPTVS.
A.LIBERTIS.ET.LIBERTABVS.
IVLIÆ. EPIPHANIÆ.

Ad noſtra redeamus. Cũ Roma ad bellũ ciuile deueniſſet, Aſculũ Cæſaris partes ſequutũ eſt; & poſtquam Romanũ Imp. ad Octauium peruenit, vrbis noſtræ confinia, non exigua incremẽta acceperũt. Hoc teſtatur Frontinus de Re Agraria de Limitibus. *Cum enim D. Auguſtus* (inquit) *ciuium Romanorum numerum multiplicare conaretur, illarum vrbium maxima finium pars data eſt colonijs, quę in remotiora loca, & longè à mari poſita videbantur. Hinc in Piceno, fertur, inter montium Præcutianorum quandam partem, oppidi Aſculanorum fine circundari.* Ab Auguſti temporibus, vſque ad Veſpaſianum habemus præclara Aſculi monumenta. Hinc Plinius Senior ſcripſit. *Finitur Præcutiana regio, & Picentium incipit. Cupra oppidum, caſtellum Firmanum, & ſuprà id colonia Aſculum, Piceni nobiliſſima.* Nec non Antoninus Pius, Italiam diſtinguẽs in ſexdecim prouincias, præcipuas vrbes enumerans, Aſculum refert. *Antoninus Pius*, inquit Volaterranus, *in prouincias ſexdecim diuiſit Italiam I. Campaniam. 2. Tuſciam cum Vmbria, in qua Roma. 3. Nurſiam, in qua eſt Reate 4. Flaminiam, in qua eſt Rauenna. 5. Picenum, in quo eſt Aſculum 6. Liguriam, in qua eſt Mediolanum. 7. Venetiam, cum Iſtria,*

m

Digitized by Google

in qua eſt Aquileia. 8. *Alpes Cottias, & Apenninum, in quibus eſt Genua* 9. *Samnium, in quo eſt Beneuentum.* 10. *Apuliam, cum Calabria, in qua eſt Tarentum* 11. *Brutiam, cum Lucania, in qua eſt Rhegium* 12. *Rhetiam primam.* 13. *Rhetiam ſecundam.* 14. *Siciliam.* 15. *Sardiniam* 16. *Corſicam.* Meritò igitur Leuita Sanctus Valentinus, Sancti Emygdij martyris acta recenſens, hæc ſcripſit. *Erat enim Aſculum metropolis ciuitas, à Rauenna vſque Rhegium, poſt vrbem Romam in toto Adriatico littore, præ cæteris ciuitatibus diues, florens, & præpotens; quæ munita natura, humanoque opere mirifice ornata, generoſaque ciuium frequentia Paradiſo Sancto Dei videbatur ſimillima.*

Corruente Romano imperio, & barbarorum peſte Italiam peruadente, Aſculum, clades, ruinas, incendia multoties paſſum eſt. Barbari ipſo aliquando potiti ſunt: at verò ciues ſtrenuè arreptis armis, eos tandem profligarunt. Penes Epiſcopum fuit illius dominatus, ab anno Chriſti cccel. ad annum ferè mcc. quo tempore, violentum, & ſæuũ imperiũ geſſit Marcocucaldus Architriclinus regni Siciliæ. Innocentius III. Aſculi dominium contulit Actio Eſtenſi, anno Chriſti mccxiii. Huic ſucceſſit Aldobrãdinus, eiuſdem filius. Enzius Rex Sardiniæ multas ærumnas intulit. Fridericus expugnauit; ferè deletum à Manfredis fuit. Carolus primus Andegauẽſis, Rex Neapolis, eo potitus eſt. Tùm ſubijt Dominiũ Ioannis Vennibene, Malateſtarum Ariminenſium, Philippi de Maſſa, Homizzij Albernotii, Ioſiæ Aquauiua, & Ladislai Regis Neapolis. Anno Chriſti reparatoris mccccx. Comes Carrarienſis, Frãciſci Senioris, Pataui Principis filius (abundè cognita fortiſſimi, & præclariſſimi viri virtute, ſingularique prudentia, cum iam pluries contra Brachium decertaſſet) Aſculi dominium ſuſcepit. Anno verò mccccxiii. diem ſuum obiit; & Reginæ Ioannæ ſecundæ auctoritate, non ſine Aſculanorum conſenſu, eiuſdem filii, Ardizzonus, & Obizzius illi fuerunt ſubrogati. Ardizzonus ex Antonia, ſorore Franciſci Sfortiæ prolem ſuſcepit vnicam filiam, quæ nupſit Ioſiæ Aquauiua Duci Atriæ. Carrarienſium verò adhùc num extant gentilitia Stemmata in pleriſque eiuſdem Ciui-

tatis

tatis locis. Tandem anno Mccccxxvi. ad dominium Romanæ Eccleſiæ peruenit, ſub quo feliciſſimè degit, conſtanti gaudens quiete.

Finis Libri Tertij.

SE-

Digitized by Google

SEBASTIANI ANDREANTONELLI IVRISP. ASCVLANI.

Aſculanæ Hiſtoriæ LIBER QVARTVS.

DE ſitu, agri fertilitate, aeris temperie, aquarum copia, incolarum moribus, ciuitatis origine, primus liber luculenter. De geſtis, ad belli ſocialis vſque tempora, de Colonia deducta, & de municipijs verba fecimus in ſecundo. Tertius eſt de Bello Italico, de vario Aſculanorum ſtatu, & fortuna. Quartus, qui & poſtremus, Aſculanorum Diuos, tum qui Beati; tum qui Sancti vocantur; necnon claros in literaria, & bellica re viros enumerat. Verum, quia de Diuis initio agendum, res ipſa hortari videtur, vt pauca de ſuperſtitioſis Aſculanorũ Dijs ediſſerã. Et primũ quidem de Aeſculano, à quo fortaſſe Aſculanũ deductũ genus. Aeſculanus Deus æris habjtus, quem antiquitas anili, vanæq;religioni plus æquo dedita, locupletandorũ hominum habuiſſe facultatem fabulata eſt. Deriuatum nomen putat Varro ab aſſe; alii ab auri ſimilitudine: ęs enim propriè ſpecies eſt metalli, rubro colore; & quia primo ſeculo maximo in pretio fuit, adeò ut ex eo pecuniam, nondum effoſſo

auro

auro Ianus ſignaret, factū eſt, vt pro ipſa pecunia fuerit vſurpatum; vnde apud Ouidium.

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro.

Picus, vt iam dictum, à Fauno in Deorum numem relatus eſt. Herculi Deo Seruatori, & Liberatori ſtatuam erexerūt Aſculani; atque ne hoſtili vaſtarentur incurſu, Ancariam Deam patriam coluere. Coluerunt quoque Iouem Hammonem ſub Arietis forma; Venerem, Muſas, Aeſculapium, Apollinem, Deam Tellurem, & Fortunam Reducē. Sed poſthabitis ſuperſtitionis priſcorum numinibus, volitet calamus ad Superos Chriſti fideles.

Iam trecenteſimus ſupra tertium à mundo redempto, annus voluebatur, cum Euangelii lumen Aſculi illuceſcere cæpit. Hinc carptim de iis Diuis, qui Sancti apud Chriſtianos; poſtmodum de iis, qui Beati dicuntur, pertractandum eſt; ac primo de Sancto Emygdio.

S. Emygdius anno Chriſti 303.

Sanctus Emygdius apud Treuerim (quę urbs Galliæ inter Belgas ad Moſellam fluuium ſita eſt Colonia deducta ſub Claudio, ab Auſonio, inter claras vrbes celebrata) nobilibus ortus parentibus Chriſtianę religionis ſtudio Romam profectus; vbi à Diuo Marcello Pont. Max. Epiſcopus creatus, Aſculum, ad Chriſti fidem propagandam miſſus, Picenorum Apoſtolus, in perſecutione Diocletiani Imperatoris, ſub Polymnio Præſide, nonis Auguſti, capite truncatur; atque illuſtri martyrio coronatur. De quo illud memoriæ proditum, vt de Beato Dionyſio Areopagita; abſciſſum videlicet proprium caput ſuſtuliſſe, & progreſſum ad mille fere paſſus geſtaſſe. Corpus requieſcit Aſculi, in ſubterraneo Sacello, eidem Emygdio conſecrato, ſub arca lapidea, cancellis ferreis circunſepta. De hoc Diuo, Aſculanorum Patrono agunt Valentius, Martyrologium Romanum, Petrus de Natalibus, Cæſar Cardinalis Baronius, Piſaurenſis, Martyrologium Germanicum, Ludouicus Zacconius Equilinus, Ioannes Michael Pius Bononienſis, Abraham Bzouius ad Baronij Annales, & alij. Marinus quoque Tuſus, amicus, & ciuis meus, quem nuper immatura mors è viuis ſuſtulit, huius Sancti Epiſcopi geſta, Tragico proſecutus eſt Stylo, Poetico quippe

in-

Digitized by Google

ingenio hic Vir pollebat; licet tragicum illius carmen languidius, & humilius quam grandius videatur. Pergamus ad reliquos.

Sanctus Valentinus Leuita, Sancti Emygdij diſcipulus, prout ipſemet in prooemio Geſtorũ Emygdij, ad Melchiadem Pont. Max. de ſeipſo refert. Ex illius hiſtoria deſumpſit Emygdij acta Petrus de Natalibus; ſed aliqua indigent cenſura; ſicut ad Non. Auguſti adnotauit Baronius in Martyrologio. *S. Valentinus.*

Sanctus Euplius, Sancti Emygdii diſcipulus alter, diaconus à Sancto Marcello P.P. creatus, ſæuiente Diocletiani in Chriſtianos perſecutione, martyr factus; de quo idem Valentinus. Non tamen idem eſt Euplius, ac qui eandẽ perſecutionem Catanæ in Sicilia paſſus eſt, ſub Caluiſiano Conſulari; cuius dies Feſtus celebratur pridie Idus Auguſti; de quo plura Baronius ad finem anni Ieſu Chriſti trecenteſimi tertij Annal. Tom 2. *S. Euplius.*

Sanctus Germanus item, Sancti Emygdij ſocius, eodem tempore martyrium eſt conſecutus pro Chriſtianæ fidei cõfeſſione. Corpus illius conditum Aſculi, vna cum Emygdio, qui & Emindius, rudi ſeculo nominatus, cum Euplio, & Valentino ſociis; ſic enim rudi verſu legitur in ſarcophago. *S. Germanus.*

CVM SOCIIS ALIIS
EMINDIVS HIC
REQVIESCIT.

De quibus fortaſſe intelligendus Cardinalis Baronius, eodem Annal. Tom. 2. ad annum Chriſti ccciij.

Sancta Polyſia, Polymnij, Aſculi Pręſidis filia, Chriſtianã fidem à Diuo Emygdio edocta, ac ab eodem baptizata, patris in Chriſtianos perſecutionem vitans, ad montes confugit, ibique in domino occubuit. Extat in monte Polyſio, ab ipſamet Polyſia denominato, in huius Sanctæ honorem extructum Sacellum; atque ibi fama eſt, illius corpus humatum. Taceo de induſtria, docti viri ſententiam, qui Polyſium *S. Polyſia.*

putat inſcribi Apuleſium, Coloniamque facit, ex veteri lapide apud Panuinium; cum Apuleſium in Pannonijs, ſiue Daciæ Colonia ſit, Bonfinio Decad. 3. Li. 8. Rerum Hungaricarum, ex illuſtri hac Epigraphe.

COCCIÆ VALERIÆ
P. TENACIVS GEMELLINVS. AVG.
COL. APVL. EX TESTAMENTO.
P. TENACII. VINDICIS. E. LEG.
P. C. L. D. D. D.

S. Chriſtantianus. Sanctus Chriſtantianus Martyr, Aſculanæ Vrbis Patronus, iacet Aſculi, vt in quodam legitur Sanctorum catalogo, Mediolani excuſo. Hunc Sanctum Leuitici ordinis fuiſſe, coniicitur ex Icone; illiuſque aduocamus ſubſidium, cum Cœli mutationes, tempeſtates, nimbos, atque grandines ingruunt. Quo verò tempore, quodue martyrij genus ſit paſſus, nuſquam adhuc legimus. Ad Sancti Victoris Eccleſiam, in Diui Chriſtantiani honorem, publicæ ex voto rogationes fiunt iii. Idus Maii, quo celebratur eius feſtus dies, vt ex Tabulis Aſculanæ Eccleſię patet. Corpus conditum in maiori Eccleſia, ex catalogo ſuperius relato; percepi inſuper, quod oppidum eſt in Fretanis, ſiue Caracenis, vbi ad Sanctorum, Emygdii, & Chriſtantiani, Aſculi Patronorum honorem adhucnũ extat templum, multo aere cõſtructum; ibique fama eſt Aſculanos quoſdam diù conſediſſe, patriiſque Sanctis dedicaſſe Templum. Retulit id nobis Andreas Cauutius Aſculanus, e familia Sancti Franciſci Capuccinus, vir tempeſtate noſtra, inter Theologos, & Sacros Concionatores perquam celebris.

S. Gualterius. Sancti Gualterii corpus, ex agro Firmano, belli tempore Aſculum translatum, vbi quieſcat ignoro. Huius ſacræ prædæ, apud publicum ſolummodo tabularium habetur mentio in quibuſdam Ioannis xxii. Pont. Max. ab excomunicatione abſolutionum Bullis. Nam Aſculani milites, omnis humanitatis obliti, calamitatum, ac cædium ſub Alexandro IIII. a Firmanis acceptarum memores, rabida feritate in Firmanos

ipſos,

ipſos, tunc Eccleſiæ Romanæ rebelles inſurrexere; vt nec ſexui, nec ætati parcẽtes, omnia fuerint ferro, flammiſque populati. At quia non ſolum ab ipſis nouem Firmanorum capta oppida, & plures laici occiſi; nonnulla item incenſa Templa, trucidati Sacerdotes, manus in ſacras iniectæ Virgines, & Sancti Gualterii corpus prædæ obiectum fuit; idcircò ſacris interdicti, veniam à Ioanne XXII. impetrarunt.

In Sancti Benedicti Martyris honorem, pridie Idus Nouẽbris celebratur Aſculi feſtus dies. Huius Sancti argento ornatum caput, in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris venerationi eſt. Quo verò tempore ex Blouia Aſculum fuerit adſportatum, non ſatis compertum habeo; conſtat vero, Benedictum hunc, vnà cum Ioanne, Matthæo, Iſaaco, & Christino martyrium ſubijſſe; de quibus ad eundem diem Martyrologium. *S. Benedictus.*

Sancta Venus, ſiue Venera Virgo, & Martyr Aſculana, quam Venerandam corruptè legimus in Tabulis inſtauratis Aſculanæ Eccleſiæ, iacet Aſculi in Baſilica Eccleſia, vt habetur in catalogo Sanctorum Italiæ. Agitur eius Feſtus dies 18. Kal. Decembris. At quo tempore martyrium ſubiret, me latet: illud verò certum eſt, pro Chriſti fide, in feruenti dolio poſitam fuiſſe, ex Iconibus. De hac Sancta Virgine, & Martyre agit etiam Ioannes Michael Pius Lib. 5. Hæc de Sanctis. Nunc de Beatis, & de iis qui ſanctitatis fama poſteris relicta, diem ſuum clauſerunt.

Beatus Conradus, Franciſci Miliani, & Agnetis Saladinæ, vtroque latere, apud Aſculum honeſti, nobiliſque generis filius. Hic Sancti Franciſci Cœnobita, vitæ puritate, ac doctrina celeberrimus, adhuc puer, puerum Nicolaum IV. diuino afflatu Pontificem prædixit. In Africam indè ſe contulit, Martyrij voto; multoſq; ibidẽ ad fidem conuertit. Doctor Pariſienſis, oblatum ab eodem Nicolao Sacrum purpuræ Galerum, reſpuit; tandem, vita ſanctiſſimè peracta, obiit Aſculi, in cuius ſepulchro iſta antiquitùs legebantur.

HIC. IACET. CORPVS. B. CONRADI. DE. FAMILIA. MILIANORVM. DE. ASCVLO ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM. SANCTI. FRANCISCI. THEOLOGVS. ET. DOCTOR. PARISIENSIS. NEC. NON. SOCIVS. IVRATVS. PAPÆ. NICOLAI. IV. OBIIT. ANNO. DOM. MCCLXXXIX. DIE. VERO. XIX. APRILIS.

Huius Sancti viri geſta accuratè deſcripſerunt, Benedictus à Podio Canuſino, Aſculanæ ditionis, ac Dionyſius à Sancto Homero, agri Præcutiani Sacerdotes. Hi Beati perpetui ſocii, & itinerum comites; quæ nobis aliquando legenda, atque exaranda tradidit Thomas Muruconus Aſculanus, eiuſdem inſtituti in ſacra Theologia Magiſter doctiſſimus præter Piſanum, Tuſignanum, & alios, qui de iis agunt.

Beatus Conſtantius Fabriani, quod oppidum eſt in agro Piceno clariſſimum, e familia Sancti Dominici, vir inuictus affectibus animi, atque rigidæ innocentiæ, apud Aſculum ſanctiſsimè occubuit; ibique mira Dei virtute operatus eſt. Dormit in Eccleſia ſui cœtus, ſub Altari S. Hyacinthi Confeſſoris, quod Hieronymus Bernerius, S.R.E. Cardinalis Epiſcopus, & Princeps Aſculanus, vir omni illuſtri laude celebrandus, erexit, vbi ità legitur.

HIC. IACET. CORPVS. CONSTANTI. I. DE. FABRIANO. QVI. OBIIT. ASCVLI. DIE. XXII. FEBRVARII. ANNO. M. CCCCLXXXI.

Gabriel Barletta, Feria 3. Pentecoſtes, refert de Beato Conſtantio, qui cum interrogaretur, cur non lętus incederet, vir alioquin auſteritate ingenita, reſpōdit cum lacrymis. Ignoro, fratres, an opera mea ſint grata Altiſſimo. Idem, teſte Surio, in Vitis Sanctorum, volumine 3. dum Aſculi in Choro oraret, vidit animam Sancti Antonini Archiepiſcopi Florentini abeuntem in Cœlum, ipſa eadem hora qua obierat: hinc Clemens VII. in Canonizationis Bulla, de iis plura. Fuit Beatus Conſtātius vir non ineruditus; quippè qui vitam compoſuerit Beati Conradini, ac aliorum. Agitur de eo

Lib.

Digitized by Google

Lib.V.Virorum illuſtrium, apud Leandrum Albertum, in Italiæ deſcriptione; apud Ioannem Michaelem Plum Bononienſem, Luſitanum in Biblioth. & Chronicis, ac alios.

Beatus Iacobus à Monteprandono (quod oppidum ſubeſt Aſculanæ ditioni) Diui Franciſci ſacris initiatus, Sancti Bernardini Senenſis ſocius; atque Beati Ioannis Capiſtrani collega, anno 1476. defunctus eſt; cuius corpus Neapoli conditum, eiusq; laudes elegantiſs. verſibus proſecutus eſt Actius Sincerus Sannaz: cuius fama celeberrima fuit in Italia, Germania, Boſnia, Bohemia, Hungaria, Polonia, Delmatia, ob admirandas de ſacris rebus conciones, ſanctitatemque diuinis operibus proditam. Obiit Virgo. Inter alia eius mirabilia, illud luculentum. Brixię Iudæus puerum Chriſtianum ſtrangulauerat, mortuumque parieti incluſerat; parentes eum quatuor dies cum quæſiuiſſent, Sanctus vbi eſſet diuulgauit, & deiecto pariete eduxit, eorumque patri reſtituit. Brandeburgi, cęco lumen, muto loquelam reddidit. In Bohemia plurimi Hæretici petierunt ab eo, vt poculum veneno plenum, quod ipſi miſcuerant biberet; ſic enim, dicebant, credemus. Bibit ille intrepidus, maximo hominum cætu ſpectante, nihilque offenſus eſt. Neapoli defunctus, puellæ cæcæ lumen, mutæque vſum linguæ reddidit. In ea Vrbe innumera viſuntur miracula in tabellis, ad eius ſepulchrum depicta. Agunt de eo Chronica, Æneas Siluius, Volaterranus, atque Antonius Bonfinius, qui Decadis 3. Lib. 8. necnon de Pudicitia Lib. 2. illud de Beato Ioanne Capiſtrano, & Iacobo noſtro, in ſacra peregrinatione refert; videlicet, in ſicco pallio ſuper vndas conſediſſe, ac veluti quadam naufragij tabula, in Padi ripam alteram diuina ope transferraſſe: ſic enim inquit Bonfinius. *Sed illud pręterire non poſſum, quod per Italorum ora vagatur. Cum Ioannes Capiſtranus, Iacobusque Aſculanus in Pannoniam feſtinarent, vt Ioannis Vaiuodę fortiſsimi Ducis magnanimitatem in Turcas diuinis orationibus augerent; cumque per Ferrarienſem agrum iter faceret, neque pecuniam haberet ſancta illa paupertas, quam pro traijciendo Pado portitori daret, neque durum, & auarum hominem exorare poſſet, vt gratuitò traijceret illos, ſācta illa ſocietas, duce Ioāne, inſtrato vndis*

pallio,

pallio, deſedit, & in aduerſam continuo ripam delata eſt.

Hæc Bonfinius. Par equidem huic exemplum de B. Hieronymo Recinetenſi refert Gelſominus in Theſauro cæleſti; qui à Firmanis accerſitus, vt inter ipſos, Aſculanoſque oborta diſſidia componeret, Truenti flumen, quod vadari non poterat, ſtrato ſuper aquas pallio, tanquam ſcapha traiecit. At Bonfinius de Beato Iacobo ita alibi. *Iacobus Piceni, vir ſanè ſanctiſsimus, defuncto ſocio, & amplificata Diui Franciſci Religione, in Italiam reuerſus eſt; vbi cum diù vixißet, Neapoli demum exceſsit humanis. Quot viuus, & mortuus miracula ediderit, vniuerſa Italia planè teſtatur.* Hæc ille. Scripſit Beatus Iacobus.

De Vita Chriſti.
De Conceptione Chriſti.
De Sanguine Chriſti effuſo.
De pœnitentia peccatorum.
Contra Manichæos.
Contra Fraticellos.
De Confeſſione.
Sermones Quadrageſimales.
Sermones de Feſtis.
Sermones varii argumenti, ad inſtructiones animarum.
In ſummam Poſanellam; ac denique
Doctrinam Scoti redegit in Tabulas.

Quæ omnia ſeruari apud Montem Prandonum, in eccleſia ſui inſtituti affirmat Chronologiſta Minoritarum. Vidi ea pluries, ac perlegi in Bibliotheca eiuſdem Eccleſiæ, vbi præter multa impreſſa volumina, reperitur manuſcriptorum codicum magna copia: inter cætera ſeruatur codex, qui Hiſtoria Romana inſcribitur, Anonymi Auctoris; quem Aſculanum fuiſſe ex eo facilè datur cognoſcere, quod is plurimas Aſculanas voces redoleat, dicatumque ſit Homizzio Albernotio Hiſpano, magni illius Ægidii Cardinalis conſanguineo, Aſculanorum, ſiuè Regulo, ſiuè Tyranno. Inſuper agunt de Beato Iacobo, Liber geſtorum, à Ludouico Mino-

rita

Digitized by Google

rita de Monte Cornu editus, & Sixto V. dicatus, Iacobus Bergomenſis Auguſtinianus, Blondus Foroliuienſis, Franciſcus Gonzaga, Leander Albertus, Lucas Vadingus, Abbas Trithemius, Franciſcus Adamus, Thomas Bozius, Iacobus Sannazarius, Franciſcus Pamphilus, alijque graues Auctores; Paulus item Regius, Vici Aquenſis Epiſcopus, vitam B. Iacobi ſcripſit.

Beata Rita, Beati Iacobi conciuis, Veſtalis, inter Beatas feminas tertij ordinis Sancti Franciſci, depicta inuenitur; cuius nullam apud quempiam mentionem reperio; quoue tempore vixerit; & vbi condita ſit ignoro. Hæc aceruatim de quibuſdam viris pijs, qui aliqua Sãctitatis opinione obiere, quorum notitiam hucuſque nacti ſumus: ſunt vero ſequentes.

Fama eſt, Saladinum Aſculanum Eremitam, humatum Aſculi, in Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris, ſub Sacello Sanctorum, Benedicti, & Mauri Monachorum. Quando vero vixerit, quæuè miracula ediderit, nuſquam apud vllum probatum Auctorem inuenio.

Frater Petrus à Podio, quod Oppidum eſt Aſculani dominii, Franciſcanus, miraculis clarus, decumbit Interamnæ Vmbrorum; de quo in Conformitatibus, & alibi.

Frater Philippus Aſculanus ex familia Min. Sancti Franciſci, vir ſimplex, & ad Deum precibus aſſiduus, qui perpetuo cibum omni humilitate parauit Cœnobitis; quapropter, vti Minoritarum Chronologiſta aſſerit, viuus, & mortuus miraculis claruit. Corpus autem ſepultum Hiſtonij, ad Montis Gargani radices.

Frater Lucas Aſculanus, familiæ Sancti Franciſci alumnus, vir doctus, & ſanctus; necnon verbi Dei præco feruentiſſimus, multa diuini numinis afflatu vaticinatus eſt, & in energumenis liberandis planè mirabilis habitus. Quieſcit Auximi, in agro Piceno; de quo plura in Chronicis.

Vitarellæ, pientiſſimæ, ac nobilis feminæ Aſculanæ, in Seraphica hiſtoria meminit Franciſcus Gonzaga; hæc enim in honorem Sanctæ Margaritę Virginis, & Martyris, Fanum

cum

cum Cœnobio, Sacris Veſtalibus, ſub Diuę Claræ rigida, & ſeuera norma degentibus inſtituit, & propria pecunia ædificauit. Miror, cum de hac pia Matrona agat Gonzaga, qua fultus auctoritate, Aſculum vocitet Arpinum; cum huius nominis floreat Ciuitas in Latio, C. Marii ſeptimum Cos. & M. Tullii Ciceronis natalibus illuſtris. Vitarellæ Paulæq; Veſtalium tertii cœtus, Beatæ Agnellinæ diſcipularum, atque Sanctæ Margaritæ, apud Aſculum Monaſterii fundatricum, vide quæ narrat Ludouicus Iacobillus Fulginas.

Hieronymo Tuberi Aſculano Presbytero, religione, pietate, ac ſanctitate conſpicuo, ad ſcalarum gradus, quibus ad Diui Emygdii Sacellum itur, parte læua, Sanctæ Marię Maioris Canonici erexere ſepulchrum. Obiit ætatis ſuæ anno XLII. anno Chriſti ooDXXX. vt colligitur ex epitaphio, cuius exemplum piget reſcribere, cum redoleat incultæ elocutionis barbariem.

Seraphinus à Montegranario, quod oppidum eſt Agri Piceni ſatis celebre, Capucinus, Vir ſimplex, & humilis, innocentiæ, priſcęque ſanctitatis exemplar, obiit Aſculi anno ooDCIV. & corpus humatum in Eccleſia ſui cętus. Hunc ex vita ſanctiſſimè acta, & ex multis, diuiniſque beneficiis, ab ipſo poſt mortem promanantibus; necnon ex rebus nouis, inuſitatis, in eiuſdem ſepulchro patratis, inter Cęleſtes relatum piè credimus. De quo plura in eiuſdem vitę hiſtoria; noſque tanti Religioſi geſta deſcribere, ex voto reſtitutæ priſtinæ ſanitatis ſumus aggreſſi, breuique futurum cõfido, vt integrũ eorũ proferã volumen. Eadem in Eccleſia ſepulti quamplurimi, ſpectatę probitatis religioſi; inter quos recenſetur Iacobus de Petra Rubea, cognomine, ob canitiem, & ob vitę puritatẽ, Blanchinus, Capucinorum quondam in Piceno Prouincialis Præſul, Iacobus Aſculanus, eiuſdem inſtituti Laicus, & Vincentius Porculenſis, Picenus Sacerdos, integritate, & vitæ innocentia ſingulari. Hi ad ſenectam vſque, cœleſtẽ in terris vitam agentes, firma ſanctitatis fiducia occubuerunt in domino. Ad Porculenſis verò ſepulchrum aliqua pendent etiam fidelium vota.

Dio-

Dionyſius Lucenſis, Prædicatorum cœtum profeſſus, anno MDCVII. obiit Aſculi. Vir fuit ſeuera obſeruantia, ac vitæ Sanctimonia conſpicuus; ad cuius tumulum, qui extat propè aram Sanctiſſimi Roſarij, in Diui Petri Martyris Fano[,] appenſæ quamplurimæ votiuæ tabellæ. Atquè ut tandem Beatorum albo adſcribatur, eiuſdem cętus religioſi, de tanti viri geſtis ſedulò nunc inquirunt. Viri geſta deſcripſit Cæſar Franciottus; de quo plura etiam Ioannes Michael Pius, Parte 2. Lib. 2. ſub annum Domini MDCIX. Et hæc de ſingulis, ſigillatim, & generatim. De Sanctitate Veſtalium, ex Diuæ Clarę inſtituto, in monaſterio Sanctæ Margaritæ degentium, eiuſdem illuſtris, ac pijſſimi Franciſci Gonzagę, Epiſcopi Mantuani extat encomium. Piſanus autem quamplurium Aſculanorum laudat generatim ſanctitatem. De laudibus inſuper Beati Marci Minoritæ à Monte Gallo, Aſculanæ dięceſis; de religioſa Veſtali itē profeſſa, in eodem Sanctæ Margaritæ monaſterio, agitur in Chronicis. Nunc ad viros Eccleſiaſticis dignitatibus præfulgentes deueniendum.

De Nicolao IV. Aſculano, Pontifice Opt. Max. ingens contexuimus volumen. Hic tantum adponam Epitaphium, illius monumēto inſculptum; quod equidem ad dexterā Chori Baſilicę Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. Aræ maximæ ferè ex aduerſo collocatur, pretioſis diſcoloribuſquè continuè diſtinctum lapidibus. In fronte, ſupra Nicolai imaginem hæc verba leguntur.

NICOLAO. ASCVLANO. PICENO. PONT. MAX. CVM IN. NEGLECTO. DIV. SEPVLCHRO. FERE. LATVISSET. FR. FELIX. PERETTVS. CARDINALIS. DE. MONTE. ALTO IN. ORDINEM. ET PATRIAM. PIETATE. POSVIT. MCCCCCLXXXIV.

In baſi hæ inciſæ Literæ, ſumma elegantia, ac breuitate præclaras Nicolai virtutes teſtantur.

NICOLAVS. IV. ORD. MINORVM. PROFESSVS. PHILOSOPH. ET. THEOLOGVS. EGREGIVS. CONSTANTINOPOLIM

P

TINOPOLIM. A. GREGORIO. X. MISSVS. GRÆCOS. AD. ROM. ECCLES. COMMVNIONEM. TARTAROS. AD. FIDEM. REDVXIT. POST. SANCTVM. BONAVENTVRAM. GENERALIS. SANCTITATE. ET. DOCTRINA. ORDINEM. PROPAGAVIT. NICOLAI. III. NVNTIVS. INTER. FRANCORVM. ET. CASTELLÆ. REGES. PACEM. CONCILIAVIT. SANCTÆ. PRVDENTIANÆ. CARDINALIS. LEGATVS. HONORII. IV. IN. GALLIAM. SENATORIAM POPVLI ROMANI. DIGNITATEM. SEDI. APOSTOLICÆ. RESTITVIT. FACTVS. PONTIFEX. REMP. SVBLATIS. DISCORDIIS. COMPOSVIT. CHRISTIANOS. PRINCIPES. SACRO FOEDERE. IVNXIT. PTOLOMAIDEM. COPIIS. ADIVVIT FLAMINIAM. IN. PONTIFICIS. ITERVM. DITIONEM. REDEGIT. PVBLICVM. IN. MONTE. PESSVLANO. GYMNASIVM. INSTITVIT. PROBOS. ET. ERVDITOS. IN. COGNATORVM. LOCO TANTVM. HABVIT. LATERANENS. ET. HANC. BASILICAM. STRVCTVRIS. ET. OPIB. AVXIT. TANDEM. IVSTITIA. ET. RELIGIONE. ORBEM. TERRÆ. MODERATVS. MAGNA. SANCTITATIS. OPINIONE. OBIIT. PRIDIE. NONAS. APRILIS. M. CCXCII. PONTIFICATVS. SVI. ANNO. V.

Sixtus V. in Bibliotheca Vaticana, Nicolaum IV. adhùc Minoritam, & Hieronymum nuncupatum, Tartarorum Regem reducentem ad Catholicam fidem depingi curauit. De Nicolao IV. Patria Aſculano ità teſtatur Pamphilus.

Extulit hic Quartum Nicolaum terra Parentem ;
Pontificis capiti terna corona fuit.

Frater Felix, Cardinalis de Montealto, qui pietate in religionem, & in patriam Nicolao IV. ſtatuam erexit ; factus inde Pont. Max. appellatus eſt Sixtus V. qui quidèm natus, ſiuè Montalti, ſiuè alibi, in minoribus tamen adhuc conſtitutus, Aſculana ciuitate donatus fuit; cuius ſupplex libellus, quem Decurionibus, ac Magiſtratui, prò iure municipali conſequendo obtulit, ſeruatur in Grammatophylacio.

De

Digitized by Google

De Sixto V. noſtrum non eſt agere; de quo ſufficiat, quidquid ſcribit ciuis noſter, ſiuè alius eius nomine, ad Alexandrum Cardinalem Montaltum, Camillæ, Sixti ſororis nepotem. *Cum enim* (inquit ille) *Sixtum nomino, nunquam intermorituram terrarum felicitatem nomino*. Qua verò ętate Nicolaus deceſſerit, apud nullum hucuſque quem ſciam, probatum Auctorē inueni. At ſi Bello illi noſtrati credimus Hiſtorico, Nicolaum ad annos vſque octuaginta ſaltèm perueniſſe, cogimur affirmare; à Diui etenim Franciſci obitu, qui anno Chriſti ooCCXXVI. contigit, ad Nicolai IV. vſque mortem, ſex ſupra ſexaginta alij numerantur anni; mortuus namque Nicolaus anno Mcclxxxxii. Cum igitur à Sancto Franciſco Nicolaum religionis ſumpſiſſe habitum, aſſerat Hiſtoricus noſter, & ex ſacro Minoritani Cœtus inſtituto, infra quatuordecim annos, cucullum tradere, ſit interdictum; licet eodem, quo mortuus eſt anno, Franciſcus, Nicolaum in cęnobitam ſuſceperit, ad calculos relata temporum ratione, octuagenarium obijſſe fatendum erit. Cœterum, quod Franciſcus Aſculum aduentarit, quodque Nicolaum ſuorum cętui religioſorum adſcripſerit, commentum omninò exiſtimo; ni potius Hiſtorici errore, non de habitu, à Diuo Franciſco Nicolao IV. tradito hoc ſit intelligendum; ſed de Nicolai V. Pontificatu, eiuſdem Sancti vaticinio: nàm illud omninò conſtat, Nicolaum III. diuino mandato ad Pontificatum euectum fuiſſe; hunc quippè illi Diuus Franciſcus puero adhuc vaticinatus eſt: cum enim intima familiaritate Matthæo Vrſino, Nicolai patri iunctus eſſet, aliquando ad prādiū ab eodem inuitatus, & puerum ſuauiter complexus, illum ſuo tempore futurum Summum Pontificē, & maximū ſui cœtus, tùm protectorem, tum amatorem, mente diuinitùs afflata prædixit. Ex Baronio.

Felix Centinus, Ordin. Min. Conuent. S.R.E. à Paulo V. Cardinalis creatus, Mileti primùm, quæ ciuitas eſt in Brutiis; indè Maceratæ in Piceno Epiſcopus, Philoſophorum, ac Theologorum omnium tempeſtate hac noſtra facilè princeps. Viuit adhucnum, faxitque Deus, vt tantus vir in Chriſtianæ Reip. ſalutem diù degat incolumis.

P 2 Petrus

Petrus Aſculanus, Truenti Epiſcopus, quod municipium fuit ad orã fluminis eiuſdem nominis, in agro Piceno, vixit anno oocxxvii. quod conſtat ex quadam beneficiali bulla penes Petrum Angelum Cautium, patricium, eundemque optimum Sacerdotem.

Petrus alter, à ſupra nuncupato, Epiſcopus Auximanus; ſic enim legitur in illius ſepulchro, propè Aram maximam in Diui Petri Martyris Æde Sacra.

ANNO.DOMINI.MCCCLXXXI. ET. DIE. III. MENSIS. AVGVSTI. HOC. EST. SEPVLCHRVM. DOMINI. PETRI. DE. ÆSCVLO. EPISCOPI. AVXIMANI. DE. ORDINE. PRÆDICATORVM.

Quæ literæ corroſæ à nobis difficulter lectæ, rude, & inſulſum ſeculum redolēt. Fuiſſe autem hunc Epiſcopum è gente Maſſeia, fama eſt.

Iacobutius Aſculanus, ex nobili Saladina familia, Epiſcopus Cæſenç, quæ vrbs in via Flaminia, ſiuè, vt aliis magis placet, Æmilia, ſita eſt, vixit anno Chriſti MDCI. vt conſtat ex Tabulis teſtamentariis, penès Antonium Meliorium.

Berardus Ciuis Aſculanus, ex familia Diui Franciſci, Theologus illuſtris, datus Coadiutor Epiſcopo Eugubino, ob ætatem immaturam, nondum idoneo ad Eugubinam Eccleſiam adminiſtrandam. Floruit ante Nicolaum IV. cuius meminit Lucas Vadingus, Hibernus, Tom.ii. Annalium Franciſcanæ Religionis.

In maiori Aſculana Eccleſia extitit ſepulchrum cuiuſdam Archiepiſcopi, ex familia Domini Nicolai Boni ioannis, nobilis Aſculani, cuius nomen, Eccleſiamque, cui pręfuit, Notarii incuria ignoramus, anno Dom. circiter Mccccxv. indictione viij. tempore Ioannis P.P. XXIII. & die xv. Menſis Auguſti, in Libro Reformationum Capituli Aſculani.

Laurentius Dominici filius, de Electis, ciuis Aſculanus, creatus Archidiaconus à Martino V. Conſtantiæ viiij. Kal. Dec. Pont. anno I. inde electus Epiſcopus in Concilio Baſileenſi

Digitized by Google

ſileenſius v. id. Iulii, anno Domini Mccccxxxviij, in locum defuncti Pauli de Attendulis. Aſſeruat Bullas conſanguinei Præſulis Brandimartes Electus.

Nicolaus de Eſculo, Vrbis Auximanæ Epiſcopus, ex Catalogo penès quēdam Dominum de Gallis Auximanum, quo tempore floruerit, hucuſque ignoramus.

Bartholomæus Vannis, ex inſtituto Sancti Auguſtini, Epiſcop. Catacenſis; Vrbs eſt in Sclauonia, licet Epiſcopus ſit Barenſis Archiepiſc. ſuffraganeus. Vixit anno occcclxxxiij. vt ex ſcriptis Monaſterij patet.

In phylacterio quodam ferreo, quod inuentum aiunt, apud Caſtrum Teſsuinum, in agro Aſculano, habetur memoria cuiuſdam Ioannis Gulielmi Epiſcopi Teatini; quē Epiſcopum, è familia Guidarocchia puto oriundum; cum illius gentiles quandoque Guidarocchii; aliquando Falciettę, & multoties de Ioanne Gulielmo, appellati reperiantur in ſcriptis, tum publicis, tum priuatis, penès eoſdem Guidarocchios. Verba in phylacterio Gothicis literis exarata ſunt hæc. SE............ I. GVGLIELMI. EPISCOPI. THEATINI.

Nardinus Epiſcopus Aſculanus. Hic è vetuſta, ac nobili apud Aſculum Dalmatica familia, ſeſe iunxit affinitate, cum æquè nobili Sgarilia gente. Huius Epiſcopi, Atauorū ſuorū conſanguinei ſeruat nomen, & memoriam Dalmontes Sgarilia I.C. obiit Martino V. Pont Max.

Petrus Aſculanus, Anconæ primum, indè Aſculi Epiſcopus, in defuncti Nardini locum ſuffectus, à Martino V. Aſſeruantur Bullæ penès Brandium Electum, Ciuem Aſculanum.

Frater Iacobus Aſculanus, Minorita, Auerſanæ Eccleſiæ Epiſcopus, Coadiutor factus Eugubini Antiſtitis, ſub Clem. IV. vixit anno Mcclxxiix. Huius meminit Lucas Hibernus, in Seraphica Hiſtoria.

Vincentius Seraphinus, à Sixto V. Pont. Max Teani, quod oppidum in Campania, vocatur Sedicinum, Epiſcopus creatus vixit Paulo V. Pont. Max.

Contes Maſſeius longa ſerie Nicolai IV. Pontificis Max. Nepos

Nepos, Epiſcopus Veſtanus (oppidum eſt ad radices montis Gargani, Gregorio XIII. ante Pontificatum eiuſdem Prçſule clarum) Vixit Paulo V. Pont. Max. Extat in huius Epiſcopi memoriam, apud Sanctam Mariam de Populo Romæ, nobile ex marmore Cœnotaphium.

Neque ego, vt inquit ille, verecundia, domeſtici ſanguinis gloriæ quicquam, dum verum refero, ſubtraham; quippè multum tribuendum eſt Virgilio Capponio, Patricio Aſculano, meo, materno latere, conſobrino, Mileti Epiſcopo, cuius etiam aliquando Vicarium egimus. Viuit hodiè, Eccleſiaſticç immunitatis vindex acerrimus.

Mauritius Centinus, Minorita item Conuentualis, Epiſcopus Maſſenſis in Prouincia. Viuit hodie; de quo plura alibi, pro temporis ratione diximus; translatus inde ad Eccleſiam Miletenſem, in Brutiis, anno Mccccccxxxi. propter obitum Virgilij Capponij, poſtremi, dum vixit, eiuſdem Eccleſię Epiſcopi; de quo ſuprà.

Hæc pauca de Epiſcopis illis, quorum hucuſque notitiam nacti ſumus. Cęterum Aſculanos quamplurimos ciues alios extitiſſe Epiſcopos, vt credam, validiſſima adducor coniectura; ius enim Aſculani Antiſtitis nominandi, penès Capitulum antiquitus fuit; idque ex Martini V. quadam derogationis bulla, liquidò patet. At nos, maiori otio Aſculani Epiſcopatus memorias, & omnium, quotquot reperiemus Præſulū nomina poſteritati mandabimus. Nunc de Viris in re literaria claris; inter quos Valentinum, & Iacobum à Monte Prandono reponam; quorum ſcripta ſuperiùs retuli, cum de iis verba feci.

Nec præteribo Nicolaum IV. qui ante Pontificatum Hieronymus Aſculanus vocatus, ſcripſit in quatuor Sententiarum Libros, Sermones varios, atque in plures Bibliorum libros edidit commentarios vtiles. Hinc arguendus Rafael Volaterranus, Vir alioquin varia lectione inſignis, qui Anthropologiæ Libro xxii. è Franciſcana Religione doctos Pontifices tantum prædicat, Alexandrum V. & Sixtum IV. ex Thelogorum illuſtrium albo excluſo Nicolao IV. qui tamen à Thoma Boſio, de ſignis Eccleſiæ Lib. iv. ſi-

gno

gno xxiv. inter clariſſimos Romanos Pontifices Theologos merito cenſetur; quem etiam pluris facit in Controu. Cardinalis Bellarminus. Doctiſſimi tamen huius ſcriptoris nihil vidi. Mauritius verò Centinus Franciſcanus, Felicis Cardinalis Aſculani è ſorore nepos, eruditione ſumma, ac probitate inclytus, ſe quædam Nicolai Fragmenta legiſſe Ferrariæ teſtatur. Pergamus ad reliquos.

Claudius Prouinciæ Piceni Epiſcopus, in Ariminenſi Cõcilio, ſeu potius conciliabulo, à ſecretis, ſua verſutia, Valentis, & Vrſacij Hęreticorum lapſui parauit foueam: cuius viri extat ſolummodo fidei confeſſio; de quo Sanctus Hieronymus aduerſus Luciferianos; necnon Cæſar Card. Baronius Annal. Tom.3. ad annum Ieſu Chriſti CCCLIX, quo celebratum fuit Ariminenſe Concilium. Claudium hunc Aſculanum Epiſcopum fuiſſe, libello, quem de Aſculanæ Eccleſiæ primatu in Piceno inſcribimus, validiſſimo probamus argumento. Multis enim annis, dũ quęlibet ciuitas ſuũ haberet Epiſcopum in Piceno, Sancti Emygdii ſucceſſores, prouinciæ Piceni dicebantur Epiſcopi; cum ipſe Picenæ regionis Metropolitanus extiterit; vt adnotat in libro eiuſdem geſtorum Valentinus.

Lucentius Aſculanus Antiſtes; in magno illo Chalcedonenſi Concilio, cui ſexcenti, & triginta interfuere Epiſcopi, Sancti Leonis magni Papæ legatus, Eutychetem, Neſtorium, ac Dioſcorum hæreſiarchas damnauit. Neſtorius nãque Epiſcopus Conſtantinopolitanus, anno ccccxxx. cœpit docere, Beatam Virginem non eſſe Matrem Dei; & in Chriſto duas eſſe perſonas, alteram diuinam; alteram humanã; vt aſſerit Theodor. Lib. 4. de Fabulis hæretic. & Proſp. in Chron. Eutyches autem Abbas, vt Neſtorio contradiceret, docuit, in Chriſto vnam eſſe perſonam, & vnam naturam, vt Euagrius aſſerit Lib 1. Cap 9. necnon Lib. 2. Cap. 4. Dioſcorus verò Alexandrinus Epiſcopus, Origeniſta, hæreticus, blaſphemus in Sanctam Trinitatem, homicida, incẽdiarius, atque vita turpiſſimus; qui primus in Romanum Pontificem auſus fuerit intorquere iaculum anathematis; excõmunicationem ſcil. vibrare aduerſus Sanctiſſimũ, & Beatiſſimũ

mar-

magnæ Romæ Archiepiſcopum Leonem. Contra hos latæ ſententiæ in Chalcedonenſi Cōcilio; vt ex Actis dicti Concilij, patet preſidētibus, Paſchaſio, & Bonifacio Presbytero Romano, & Lucentio Aſculano, Epiſcopis. Extat etiam Lucentii ad Patres declamatio, & contrà Anatolium proteſtatio: hic enim Cos. anno Chriſti ccccxxxxi. indè in locum Sancti Flauiani ſubrogatus Cōſtantinopolitanus Epiſcopus, è Dioſcori ſchola ſubreptitium, & clandeſtinum Canonem, abſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, in Chalcedonenſi Concilio intruſerat, de priuilegiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſancitum; vt videlicet iiſdem vteretur Conſtantinopolitanus Antiſtes, priuilegiis, quibus & Pontifex Romanus: contrariam verò Canoni proteſtationem Lucentius his verbis appoſuit. *Sedes Apoſtolica, quæ nobis præcepit, præſentibus humiliari non debet. Et ideo quæcunque in præiudicium canonum, vel regularum heſterna die geſta ſunt, nobis abſentibus, ſublimitatem veſtram petimus, vt circumcidi iubeatis: ſin autem contradictio noſtra hæc geſtis inhæreat, vt nouerimus quid Apoſtolico viro, Vniuerſalis Eccleſiæ Papę, referre debeamus, vt ipſe, aut de ſuæ Sedis iniuria, aut de canonum euerſione poſſit ferre ſententiam.* Hæc Apoſtolicæ Sedis Legatus Lucentius Aſculanus, in plena Synodo conteſtatus. Videantur eiuſdem Concilij Acta, necnon Card. Bar. Ann. To. xi. ad annum Ieſu Chriſti ccccli. Lucentij huius, necnon Paſchaſini Lilybetani diligētiam ſummopere commendat Sanctus Leo Papa, Epiſtolis 41. & 42. ad Martianum Auguſtum; necnon Epiſtola 45. ad Conc. Chalced. Idem Baron. ante citatus Annal. Tom. 4. plura de Lucentio, ad Chriſti annum DLIII. Agunt de Lucentio Legato, Alphonſus de Caſtro, Baronius, Auctor ſummę omnium Conciliorum Binius. Hic lubenti animo occaſionem rei ſcitu non iniucundæ deſcribendæ captamus; diuino videlicet nutu factum videri, vt ſub duobus Vrbis Romæ Pontificibus, Leonibus, duo Hęreticorum Anteſignani, à duobus Aſculanis Epiſcopis fuerint damnati; nam ſub Leone primo, vti oſtendimus, Lucentius damnat Neſtorium, cum alijs; Neſtorium ſcil. nouum Iudam, in Epheſina Synodo, ſub Cęleſtino conclamatum, & Draconi illi magno in

Apo-

Digitized by Google

Apocalypſi, qui inſidiatus Virginis partui, diuinitatis eiusdẽ inuidia, à Patribus comparatum & à Sancto Cyrillo, fidei inimicum exſibilatum. Sub Leone verò X. ab Hieronymo Ghimnucio, Aſculanorum Epiſcopo, ac poſtea S R. E. meritiſſimo Cardinali, damnatus Martinus Lutherus, ille inquam Lutherus, Germanus hæreſiarcha, ac hæreſiarcharũ parens, qui ſub annum Domini MDXVII. perturbare cępit Eccleſiam Dei, & quidem vſque ad annum MDXXXXVI. quo miſerè obijt. Errores Lutheri habentur apud Ioannem Cochaenum, in Libro de Actis, & Scriptis Martini Lutheri. Hieronymi verò Ghimnucij, in ipſius Lutheri damnatione, habetur mentio, claraque memoria in ædibus Epiſcopalibus Aſculi, ad portam maiorem, cum hac inſcriptione.

HONESTI. CVLTOR. SACRI. CVSTOS.
PRAVIQVE. VLTOR.

Somniat equidem quidam Scriptor, qui ad calcem ſuæ Hiſtoriæ, Baronium, Ghimnucii in Lutherum ſententię prædicat aſſertorem: licet enim totum illud operoſiſſimum Baronianum opus nondum perlegerim; magna tamen parte volutaui, omniumque Tomorum ſaltem locupletiſſimos indices lectitaui multoties, ac de Ghimnucio nè verbum quidem à Baronio factum vidi hucuſque. Quid Baronio cum Ghimnucio? Vixit hic Paulo III. Pont. Max. ille vero ſuos abſoluit Annales ad VII. Cæleſtini III. annum, qui eſt à Chriſto nato MCLXXXXIIX. Sed permittamus iuuęculum, inanis gloriæ cupidum, & nomen Hiſtoriographi affectantem ſuas prò lubitu ſibi fingere auctoritates, & progrediamur vlterius: nam pueriles arguere ineptias indecorum eſt.

Epiphanius Sanctiſſimus, ac Deo dilectiſſimus, Epiſcopus Aſculanus, Sancti Agapiti Papæ Primi miſſus Legatus, ad res Eccleſiaſticas iam ferè collapſas in Oriente inſtaurandas, ſocios in legatione habuit, Sanctum Sabinum, Epiſcopum Canuſinum, cuius dies feſtus celebratur in Eccleſia V. idus Februarij, Arterium Epiſcopum Salernitanum, Leonem Epiſcopum Nolanum, Ruſticũ Epiſc. Feſulanum; qui omnes ſubſcripti habentur in Concilio Conſtantinopolitano, ſub Menna Patriarcha, in ſententia lata contra Anthimum Tra-

pezuntium, Epiſcopum ſubrogatum, in locum Epiphanij Conſtantinopolitani, Eutychianæ hæreſeos ſectatorem; prout etiam contra Seuerum hæreticum, qui Anthimo fauebat, & Petrum, & Zoaram Acephalos, vt patet in V. Synodo Act. 1. Tom. 11. Conc. nouæ editionis; nec non apud Cæſarem Cardinalem Baronium, Annal. Tom. 7. ad annum Ieſu Chriſti DXXXV. & ad annum DXXXVI. Hæc pauca de Epiſcopis vetuſtioribus. De Arpaldo verò, ad quem Beati Ioannis VI. Pont. Max. extat Epiſtola, in Indice apud Biniũ; item de Riccone Ludouici Lotharij Imperatoris filii, Romam abeuntis ſocio, de quo Baronius, ex Adone Viennenſi, Annal. Tom. X. ad annum Chriſti Dcccxliii. necnon de Vualderano, Vuenderandi Epiſcopi vicemgerente, qui Cõcilio generali, celebrato Romæ ſub Leone IV. Pont. Max. ſubſcripſit, de quo Baron. eodem Tom. ad annum Dcccliii. De quo Ioanne Epiſcopo, qui teſtis fuit priuilegij ab Vrbano II. conceſſi monaſterio Cauenſi, de quo idem Baron. Annal. Tom. XI. ad annum MXCIII. atque etiam de Laurentio Vrbis Romæ Gubernatore; & denique de alijs Aſculanis Epiſcopis plura à nobis alibi: nunc ad Regulares.

Abbates Benedictini.

Ioannes Baptiſta Pariſianus, Montis Sancti in Prætutinis Abbas, vixit anno Chriſti cIɔccccxxii. vt conſtat ex ipſius Monaſterij Abbatum ſerie.

Iacobus Piloctus de quo infrà, eiuſdem Monaſterij Abbas, vixit Alphonſi Neapolis Regis temporibus.

Frater Dominicus de Capradoſſo (oppidũ eſt Aſculanæ ditionis) vir fuit inter Benedictinos, ſua tempeſtate, magni nominis, & ſummæ auctoritatis. Fuit verò Abbas Farfenſis anno Domini Mccccxvii. hic in Naldini Dalmontis, Aſculani Epiſcopi gratiam, omne ius reſtituit Dalmonticæ Familiæ, in collatione beneficiorum, ab iiſdem poſſeſſorum. Seruat eius monumenta Ioannes Marinus Sgarilius, Nobilis Aſculanus.

Viri clari ex Inſtituto Sancti Auguſtini.

Frater Benedictus de Paſcharellis, ord. Sancti Auguſtini, Epiſcopus Acenenſis, inde Caſtellanatenſis, tandem Aſculanus,

Digitized by Google

lanus; ſub Bonifacio ix.

Frater Stephanus Ventura, ex ordine Sancti Auguſtini, fuit Sacellanus Vrbani VI. Pontif. Maxim.

Anno Chriſti Mccliix. Synodus celebrata eſt ab Eremitis Auguſtinianæ familiæ Patauij, pridie nonas Septembris, in qua Matthæus Aſculanus, Theologus, Generalis Præſul creatus eſt, ea dignitate functus annis x. ex Chron. Erem. S. Aug. Religioſus vtique, doctrina, prudentia, & pietate clariſſimus. Obijt in eodem munere; de quo verba fecerunt, Eremitarum Chronologiſta, Ioſeph Pāphilus Epiſcopus Signinus, Fuluiuſque Fortunius, in quadam nuncupatoria epiſtola ad S P.Q.A.

Auguſtinus de Eſculo, ex Eremitarum cœtu S. Auguſt. ſcripſit commentarios in quatuor Libros ſententiarum, Moralia quędam, Libro I. in vniuerſas ſcripturas lectiones plures, & alia.

Auguſtinus Aſculanus, Sacræ Theologiæ Magiſter, & doctor, ſua tempeſtate nulli ſecundus, qui ſcripſit

In iv. Lib. Sententiarum.
In Geneſim.
In Libros quamplures Ariſtotelis, &
De Euangelijs dominicalibus ad diſcipulos, in Gymnaſio Patauino.

Quæ omnia ſeruantur Bononiæ, atque Patauij in Bibliothecis eiuſdem Cœtus; necnon Florentiæ, in Bibliothecis Fratrum Seruorum, & Minorum. De hoc eximio Theologo agit Poſſeuinus in Appar. Sacr. necnon Ioſephus Pamphilus, in Chronicis. Vixit anno Chriſti Mccclxxxv.

Fuluius Fortunius, Vir vitæ integer, & ſceleris purus, doctrinæque ſingularis, à Clemēte VIII. Pont. Max. totius Eremitarum Cœtus Vicarius Generalis Apoſtolicus declaratus. Obiit Aſculi, publicoque funere elatus eſt; in cuius ſepulchro, quod extat ante aram maximam, in Eccleſia ſui Cœtus, hæ litteræ inciſæ leguntur.

D. O. M.
F. FVLVIO. FORTVNIO. ORD. EREM. S. AVG. CIVI.
ASCVLANO. S. THEOLOGIÆ. MAGISTRO. VITA.
ANIMI. PIETATE. INSIGNI. TOTIVS. ORD. EREM.
VIC. GENERALI. APOSTOLICO. SVMMA. LAVDE.
FVNCTO. MORTE. OBITA. PVBLICO. FVNERE.
COHONESTATO. S.P.Q.A.
P.
OB. A.D. M.D.C.IX. M. FEB. DIE. IX.
ÆTATIS. SVÆ. LXXIX.

Scripſit Fuluius Fortunius, in Catechiſmum Romanum, grande volumen; item additamēta ad Pierium Valerianum, de Myſterijs Ægyptiorum; & nonnulla alia. Quæ omnia Thomas, e Fuluij fratre Nepos, eiuſdem Collegij Religioſus, Sacræ Theologiæ doctor, ac olim Piceni Prouincialis Magiſter, dum prelis mandare ſummo nitebatur opere, duobus ab hinc menſibus, vltimum Ticini clauſit diem. Hujus Thomæ extat elegans, ac ſatis luculenta oratio, typis edita, ac ab eodem Romæ in Eccleſia Sancti Auguſtini, in S. Catharinæ Virginis, & Martyris feſta die, anno MDcx. habita, de laudibus eiuſdem Diuæ.

His iungam Marinum Aſculanum, eiuſdem Inſtituti in Theologia Magiſtrum, apprimè Doctum, ac ſummæ auctoritatis Virum, Marchiæ Prouincialem, & Commiſſarium Generalem. Fuit hic Eugenij IV. Pont. Max. à confeſſionibus, à quo plurimis donatus priuilegijs, quæ Aſculi ſeruantur in Monaſterio Sancti Auguſtini.

Viri illuſtres è Prædicatorum Cœtu.

Petro Auximi Epiſcopo, de quo ſuprà, iungamus Nicolutium, Virum bonarum literarum, & ſacrarum peritiſſimum, & in concionibus ad populum valde exercitatum, qui ſcripſit

Sermones Dominicales per annum.
Sermones de Sanctis, &
Sermones pro mortuis.

Claruit hic Nicolutius circa annum Ieſu Christi Mcclxii.

cx

Digitized by Google

ex Alberto Veneto, Leandro Libro IV. necnon ex Chronico & Bibliotheca Antonij Senenſis Luſitani.

Per hæc eadem tempora, vixit ſocius B. Bartholomæi Bregantij, Vicentini Epiſcopi, eiuſdem inſtituti religioſus; at illius deſideratur nomen. Partem aliquam habuit ab eodem B. Bartolomæo, Sacræ Spinæ, quæ hodie ſumma veneratione colitur Aſculi, in Eccleſia Sancti Petri Martyris; de quo Ioannes Michael Pius Lib. 2. Scripſit in Epiſtolam D. Iacobi, vt ait idem Ioannes Ambroſij Gozzij verbis.

Conſtantinus Aſculanus ſcripſit Librum variarum quæſtionum. Vixit circa annum Domini Mccccxxxviiii. vt ex eodem Ambroſio Gozzio teſtatur Ioannes Michael Pius Parte 2. Lib. ii.

Conradus Aſculanus, ex eodem Prædicatorum cœtu, qui philoſophiæ prophanæ, & diuinę non modicam fuit adeptus ſcientiam, & claruit circa annum Chriſti Mccccxiv. Scripſit iuxta formulà tractatus vnius.

Super Librum Meteorum, &
Super Phyſicam Ariſtotelis.

Agit de eo Antonius Senenſis Luſitanus, in Chron. & Biblioth. ord. Prædicat. ac Ioannes Michael Pius Lib. I.

Nicolutius Aſculanus alter à ſuperius deſcripto, ex eadem Dominicana familia egregius Concionator; floruit circa annum Ieſu Chriſti Mccccxxx. An verò aliquid ſcriptis mandauerit, ignoro: verum enim vero plurimos conuertit, vt illecebris ſeculi abdicatis, ſe Deo deuouerent. Agit de illo idem Luſit. in Chron.

Gratiadeus, qui & Ioannes Baptiſta Gratiadei, Aſculanus, eiuſdem Cœtus, Vir bonis diſciplinis luculenter excultus, in Ariſtotelis doctrina eximius, & in Theologia ſpeculatiua, & practica non vulgari doctrina eruditus, ac demum multis nominibus venerandus, ſcripſit

Aduerſus Iudęos.
Supplementum Commentar. D. Thomæ Aquinatis.
Super Prædicabilia Porphyrij.
Super Prædicamenta Ariſtotelis.
Super Libros ſex Principiorum.

Quæ-

Quæſtiones ſuper Lib. phyſicorum.
Summam Logicæ.
Super Parua natur. Ariſtot. necnon
Quæſtiones nonnullas Theologicas, & Metaphyſicas.

Has verò diſcusſit in Gymnaſio Patauino. Liber continens quæſtiones prædictas fuit editus Venetijs, Anno Chriſti Mccccxxxiv. ac poſtmodum Aſculi, Anno MDlxxxvi. cum additamentis, & explicationibus Antonij Meliorij, tunc temporis Sixti V. Pont. Max. à Cubiculo, & Aſculanæ Eccleſiæ Canonici. Librũ autem dicauit eidem Sixto V. in cuius laudem, in voluminis principio, Aſculanorum Virorum, Ioannis Baptiſtæ Malagutii, Ioannis Maudacchi, Guidonis Marcolini, ac Vincentij Miliani carmina leguntur. Floruit Gratiadeus Anno Ieſu Chriſti Mcccxxx. cuius meminere, Epitome Geſueri, monumenta Ordinis, Antonius de Senis, Poſſeuinus, Leander, Volaterranus, Ioannes Michae l Pius in appendice; necnon in Præfatione ſecundæ partis, ac alij quamplurimi. Citatur paſſim Gratiadei doctrina à Thomiſtis.

Nicolaus Aſculanus, è familia Prædicatorum, Vir doctrinæ non aſpernandæ, quà in philoſophia, quà in Theologia, poſteritatis negotio ſedulò addictus. Scripſit

Supra totam Artem veterem Ariſtotelis.
Quæſtiones ſuper Libros Phyſicorum.
Compendium Logicę, & nonnulla alia.

Claruit anno Chriſti Mcccxlii; de quo Senenſis, & Poſſeuinus.

Nicolai alterius Aſculani, eiuſdem Cœtus, ſermones funebres habentur manuſcripti in Bibliotheca Rhegienſi, apud Eucherium Bonettum, eiuſdem inſtituti Religioſum, teſte Poſſeuino.

Viri celebres è familia Franciſcana.

In Beatorum claſſe Aſculanos quoſdam Franciſcanos recenſuimus, verbaque fecimus de Nicolao IV. Pont. Max. necnon de Felice Card. Centino ſuperiùs; hos ſequantur ex eadem familia celeberrimi Theologi.

Franciſcus Aſculanus, Doctoris ſuccincti nomen ſortitus, ſcripſit

In quatuor Lib. Sententiarum.

Item Reportata in eoſdem.

Item opus Contradictionum.

Eius autem Improbationes quædam extant Florentiæ, in Bibliotheca S. Crucis. Huius viri doctiſſimi meminit Poſſeuinus in Appar. Sac.

Iacobus Aſculanus, coætaneus Ioannis Scoti, Theologus ſuo æuo clariſſimus, ſcripſit

Sermones varios.

Quodlibeta, &

In quatuor Lib. Sententiarum.

De illo agunt, Tuſignanus, Piſanus, & Poſſeuinus.

Ioannes Aſculanus, vir doctus, ſcripſit doctiſſimos commentarios, &

In Magiſtrum ſententiarum, &

Quodlibeta.

Habetur huius viri mentio apud Poſſeuinum.

Franciſcus Rubeus, ab Apponeano, Aſculanus, doctor Pariſienſis, dictus Franciſcus de Marchia, doctiſſimus, & celeberrimus, qui ſcripſit

In quatuor Lib. Sententiarum,

Quodlibeta, & alia.

Agunt de eo, Chronologiſta, Piſanus, Poſſeuinus, & alii. Citantur opiniones illius paſſim à Franciſcanis.

Iacobus Aſculanus, alter à prænominato, Ord. Min. in tota Picena Regione, Apoſtolicus delegatus ad ſanctiſſimam Cruciatam, contra infideles denunciandam, à Caliſto III. Fuit & Concionator verbi Dei, vtique ſua tempeſtate acerrimus; cuius ſuaſu pax inter Aſculanos ciues ſeruata, anno D. Mcccclii. die circiter 26. Febr. miſſus ad Sixtũ IV. ab Aſculano Senatu, ad libertatem impetrandam, orator anno Chriſti Mcccclxxxiij. die 27. Aprilis, ex Annalibus manuſcriptis. Habeo huius viri memoriam etiam ex ipſiuſmet literis ad Angelinam, Thomæ Guidarocchi vxorem, datis Aſculi die xxviii. Martij Mcccclviii; quæ proſtant penès Titum, Torquati Guidarocchi filium, patricium Aſculanum.

Dominicus etiã Andreantonellus gentilis meus, S. Theologiæ

logiæ Mag. Vir nonnullæ auctoritatis, eiuſdē cœtus, & creatus Sacellanus, & commenſalis à Philippo, SS. Petri, & Marcellini Cardin. ex literis, in monumentis ad Diui Franciſci, ſcriptis Romæ, Pontifice Sixto IV. Pont. anno iv. die iv. Maij. Horum hucuſque tantum nactus ſum notitiam; audio tamen à Ioſepho Citarellio, Aſculano Minorita Conuentuali, Sacræ Teologiæ profeſſore, ac Muſagete eximio, Mauritium Centinum, præceptorem ſuum, virum in omni literatura verſatiſſimum, tredecim è Franciſcana familia clarorum Aſculanorum habere notitiam, eorundemque hiſtoriolam exaraſſe; cuius exemplar ad nos breui ſe tranſmiſſurum pollicitus eſt; nè autem tempus expectatione teratur, progrediar ad reliquos; illudque, cum aduenerit in appendice reponam. Cæterum impius equidem forem, ſi virum pium, Regularis obſeruantiæ, Simonem Soderinum ſilentio præterirem. Hic enim ætate noſtra, ob vitæ puritatem, ſummis principibus apprimè gratus fuit; Ferdinandi Medicæi, Magni Etruriæ Ducis, Pii V. Pont. Max. necnon Mariæ Galliarum Reginæ á confeſſionibus: puriſſimi verò religioſi conſobrini meminit Antonius Melior, in nuncupatoria Epiſtola ad Chriſtinam Lotharingiam Ferdinandi vxorem.

Viri inſignes è Societate Ieſu.

Felix Vecceius ſuo tempore philoſophus valdè acutus, ac Theologus inſignis; qui ingenti auditorum acclamatione, in Academia Patauina, Philoſophiam publicè profeſſus eſt.

Alphonſus Sgarilia, Vir doctiſſimus, idemque in rebus agendis ſolertiſſimus, à Sancta Sede ad Polonos delectus Nuncius, Vicepræpoſitus, & in Comitijs generalibus, ſolus, poſt Claudium Aquauiuam, ſummi Præſulis dignitatē promeritus; publicè Philoſophiam, atque Theologiam in Romano Collegio ſummo omnium applauſu docuit. Vixit Pont. Sixto V. Societatis Ieſu in Romana Curia Generalis Procurator, Iacobus Fuligutius in vita Roberti Cardinalis Bellarmini, è Societate Ieſu, Capite 4. agit de Alphonſo Sgarilia, eiuſdem Card. præceptore; cuius conſilio, & ſuaſu,

ait,

ait,dictum Robertum Sacræ Societatis habitum ſumpſiſſe.

Ventidius Baiardus, Religioſus, valdè pius, atquè doctus, qui fidei Chriſtianæ propugnandæ ſtudio, iuuenis adhuc ad ignotum orbem ſe contulit, ac poſt luſtra viiij. in Italiam reuerſus, obijt tandem Aſculi. Scripſit de Caſtitate, & Caſtis,ad vſum Scholaſticorum, aliorumque hominum, Hiſpanica lingua

De Caſibus, Romana.
Hiſtorias de Martyribus,Hiſpanica.
Gynecæum, de Martyribus,Hiſpanica.
Gynecæum de Sanctis feminis religioſis, Italica.
De Virginitate, Hiſpanica.
Epiſtolam ſatis prolixam, ad Ciuitatem Interamnenſem agri Precutini, Italica.
De Caſtitate, Hiſpanica.
Sacræ Scripturę duo Repertoria, atque etiam
Breuem hiſtoriam Regni Iaponici, Italica.

Quod opus Decurionibus, ac Magiſtratui Aſculano dicauit. Omnia verò huius pij viri ſcripta ſeruantur Aſculi in Collegio Ieſuitarum.

Ex Camaldulenſium Cœtu.

Vnus tantum è Camaldulenſi familia, Vir ſolertia, ac vitæ probitate clarus prodit. Fuit hic Hilarion Lancellottus, totius cętus generalis procurator.Seruat patris ſui patrui memoriã, Lancellottus de Lancellottis I.C.ac liberalibus diſciplinis ornatiſſimus, idemque in alma Vrbe, Criminalium Actionum patronus,& eximius antiquarius. Et hæc ſatis de Theologis, Philoſophis, atque illuſtribus Religioſis. Nunc verò de Iuriſc. & ijs qui claros geſſere Magiſtratus.

Iuriſc.

Erubeſco equidem, quod in tanta Iuriſconſultorum colluuiè, nullus ferè extiterit Aſculanus, qui aliquod ſui monumentum ingenij poſteris reliquerit quod mirum profecto: nam, vt de vetuſtioribus ſileam, cum hac noſtra tempeſtate quadraginta ferè numerentur Iuris doctores, qui fieri põt,vt nec aliquis quidẽ,vulgaris licet alicuius argumẽti pertractãdi prouinciam ſuſcipiat? Error hic quandoque Codicum pe-

nuriæ, qua maximè laborauit Aſculum, tum litibus forenſibusque actionibus rarius occurrentibus adſcribendus fuerit . Verum nec hæ quidem fuerint cauſæ; quibus enim plura auctorum volumina ſuppetunt, hi apud nos indoctiores; ac vtinam tot non eſſent lites, & ciuilia iurgia. Sed recenſeamus quos paucos habuimus alicuius nominis in Iure peritos.

Ciſſitus Cauutius I.C. Aſculanus, Baldi Peruſini Auditor ſcripſiſſe multa dicitur; verum enim verò, tria ipſius dumtaxat proſtant Conſilia, multa eruditione, atque doctrina referta. Circunferuntur typis edita Venetijs.

Petrus de Aliſcianis, Iuris Conſultus clariſſimus, vixit anno Mcccclxxx. cuius viri ſolum Conſilium proſtat, doctiſſimum equidem, de argumento vectigalium, ſcriptum in gratiam Monaſterii Sancti Angeli Magni; quod penes me eſt.

Manuſcripta quamplurima legalia volumina Ioannis Innamorati I.C. Aſculani vidi penes Oreſtem Miliarium. Vixit anno MD.

Hieronymus Marcolinus Aſculanus I. C. atque cauſarum patronus, perquam celebris. Huius vidi allegata in iure valdè docta, quæ nunc ſeruantur penes Montem Marcolinum, filium de Marcolinis, Patricium Aſculanum, & longa ſerie forſan nepotem Marinuſſi Marcolini, cuius annis elapſis inuentus in caſtro Portellæ Aſculanæ ditionis, antiquiſſimus lapis, Gothicis litteris ità inſcriptus.

NOB. ET. POTEN. VIRO MARINVSSO. MARCOLI-
NO.QVIEXPVLCMANIL.ESCVL.P.P.

Nàm licèt hæ literæ detritæ, & corroſę a nobis difficulter lectæ, rudium ſæculorum redoleant ſimplicitatē, cum Marcolinus hic litera H. addita inſcribatur; attamen eundem Marinuſſum ex ea familia Aſculana fuiſſe oriundum vt credamus, hęc ſuadent, quia Marinuſſi, atq; Marini nomen in ea frequens. Floruit enim circa annum Ieſu C. Mccclxii. Marinuſſus Marcolinus, vt conſtat ex libris publicis ciuitatis; cum

dicti

Digitized by Google

dicti Montis tertius,& quartus auus, Marinus, & Octauius, Marinuſſi appellati ſint; prout fuſius in Chronologia eiuſdem familiæ, quæ proſtat apud nos, explicauimus; quinimò eiuſdem gentiles, quandoq; Marinuſſos, aliquando Marcolinos appellatos fuiſſe, ex Maiorũ traditione, ſenes probatæ fidei affirmant. Vixit Hieronymus, tempore Gregorij XIII. ni me fallit memoria.

Deſiderius Guido I.C. Aſculanus, ſub Clemente VIII. Pont. Max. Vrbis Romæ Gubernator; quem ſe cognouiſſe, illique operam dediſſe gloriatur Ambroſinus; ad orbem namque vniuerſum, non vrbem tantum, ait ille, gubernandum natus videbatur. Longum ſcripſit conſilium, pro Iuntis; aliud etiam ſatis prolixũ, in augmento vlt. vol. ap. Zilet. Conſilia etiam edidit pro Georgio Contareno, Veneto Patricio. n 17. item Duelloues improbationes, aduersùs Hieronymum Mutium Iuſtinopolitanum, omnium, qui de arte duellica ſcripſerunt, principem, pro Brandimarte Pariſiano, Patricio Aſculano, triremique Eccleſiaſticæ præfecto, ſnb Sixto V. Pont. Max. Opus equidem aureum, duobus Tomis diſtinctum; quorum primus editus fuit Venetijs, die xxviii Octobris, anno MDLXVII. poſterior verò ibidem, 11. Iunii MDLXIX. plures inſuper Deſiderii Guidonis deciſiones, inter Taruiſinas leguntur. Agit de eo Camillus Camillius Neapolitanus; necnon Opus Gemmæ Legalis Bartoli nouæ editionis. Huius doctiſſimi viri iunioris effigies penicillo Titiani Veccellii, qui naturæ imitator, eandem in ſingulis ad viuũ expreſſit, Aſculi, in Sacello, ab eodem Deſiderio in Sancti Franciſci honorem conſtructo, apud Minoritas Conuentuales viſitur. Seneſcentis verò conſanguinei, de ſe benemeriti imaginem ſeruat Lancellottus de Lancellottis I.C. Annibalis filius. Deſiderii vicem geſſit in Vrbe Vincentius Soderinus I.V.D. Patricius Aſculanus; qui poſtmodum multis integerrimè geſtis præfecturis, iterum Prouinciæ Æmiliæ Generalis Locumtenens, ius dixit; cuius viri honeſtè meminit Cæſar Franciottus Lucenſis, in vita Dionyſij Manini.

Franciſcus Vecceius, Patricius Aſculanus, I. C. conſilium

ſcripſit valdè doctum. Legitur excuſum Venetiis apud Ziletum, Tom.ii. Conſil.Crim.Diuerſ.Seruat conſobrini memoriam Brandimartes Vecceius, nunc I. C.

Felicis Fœbei Aſculani, quem I. C. ſatis clarum noſtra agnouit ętas, vnicum tantum extat conſilium Tom ii. Conſ. Crim. diuerſ. Venetijs à Zileto editum; cui etiam ſubſcripti viſuntur, Diamãtes Gabriellius, ac alii quãplures I.V.D.D.nõ vulgaris doctrinæ Citatur Felicis Fœbei Conſ. multoties a Proſpero Farinacio Vidi etiam eiuſdem Felicis manuſcripta conſiliorum duo volumina apud Fœbeum, Felicis filiũ, etiam I. C. & de Muſis benemeritum. Et hæc de I.I.CC.

Prætores Vrbani.

Minatij Magii Aſculani, clariſſimi viri, de quo inferiùs fuſius dicturi, filios duos, Pop. Romani indulgentia, prætores creatos inuenio apud C. Velleium Paterculum Hiſt. Rom. Lib. ii.

P. Ventidius Baſſus, de quo fuſiſſimè alibi, etiam Prætor Vrban. anno ab V.C. Dccix. ſic enim de eo idem Paterculus. *Vidit hic annus Ventidium, per quam Vrbem inter captiuos Picentiũ in triumpho ductus erat, in ea Conſularem prætextam iungentẽ prætoriæ*; fuit enim eodem anno Prætor, & Conſul.

Vrbis Romæ Senatores.

Linus de Rocca I. C. Aſculanus, Roberti ſtrenui militis filius, Vrbis Romæ ſummus Senator, ſub Martino V. Pont. Max. Hic idem Florentiæ Prætor, ex monumentis penès Herennium Roccam, Patricium, & Canonicum Aſculanum.

Æmilius Pariſianus, poſt multas illuſtrium vrbium Præfecturas, Vrbis Romæ ſummus Senator, ſub Innocentio VIII. Summo Pont. Seruat Aui ſui Fratris memoriam Brandimartes Pariſianus.

Bernardinus Falconerius Aſculanus, Aquilæ in Veſtinis primò Gubernator, indè Vrbis Romæ ſummus Senator, ſub Alexandro VI.P.Max. memoriã ſeruat Laurentius Falconerius, Sancti Stephani eques, generis ſplendore, morum præſtantia, quam oris venuſtate præfert, commendatus.

De

De Nomothetis.

Vnus tantum reperitur Aſculanus Nomotheta. Fuit hic Ioannutius de Abbate, I.C. qui anno Chriſti Mclxxxxv. Henrici VI. Imperatoris Nomotheta, ſiuè Protonotarius Regni. Extat huius viri ſubſcriptio, in quodam diplomate donationis ab Henrico factæ, in gratiam Eccleſiæ Troianæ; vt in Regiſtris Caroli Ducis Calabriæ patet; eſtq; Aſculi in Piceno, celebre inſtrumentum, vt aſſerit Petrus Vincentius Ciuis Cortunenſis, in Theatro Protonotariorum Regni; ac de illo in monumentis publici Aſculani tabularii.

Regij Conſiliarij.

Solum etiam Aſculanum regium conſiliarium inuenio. Fuit hic Stoltus Guidarocchus, Caroli VIII. Francorum, & vtriuſque Siciliæ Regis IV. huius nominis, conſiliarius. Vir induſtria ſingulari, prudentia, ſcientia, literis, & probitate inſignis. Seruat Regium diploma Titus Guidarocchus, datũ Puteoli, die vltima Menſis Februarii McDlxxxxiv. Regni Francor. XII. & Siciliæ I.

Protonotarii Apoſtolici.

Camillus Melior I.C. Aſculanus, Protonotarius Apoſtolicus, & Adriani VI. Pont. Max. intimus à cubiculo, eidemque Pontifici apprimè charus. Ipſe idem, vt puto, Gabriellis, Archiepiſcopi Dyrrachienſis ſocius, in conclaui Adriani VI. Auctore Africano Senaculo. Audio Camilli extare memoriam apud Sanctam Mariam de Populo Romæ; ſeruatque Antonius Melior, conſanguinei ſui effigiem; ac de illo, in quadam hiſtoriola eleganter ſcripta, ac ementito genuino nomine, ab inerudito euulgata.

Aſcanius Raymundus, Aſculanus, Protonotarius Apoſtolicus, & Iulii III. Pontif. Max. familiaris; cuius extant monumenta apud Fredericum Raymundum Vetuſtinum, Beluiderij ex Dynaſtarum clara poſteritate, nepotem.

Daphon Mandocchius Aſculanus, Protonotarius Apoſtolicus, Nicolai Sforzati Cardinalis, Epiſcopi Cremonæ Vicarium egit, à quo dilectus, & ni morte occupatus, maiori fortaſsè dignitate condecorandus; Nicolaus enim factus poſtea Pont. Max. Gregorius XIV. appellatus eſt. Seruat

auun-

auunculi diplomata Ioannes Maria Spinellus, Patricius Aſculanus. Fuit Daphon Alexandri Farneſii S. R. E. Vicecancellarii etiam familiaris, & in ditione Farfenſi Vicarius generalis.

Oratores ad Principes.

Spinellus de Spinis I.C. Patricius Aſculanus, facundia, eloquentia, atque prudētia ſingulari, ad Calliſtum III. Pont. miſſus orator, illuſtri encomio ab eodem Calliſto celebratus literis, datis Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die xiv. Iunii MDVII. Pontif. anno iii. Seruat eius memoriam idem Ioannes Maria Spinellus.

Marcus Antonius Melior, I. C. vniuerſæ Picenæ regionis nomine ad Leonem X. Pont. Maximum, pro arduis Prouinciç rebus vnus Orator delectus. Huius viri habetur mentio in Ægidianis Sanctionibus antiquæ editionis: ac de illo in eadem hiſtoriola ſuperiùs relata.

Andreas Soderinus I.C. Patricius Aſculanus, pluries Orator miſſus ad Vrbem, anno ſcilicet Mcccclxxxxi. ad Innocentium IX. MDI. ad Alexandrum VI. & MDIII. ad Pium III. Pont. Max. de Patria benemeritus eſt. Bononiæ verò Prçturam optimè geſſit. Huius viri patet memoria ex priuilegiis Aſculi in Grammatophylacio aſſeruatis.

Vincentius Lentus I. C. poſt præfecturam Soræ, multaſque alias, pluries ad Summos Pontifices, exteroſque Principes miſſus Orator, apud poſteros nomen ſibi eloquentia, & prudentia comparauit. De eo habetur clara memoria in libris publicis; ſeruatque monumenta ſui patris Nicolaus Lentus, ducenturio, Patricius Aſculanus.

His adiungam Iacobum Pilotum, Montis Sancti in Precutinis Abbatem, Virum induſtriæ, doctrinæ, & auctoritatis maximæ, qui Reip. Aſcul. ad Alphonſum Neapolis Regem, Oratoris munere functus, multam laudem in eadem legatione promeruit, vti ex Grammatophylacio patet.

Necnon addam Mutium Mucciarellum, cuius clara diplomata ſeruat Rodericus filius, Patricius Aſculanus; ac de illo in ſepulchrali lapide ità legitur, ad Ædem Sanctç Mariæ Annunciatæ Aſculi.

MV

MVTIO.MVCCIARELLO.I.C.
ANTONIO.MARIÆ.CARD.SALVIATO.
FAMILIARITATE. CONIVNCTO. QVI.
AMERINORVM. INTERAMNENSIVM.
FORILIVIORVMQVE.PRÆFECTVRÆ.
HONORES. EMENSVS. POSTREMO.
CLEMENTE. VIII. FERRARIAM.
PROFICISCENTE. SVORVM. CIVIVM.
ORATORIO. MVNERE. FVNCTVS.
LAVDIBVS.ET.ANNIS.ÆQ.MATVRVS
OCCVBVIT.
FILII. PIENTISS. AD. PATRIS.
MEMORIAM.EXCOLENDAM.PO-
SVERE.MORITVR.AN.MDCVII.
M. APRILI. D. VII. ÆTATIS. SVÆ. LXX.

Vrbis Veteris Prætores, & Capitanei.

Innamoratus Prætor, anno Chriſti Mcccxiv. Meliades Prætor, anno Mcccxviij. Meliadinus Capitaneus, anno Mcccxiv. Philippus de Maſſa Prætor, anno..... Franciſcus Berardus Prætor, anno Mccccxxxiv. Capitaneus verò, anno Mcccxxvii. Quibus quidem temporibus potior Hetruriæ pars Vrbeuetano parebat dominio; de quibus omnibus agit Monaldus Monaldenſis, de Ceruaria, Vrbeuetanus, Commentarior. Lib. x. necnon Cyprianus Manentes, in patria Hiſtoria.

Prętores Peruſii.

Nicolaus Ioannis, filius Iuliani N. de Iulianis, ciuis Aſculanus, Peruſii Prætor, anno Mccccxlii, vt ex dypticis prætorum patet; cuius etiam meminit Bellinus in Chronico.

Franciſcus Cautus, Peruſii Prætor, ſub Innocentio VIII. Pont. Max. cuius etiam litteris ſummopere commendatus. Vidi memoriam penes Horatium pronepotem, honeſtum virum, Patricium Aſculanum. Leguntur hęc ad Diui Franciſci, puriſſimo titulo, in ipſius cœnotaphio.

FRAN-

gabernatorem. Vixit Sixto V. Pont. Max. Seruat diplomata Lilius Ferrus nepos. Huius viri proſequitur laudes Baldus Saluianus, in Epiſtola dedicatoria Libri, qui inſcribitur *Glorioſus Martyrum Triumphus*, Auctore Benedicto dell' Vua Campano. Editus eſt in Vrbe Veteri, anno MDlxxxvii.

Huic etiam adiungāne Hieronymum Santutium Aſculanum neſcio, an Peruſinum, an Bononienſem Prętorem; periit quippe iam diploma; quod tamen vidi aliquando penès V.I.D. acutiſſimum, Sempronium Vrſatum, Franciſci Santutii militum ducis generum; nec ſatis memoria recolo, cuiuſnam earum Vrbium Prętor extiterit; habeo tamen eiuſdem Hieronymi claram memoriam ex literis Proſperi Columnæ, Cardinalis, Vicecancellarii, cuius fuit perpetuus commenſalis; ſicq; legitur in illius lapideo ſepulchro, ad Ædem Sanctæ Mariæ Maioris, è regione portæ, quæ dicitur Muſæ, in altum ſublato, ſimpliciſſima hac inſcriptione.

HIERONYMI. SANTVTII.
EQVITIS. HIC. SITA.
SVNT. OSSA.
IVLIVS. ANTONIVS. PIEN-
TISSIMVS. F. IVSTA.
SOLVIT.

Prætores Florentiæ.

Poſt Linum Roccam, Florentiæ Prætor occurrit Maliaduſus Aſculanus; cuius meminit Scipio Ammiratus in Florent. Hiſt.

Petrus Paulus Aluitretus I. C. Aſculanus, Florentiæ Prætor, ac Senenſium Reipublicæ Rotæ Auditor, anno MDxxiii vt colligitur ex domeſticis monumentis, apud hæredes Ioannis Franciſci Aluitreti. Proſtant Florentiæ inſignia. Ioannis verò Franciſci Alati; quem bellus ille noſter, ſæpiùs citatus Hiſtoricus, doctorem acutum facit; Ferdinandique Medicæi, Magni Etruriæ Ducis conſiliarium prædicat. & quem de iure Florentiæ reſpondiſſe, multaque inſuper ingenii, nobis in legali diſciplina reliquiſſe monumenta affirmat;

nulla equidem apud quempiam notitia. Quapropter de ciue adeo eximio edocti, immortales Hiſtoriographo, ciuium nomine, gratias habendas æquum ducimus. Sed quæſo belle hiſtorice, ſiſte parumper, Ioannes hic Franciſcus Alatus, Doctoris acuti nomen ſortitus, Ferdinandi Conſil arius, & ob eius monumenta ingenii, apud exteros notus, quo fieri pacto poteſt, vt ſit Aſculi omnibus ignotus? Virum hunc noſtra vixiſſe ætate non abnuis; cum Ferdinandi Conſiliarium fingis. Ferdinandus enim Etruriæ Magnus Dux, paucis ab hinc annis mortuus eſt; vixit enim Paulo V. Pont. Max. & tamen nonagenarius quiſque probatæ fidei, apud noſtrates, hominem ſe cognouiſſe negat. Fateris etiam, acutum virum in iure plura ſcripſiſſe. Vbi quæſo Volumina? Typis ne commiſſa? quo loco? apud quem? quo anno? cuius ſumptibus? Totum Ziletanum indicem, cum appendice ſepties perlegi; & tamèn inter tot, tantoſque, tùm probatos, tùm damnati nominis in iure Scriptores, acutum hunc doctorem non inuenio. Num proſtant manuſcripta? Apud quem? quaue in Bibliotheca? O futile commentum!

Hic certa in ſede, veluti vagum, reponam Ioannem Iacobum Aluitretum I.C. & Patricium Aſculanum, Frederico Auſtrio Romanorum Imperatori ſemper Auguſto apprimè charum, à quo multis donatus priuilegiis, quæ vidi penes Equitem, ac militum Ducem Camillum Aluitretum, in dominio Marchiæ Anconitanæ, loco qui dicitur *Le mura di Recina*, die xx. Decembris, MCDLXVIII.

Priſcianum Iamtoſtum huic adiungam, qui optimus Sacerdos, & Maximiliani ſecundi Auſtrij Rom. Imp. Magiſter, & à Sacris, ſtemmate, ac nobilitate ab eodem munificentiſſimè donatus fuit; vti ex diplomate patet.

Nec tacendi ſunt alii quaqua verſus diſperſi Conſt. Rocca, Roberti Siciliç Regis intimus a Cubiculo militũq; ductor; cuius teſtimonio Ioannes Boccatius Katanenſis, Cataniç compilauit hiſtoriam. Huius viri idem Boccatius, de Caſibus Virorum illuſtrium; necnon in eiuſdem Hiſtoriæ præfatione Petrus Matthæus meminere.

Leo

Leo Marius de Campotinis, ciuis Aſculanus, Miles Reginaldi, Conſiliarius, & Familiaris, ac excelſi D. D. magni Cãcellarii Regni Siciliæ, in magna Curia locum tenens. Habetur mentio huius clariſſimi viri in quodam diplomate penes Franciſcum Brunetum de Camplo. Floruit anno MCCCCXX.

Adiungam his Io. Vincentium Soderinum V. I. Doctorem, locum in Vrbe tenentem, Montis Realis, aliorumque oppidorum, in Præcutinis Gubernatorem; ac denique inter Romanos Patricios numeratum. Quæ omnia conſtant ex literis, publicoque diplomate apud Soderinos aſſeruato.

Gualfredus Ciuis Aſculanus, ſub Henrico VI. Imperialis curiæ Iudex; vt ex multis diplomatibus patet.

Gulielmus de Liſiano, Aſculanus Ciuis, Conſtantiæ Imperatricis aulicus, ex diplomate.

Leonardus de Dalmontibus, Regius Camerarius, Palarectæ Comes, à Ladislao Siciliæ Rege multis encomiis celebratus. Strenui militis, & nobiliſſimi ciuis habeo memoriam, ex diplomate penès Dalmontem Sgariliam, dato Neapoli, per manus viri magni Leonardi Zuruli Nomothetæ, anno Chriſti Mccccxiii, die 29. Decembris, ſextæ indictionis, Regni Francorum xxvi.

Iacobus Aſculanus, Baſilicæ Eccleſiæ Bononienſis Canonicus, vixit anno Mcccc. vt conſtat ex Canonicorum catalogo, Bononiæ edito. Iacobus verò Canonicus Aprutinus, memoratur in Decretalibus, pluribus capitibus de Simonia.

Magiſter Petrus de Aſculo, literarum Apoſtolicarum ſcriptor, & abbreuiator, litem habuit cum Iacobo Epiſcopo Monopolitano, de Prioratu Sanctorum, Mariæ, & Mauri ad Montem Venæ, Aſculanæ diœceſis; qui quidem Prioratus vacabat, ob mortem Marini, Sanctę Mariæ Nouæ Diaconi Cardinalis, ex literis commiſſionalibus Bonifacij Papę viiii. datis Romæ, apud Sanctum Petrum xiv. Kal. Maii Pontif. anno vi.

Olus Ioannis fil. Petrocchi nep. Sgarilius, ab Alphonſo Aragonio Siciliç Rege donatus Feudo prçcutino, loco propè Carruſum, qui Caſanoua dicitur. Multa namque Regi obſequia præſtiterat. Proſtat Regium diploma, datum in felicibus caſtris propè Carruſum, die x. Septembris, indictioné nona Mccccxlv. Regnorum anno xxx. Siciliæ verò vltrà Pharum xi. Seruatur diploma penès Franciſcum Brunettum I.C. Camplenſem, amicum noſtrum.

Muccius Darius, nobilis, ac potens Narniæ Prætor, & Capitaneus; vti ex literis ad ipſum Muccium tranſmiſſis manu Alberti Zoli Dom. Andreæ Narnienſis, patet. Sunt teſtes, D. Ægidius, D. Collis filius Iudex, Hencinghettus D. Maſſei F. Laurentius Nauuli filius, Petrus D. Clerici fil. & alii ex dicta Ciuitate Narniæ; abraſa ſtipulatio.

Legitur in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris, Nicolai Iannellæ, equitis Aſculani memoria, hoc diſticho.

HOC. NICOLAVS. EQVES. IACEO. IANNELLA. SEPVLCRO.
ASCVLEÆ. MAGNVM. QVI. DECVS. VRBIS. ERAM.

At cuius fuerit familiç eques haùd ſcio.

Petrus Ioannes Marcolinus, qui anno Mccccxc. equitum dignitate floruit. decoratus, principū alter cuiuſdam factionis quæ Machinantium, atque Tyrannorum domantium appellabatur. Conſtat id ex pluribus Annalibus patriis, quæ Maiores noſtri per manus tradiderunt; & circunferuntur Aſculi. At cuius familiæ fuerit eques, paritèr ignoramus.

Petrus Paulus Francus, Patricius Aſculanus, familiaris, & perpetuus commenſalis Alexandri, Sanctorum Coſmi, & Damiani, Sacroſanctæ R.E. Diaconi Cardinalis de Farneſio; qui poſtmodum factus Pontifex, Paulus iii. nuncupatus eſt. Conſtat ex Bullis, anno Mccccīic. indict. 1. die iv. Febr. Pont. Alexandri vi. anno vi. Seruat Bullas Brandimartes de Electis. Et hæc de I.I.C.C. & de iis qui claros geſſere Magiſtratus. Deſcriptorum hucuſque teſtes literas tantum vidimus:

Digitized by Google

mus : ſi qui verò, præter hos, inter domeſticos parietes aliorum magiſtratuum ſeruant diplomata, proponant, & exponant hortor; nullius namquè familiæ, ſiuè veterem, ſiuè recentem felicitatem ægris oculis conſpicimus. Nunc autem properemus ad Medicos.

Berardus Archidiaconus Aſculanus, Henrici vi. Rom. Imp. Medicus, & à Sacris, cuius ob merita, conceſſa ab eodem Henrico, Mauritio fratri, ac aliis ex familia Berardi, Oppidum Sancti Omeri, & Villa Aquauiua in Præcutinis, anno MCXCV. Indict. xiiii. iv. idus Aprilis, apud Tranum, manu Conradi Imperatoris Aulę Cancellarii; ſic enim habetur in conceſſionis priuilegio.

Ioannes Simon Alatus ſenior, clariſſimus phyſicus, Patauii publicè Medicinam docuit, magno illuc ſtipendio vocatus. Vixit Anno MCCCCLX. Seruant domeſtici eiusdem memoriam; ac gentile ſtemma viſitur Senis in Veteri Sapientia.

Saladinus Aſculanus, Tarenti Principis Medicus, nobile edidit opus in Meſuem, excuſum Venetiis, ſumptibus Lucæ Antonii Iuntæ Florentini, anno MDXXVII, & dicatum Sereniſſimo Principi Tarenti.

Franciſcus Bonfinius Antonii clariſſimi viri filius, Clem. VII. Pont. Max. Cameræ Medicus, nonnulla ſcripſit de Medicina, vt refert Octauius Humilis; & de illo Angiolita in Hiſtoria Lauretana.

Vincentius Magnonus, Aſculanus, Octauii Farneſij, Parmæ, & Placentiæ Ducis, necnon Reginæ Catholicæ Cameræ Medicus, citatur à Hieronymo Caleſtano in obſeruationibus. Quamplurima huius celeberrimi viri de medica Facultate interciderunt. Vincentius ſiquidem Scala Aſculanus, amicus noſter, conſanguinei monumenta Laurentio Ferrerio percelebri phyſico dono dedit, iamque nihil eorum ſupereſt.

Claruiſſe eodem tempore in Medicina Fabium Riccium, & Cornelium Bonamicum Aſculanos, viros vſquequaquè doctos, inuenio apud Ianum Matthæum Duraſtantem; quos equidem tanti fecit Sixtus V. vti aliquando Antonio Me-

liorio

liorio, Sancti Mauri Epiſcopo id referente, Fabium, & Cornelium in Philoſophia ſuperaſſe cæteros eius ęui, affirmauerit. Cornelij, qui & ſatis elegans fuit Poeta, proſtant nonnulla metricis numeris Italice conſcripta, vnà cum vernaculis rythmis Camilli Antonelli, militum Ducis valdè ſtrenui, ac de poetica facultate benemeriti. Ioannis quoque Vincentii Lancellotti, Phyſici Aſculani meminit Annibal Carus, in Epiſtola ad Gaiazi Epiſcopum; & Dominicus Cęſarius, Epiſtolarum Centuria prima, ſcribit ad Antonium Franciſcum Cherubinum Aſculanum, Philoſophum, & Medicinæ profeſſorem publicum, amicum noſtrum. Nunc de Aſtrologis, & Mathematicis.

Lucium Pituanium, Romę claruiſſe in Mathematica, Tarpeioque ſaxo deiectum eſſe, Statilio Tauro, & L. Libone Coſs. ſcilicet Tiberii Imperii anno ſecundo, Chriſti verò XVIII. Auctor eſt C. Cornelius Tacitus Annal. Lib. 2. vt iam dictum eſt. Nec officit Petrus Gregorius Toloſanus (pace namque doctiſſimi, & omniſcii viri) fallitur, dum Lælium pro Lucio legit, & patria Saxonem facit. Baronius enim Annal. Tom. 1. iſta de Lucio Pituanio ſcribit. *Addit* Tacitus *ſub idem tempus, iiſdem Coſs. Libonem Druſum, Vrbanum Prætorẽ, quod incantationibus Dæmonum inſeruiſſet, multis accuſationibus iudicio poſtulatum, teſtibuſque conuictum domi mortem voluntariã oppetiiſſe, ſeipſum necando: item eiuſdem criminis reum Lucium Pituanium, è ſaxo Tarpeio deiectum.* Hæc Baronius. Quæ quidem adieci, non vt cœleſtis ingenij hominem arguam; æſtimo enim præ cęteris Toloſanum, & illius ſcripta ſumma veneratione colo; ſed ne Aſculanus fortaſſe Mathematicus habeatur ſaxo peior.

Cneus Picenus Aſculanus, Geomantium omnium facilè princeps, vt Coraſinus aſſerit in illius vita, ſcripſit opus de Geomantia. Audio fuiſſe Camerini editum anno Mcccclxvii.

Ioannes Rubeus, de Apponeano, Aſculanus, Aſtronomus, opus edidit de Pyromantia, & de punctis Pythagoricis; fuit excuſum vna cum Geomantia Cnei Piceni. Alterius cuiuſdam Aſculani Mathematici, ſiuè præſtigiatoris, qui

Bra-

Digitized by Google

Brachio Peruſino necem Aſculi prædixit, fit mentio in Lib. Geſtorum Brachii. Opera Cnei, & Ioannis proſtant Peruſii, penes quendam mihi notum, vt retulit mihi Brandimartes Pariſianus, qui ea illuc, neſcius quod eſſent interdicta, aſportauit, annis elapſis.

Franciſcus Stabilis, vulgò Ciccus de Aſculo nuncupatus ſolus poſt Ptolomæum, Aſtrologus clariſſimus, Philoſophus acutiſſimus, Medicus celeberrimus, & ſui æui poeta inter primates habitus; multa ſcripſit; opus in primis, quod Acerba inſcribitur, in quinque Libros diſtinctum, in quibus agit de natura, & motu cœlorum, de Aeris impreſſionibus, de Fato, Fortuna, de Vitiis, & Virtutibus, de Animalibus, de lapidibus pretioſis, de vi verborum, de Sancta fide Catholica; & denique aduerſus Dantem Aligerium Florentinum. Opus hoc commentariis docti viri Nicolai Marſeti Mutinenſis illuſtratum pluries Venetiis fuit editum; cui contradixit Eques Rubeus Florentinus, in Apologetico pro Guidone Caualcante. Scripſit idem Ciccus aliud opus de morbis cognoſcendis ex aſpectu Aſtrorum, quod non vidi; necnon commentarios in ſphæram; opus dono dedi Theodoro Libertino I.C. Aſculano, amico iucundiſſimo, aſtrorum ſcientiæ non ignaro. Scripſit etiam Commentarios ſuper Ptolomæi Centiloquium; opus citatum inuenio à Sixto Senenſi, in Bibliotheca ſacra, ad verbum Ioſeph; ſcripſit & multa alia, quæ non vidi; audio tamen ab Andrea Canucio Aſculano, Capuccino, viro docto, ſe Cicci logicam perlegiſſe Vrbini. De Cicco vero ſic Pamphilus.

Hercule ſubmoto Ciccus ſuſtentat Olympum;
Nouerat Aſtrigeri ſidera cuncta poli.

Citatur Ciccus à Thoma Garzonio, in Platea Vniuerſali, ſermone lxi. atque etiam à Zefiriele Thoma Bouio, in Melampygo; vbi eundem Ciccum inter Medicinæ proceres cõmemorat; citatur & à D. Antonino in ſummulæ præfatione; à Marſilio Ficino de Chriſtiana Religione; à Gabriele Barletta, plurimis in locis; & ab aliis. Carpitur Ciccus à Bartholomæo Spina, à Ioanne Tarcagnotta, à Martino del Rio, à Pico Mirandulano, ac ab aliis nonnullis, veluti Ma-

gus,

gus & hæreticus. Defenditur à Iouio, à Scipione Ammirato, ab Antonio Bonfinio, à Hieronymo Cardano, atque ab aliis. Viuit hodie ex huius celebratiſſimi Viri progenie, Bonifacius Capuccinus Chriſti Euangelii diſertiſſimus præco. Neſcio an idem ſit Liſius Aſculanus, ac Ciccus, de quo Bonfinius Rer. Hungaric. Decad. ii. Lib. ix. ſub finem, ex editione Francofurtana, apud Andream Wechelum, anno 1581. credo equidem eundem eſſe, ſed mendoſum locum. Hæc pauca de Aſtrologis & mathematicis; nunc ad Rhetores, Hiſtoricos, & Poetas.

Titus Betutius Barrus (non autem Titius Barrus, vt mendosè apud accuratiſſimum illum bellum hiſtoricum; nec Beturius Borrus; vti apud Volaterranus Geographiæ Lib. 6.) Aſculanus Oratorum omnium eloquentiſſimus in Bruto. Orationes interciderunt, iamque Betutii nihil extat. Puto vixiſſe belli ſocialis temporibus, & Romæ contra Q. illum Cæpionem peroraſſe; quæ cauſa fuit, ob quam lex de Sociis in ciuitatem recipiendis lata, ac Druſus Italicorum partium fautor, domi, incerto Auctore fuerit necatus; vt Appianus, Florus, Epitome, Cicero iii. de Legibus, Pędianus, atque alii teſtantur; necnon Plinius Lib. 33. Capite primo his verbis. *Inter Cępionem quoque, & Druſum ex anulo, in auctione venali, inimicitias cæpiſſe, vndè origo Socialis belli, & exitia rerum*; Ac Lib. 28. cap. 9. *Druſus* (inquit) *Tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bi biſſe, cum pallore, & inuidia veneni ſibi dati inſimulare Q. Cæpionem inimicum vellet*. Hæc Plinius. At Q. Cæpio, contra quem agit Betutius, in bello Marſico, Rutilii Cos. Legatus quum obſeſſus proſperè in hoſtes irrupiſſet, & ob eum ſucceſſum æquatum ei cum C. Mario eſſet Imperium, temerarius factus, & Popedii circumuentus inſidiis, fuſo exercitu, cecidit, vti ex Flori Epitome patet Lib. Lxxii. De Barro hoc noſtro intelligit forſan Q. Horatius Flaccus, Sermonum Lib primo Satyra vii. dum de Perſio agit viro duro, & acris ſermonis, inquiens.

Plinius (margin, beside "alii teſtantur") — *Plinius* (margin, beside "caprinum ſanguinem")

Horat. Flacc.

Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem
Confidens, tumiduſque adeo ſermonis amari,
Siſennas, Barros, vt equis præcurreret albis.

Vol-

Volcatium Elpidium, Cn. Pompeij Strab. Libertum, qui de geſtis eiuſdem Strabonis, illiuſque filij, Cn. Pompeii cognomento Magni agit. Hiſtorias primus ex libertis conſcripſit, autumo Aſculanum fuiſſe, ab eodem Cn. Pomp. Strabone, in Bello Sociali captum, & in Aſculanorum triumpho ductum. Ni mendum ſit apud Volaterranum, Anthropologiæ Lib. xx. qui ità ad verbum. *Volcatius Elpidius Grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeij Magni, & eius patris, primus libertinorum, qui hiſtoriam ſcripſerit, cum ab optimo quoque ſcribi ſolita ſit, vt ſcribit Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuitque inter cæteros, Marcum Antonium, & Auguſtum. ex Tranquillo.* Hæc Volaterranus.] At apud Tranquillum, de Claris Rhetoribus, iuxtà editionem Iſaacij Caſauboni, pro Volcatio Elpidio, legitur L. Ottacilius Pilitus. *Volaterranus.*

Hic vitio ne mihi detur, ſi L. Manlium Torquatum, virum multis, & grauioribus literis ornatiſſimum, inter noſtrates reponam; fuit enim (teſte Marco Tullio Cicerone, pro L. Sulla) materno latere, municipalis, honeſtiſſimi equidem, ac nobiliſſimi generis Aſculani. Hic P. Sullam, patris competitorem in conſulatu accuſauit; *qua accuſatione,* inquit Pædianus), *& ipſe Sulla, & Collega damnati ſunt. Rursùs eum accuſauit, quod in coniuratione Catilinæ fuiſſet; defenditur à Cicerone, cuius extat oratio.* Hæc Pædianus. Cicero autem alio loco, de virtutibus animi eiuſdem L. Manlii ità. *L. Manlius Torquatus, cui etſi non deerat oratio, quam Græci dicunt politicon; erant in eo plurimę literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam, & reconditæ; ſumma verborum, & grauitas, & elegantia; atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas.* Hæc Cicero in Bruto. Ex quibus colligere fas eſt, tũ quæ fuerint Manlii virtutes; tum quæ Aſculanorum antiquitus nobilitas; cum Romanorum nobiliſſimi ſeſe cum Aſculanis affinitate iungere non ſint dedignati. Pergamus ad Recentiores. *Pædianus.* *Cicero.*

Enochus Aſculanus, qui Nicolai V. Pont. Max. temporibus floruit, vir fuit Græci, & Latini idiomatis peritiſſimus, ab Italiſque, ſolus inter principes vtriuſque linguæ inſtauratores eſt habitus. Romæ ingenti Auditorum frequentia Rhetoricam docuit, à Pontifice lauto ſtipendio allectus; indè

Digitized by Google

eodem Conſtantinopolim miſſus, plures Auctorum grauiſſimorum codices; inter quos, Marci Cœlij Apitii, & Porphyrionis, diù quæſitos in Horatium Flaccum Commentarios, ſua diligentia tandem inuentos Romam adſportauit. Multas inſuper elegantes orationes, & epiſtolas typis tradidit, vt Leander, & alii teſtãtur. Huius opera vſus Pont. Epiſt. ſcribẽdis; vti ex eiuſdẽ Enochi ſubſcriptione in monumẽtis publici Tabularij conſtat. Eius Auctoris nihil me vidiſſe fateor. Laudatur à Platina, Leandro, Iacobo Philippo Bergomate, Sanſouino, & aliis. Enochi quidem Iconem vidi Romæ in Bibliotheca Vaticana, cum Nicolai II. Pont. Max. Volumina Conſtantinopoli aſportata referat. Citatur eius manuſcriptum volumen Vaticanum, à Bzouio, in vita Sancti Angeli Carmelitæ, Annalium Eccleſiaſticorum Tomo xiii. ad Chriſti annum MCCXX. Laurentii verò Matthæi Fil. Aſculani eloquentis viri, qui quidem vixit ante Enochum, habetur tantum memoria ex lapide, in Sacello Diui Raphaelis Archangeli, ad ædem Sanctæ Mariæ, quæ inter vineas nuncupatur.

Nicolaus, ſeu Cola de Bentiuolis, Ciuis Aſculanus, Bononienſis Dynaſtæ ab Epiſtolis ſcribendis, à quo clariſſimæ familiæ inſignibus, & cognomine donatus, vir tempeſtate illa perquam celebris, multa ſcripſiſſe fertur, quæ non vidi. Proſtat in funere tanti viri comploratio, Baptiſta Mantuano nobiliſſimo Poeta Auctore. Eſt inſuper aliud Sacellum, eadem in Eccleſia D. Mariæ inter vineas nuncupata, à Cola Bentiuolo conſtructum. Vixit anno Mcccclxxxii.

Pacificus Maximus Aſculanus, Poeta, facili carminũ vena cum Ouidio comparandus, multa metricè ſcripſit; quorum catalogus habetur in principio poematis *Lucretia* inſcripti, Opera vero ſunt hæc.

Lucretiæ Lib. ii.
Virginię Lib. ii.
Elegiarum Lib. xx.
De Bello Spartano Lib. vi.
De Bello Cyri Regis Perſarum Lib. vii.
De Bello Syllæ, & Marii Lib. ii.

De

Digitized by Google

De Componendis Carminibus.
Grammatica.
De declinatione verborum Græcorum.
Poema ad Ioannem Saluabium.
Inuectiua in Angelum Politianum.

Lucretiam, & Virginiam opuſcula vidi; necnon Elegias; in quibus profectò laſciuiorem ſe, quàm Chriſtianum deceat Poetam prodit; vidi etiam Grammaticam, non verò reliqua. Natus eſt Pacificus, iuxta Murrum riuulum, quem Marinum inde vocatum ait, à Marino ipſius auo, ibidem à Lupis diſcerpto. Videnda prima elegia, quæ incipit *Pacificum mater me cur enixa vocauit*. Cum enim ciuilē diſcordiam fugerent Pacifici parentes, ac fuga ſalutem peterent, Buuia eius mater ad Murrum riuulum illum peperit; ita enim de ſuo Natali die ipſemet Pacificus.

Ad Riuum poſtquàm ventum eſt quo Murrus ab Vrbe
Enumerat lapidem pluſue, minuſue quater,
Subſedit non certu ſui ſe tollere terra
Pondere ſiuè vteri, ſiuè timore nequit.
Fugerit ante licet, quando longæuus Aſello,
Non qua conſtituit parte Marinus erat.
Dumque meus pater, hunc patrem ſibi quærit ademptum,
Inuenit à rabidis ora reſecta lupis.
Sicut erat, bibulæ mæſtus mandauit arenæ,
Et mala congeſta contumulauit humo.
Hinc Riuo æternum manſit per ſæcula nomen,
Deque mei ſeruat nomine nomen Aui.
Iam Cælo exoriens ſtellas Aurora fugauit,
Phœbus, & Eoos curribus egit equos.
Clamabat mater, dextra pater ora premebat;
Non valet ad partus illa vocare Deos.
Mè parit, & ne quis veniat vagitus in auras,
Prouida compoſitis frondibus ora tegit.
Illa fuit nobis ſimilis tibi Romule, quamuis
Te defecta creet, me licet orta dies.
Et quoniam ſimili iacuiſſe ſub arbore fertur,
Pacifico nomen, ſuſpicor eſſe mihi.

Quod autem ab Auo Marino nomen impoſitum riuulo aſſerit, ne credam facit Alexandri III. Bulla, qua Marini Riuuli propè Aſculum fit mentio. Fuit Pacificus vir illuſtris, & opibus pollens; vt idem affirmat Elegia ix. Lib. v. ad Ferdinandum Neapolitanorum Regem, his verſibus.

Orbus eram, ſed diues eram, ſolatia damni
Præbebat multis Arca grauata bonis;
Et mea barbarico radiabant tecta ſub auro;
Sulcabantque mei iugera mille boues.

Obijſſe reor anno MD. in Fano Fortunæ, ætatis annorum C. in cuius ſepulchro Camilli Damianii Faneſtris legitur carmen. Extat in calce poematis *Virginię*, quod hic quoque deſcribendum è re duximus.

Pacificus iacet hic, Patria, ſtirpe, ordine equeſtri
Clarus, ſed ſacro pectore nobilior.
Bella Syracuſijs Marcelli expellere muris
Hic potuit, prudens, hos quoque ſternere humi.
Vndè venit Titan, ad equos vbi ſoluit anhelos,
Hora erat hic doctus verba referre breui.
Ingenioſa manus, cor nobile, condita cunctis
Attigit, interpres legibus vnus erat.
Mellifluus Rhetor, memori quæque aure recepit,
Edidit, & vatum gloria prima fuit.
Bella cruenta canat, feriunt fera carmina olympum,
Quod Venus, in venas it Venus ipſa tuas.
Viuenti bis luſtra decem, Fani Atropos aufert
Fila, Iouis quia mens vult ſibi lecta dari.

Eiuſdem de eodem.

Aſculum ouat partu, ſunt Hermes, Pallas, Apollo,
Quos colui; ſortis morte ſuperbit humus.

Laudatur inſuper Pacificus noſter à Franciſco Pamphilo, Sancto Seuerinate, præſtanti poeta, his verſibus.

Carmine Pacificus vates inſignis habetur,
Abſumpſit dulces nunc Heliconis aquas.

Elegiarum Librum Camerini Dynaſtæ; Lucretiæ verò, & Virginiæ volumina, Angelo Colotio Baſſo Æſinati, viro illi doctiſſimo, ac Muſarum ſua tempeſtate optimo Mœcenati di-

Digitized by Google

dicauit. Filium habuit Hippolytum nomine, ad quem extāt regulæ Grammaticæ, de regimine verborum, metricè ſcriptę, Fani editæ, per Hieronymum Soncinum, anno Domini MDVI. Leguntur Epiſtolę principio ad Filium, hæc verba. *Hippolyte chariſſime fili, dū ſtudes, & prima ponis rudimenta Grammaticæ, ingenio tuo conſului, ne tricę, & librorum laxitas te impedirent. Illa tamen legito; hæc autem noſtra memorię mandato. Paruus eſt, & expeditus libellus, multaque breui diſces: quod ſi cum rediero, mihi recitaueris, multis cum blanditÿs, Columbam Stellę, & Catulli paſſerem condonabo.*

Antonius Bonfinius, Ciuis Aſculanus (ipſe enim ſexcentis locis hunc ſe profitetur) Catholicorum omnium Hiſtoriographorū princeps, vti Libro de Signis Eccleſię vi. Signo xxx. adnotauit Thomas Boſius, varia librorum edidit volumina. Hermogenem, Herodianum, & Philoſtratum, e Gręco idiomate in Latinum vertit. Volumen de familia Coruina, ac alium de Hiſtoria Aſculana compoſuit, Beatricique Bohemiæ Reginæ dicauit, Epigrammatum Librum euulgauit. Quinque libros, qui commentarii de pudicitia Coniugali, & Fide, inſcribuntur, ſcripſit. Architecturam è vernacula lingua in latinam traduxit. Hungaricam Hiſtoriam Decadibus quinque eſt complexus, eamque ſumma elegantia, candido ſtylo, & hiſtorica grauitate, ad milleſimum quadringenteſimum nonageſimum quintum vſque annum perduxit; & multa alia ſcriptis mandauit, vt ipſemet de operibus propriis teſtatur, non vno loco; ait enim, Hiſtorię Hunricę Decadis Primæ Lib. ii. *Herodianus Hiſtoricus, non magis apud Græcos, quam Latinos auctoritate pollens, quem Diuo Matthia e Græco traduximus.* Et de Pudicitia, *Vt Herodianus refert, quē Antonius Aſculanus è Græco in Latinum traduxit, noſtroque Regi dicauit.* Et inferius eodem Libro. *Verum enim verò, quanta ſit diligentiæ, & dignitatis, ex Hermogenis Gręci Rhetoris iam verbis intelligi poteſt; quem nuperrimè Antonius Bonfinius, ciuis Aſculanus, atquè Regi, & Reginæ deditiſſimus tranſtulit in latinum, regiſque numini dicauit.* Et in Hiſtoria Hungarica ita Lib. vii. Decad. iv. *Paucis antè diebus, Antonius Bonfinius, ciuis Aſculanus, è Picenti agro, Coruini Regis nomine accerſitus, in Rhetiam venit,*

Vbi

Vbi cum Regem, & Beatricem adiuiſſet, varia librorum, quę nuper ediderat volumina detulit. Tria Regi dicauerat, Hermogenem, & Herodianum; necnon Aphtonii Progymnaſmata, quæ è Græco in latinum ipſe traduxerat; teſte Alexandrino Cherubino: *atque breuem de Coruinæ domus origine libellum. Reginę duo; alterum de Virginitate, & Pudicitia coniugali; de hiſtoria Aſculana alterum. Vnum autem Epigrammaton libellum Ioanni Coruino inſcripſerat, cum haud iniucunda, inutilique præfatione, vbi de inſtituendo nouo principe agebatur.* At paulò inferius. *Oblatum ſibi Philoſtratum tribus menſibus in latinum tranſtulit; in primis verò, Neapolitanas Iconas; deinde Vitas Sophiſtarum, & Epiſtolas. Scripſit inſuper egregia alia volumina duo; alterũ de mirabilibus Germanię, & alterũ de mirabilib. Italię.* Quę quidẽ volumina edita Frãcofurti; verũ adhucnũ mihi ignota. Hæc ipſe ſub tertia perſona, de operibus à ſe editis; & de illo plura Angiolita in Hiſtoria Lauretana, Ioannes Garzonius in Ripana, Bernerus Biſtricenſis Tranſiluanus, Epiſtola ad Franciſcum Reuua, Robertus Vinterus in Præfatione, & Ioannes Sambucus, ad Maximilianum II Cæſarem; qui de Antonio ſic ad verbum. *Quantum vero ingenio, non ad hoc argumẽtum modo* (hiſtoricum videlicet) *ſed ad omnem omnino philoſophiam excelleret, dialogi eius de pudicitia coniugali vulgò teſtantur, Herodianus, Hermogenes latini: nec vino huic opus eſt hedera. Prǫterire tamen nequeo paucarum eſſe gentium hiſtorias, copia, & ſtylo pares; quantiuis alij Ionium ſuum faciant, pronunciatorem grandem, neſcio quam ſincerum. Ac memini clariſſimum, & conſultiſſimum Dominum Seldium ſæpè dixiſſe, nullo ſe in Scriptore poſt Liuium, & ęquales eius, quam ipſo hoc Bonfinio, vacuas horas libentius ponere ſolitum. Qui vir, ſi hæc reliqua eius, & quę noſtris vigilijs acceſſere, vidiſſet, omnibus fortaſſe Recentioribus facilè hunc antetuliſſet.* Hæc, & alia Sambucus. de Hungarica Hiſtoria noſtri Bonfinij, Rhapſodus fuit Michael Riccius Neapolitanus. Legitur eius Epitome, poſt Ioannis Sambuci appendicem. Thomas autem Bozius, licèt Bonfinio parum aſſentiri videatur, de Regum Hungarorum Genealogia, à Noè, ex Annalibus Hungaricis, nominatim, & gradatim per conſanguinitatis longam ſeriem, à parentibus in filios deductam recenſet ipſe.

Lib.

Digitized by Google

Lib. 9. Decadis i. à Fonio tamen ad vſque Wladiſlaum, iuxta eiuſdem Bonfinii ſententiam, omnes numerauit Reges pag. 92. Cap. 8. Lib. 21. Citatur à Baronio Annal. Tom. 11. ad Chriſti annum MII. & annum MXXXVIII. eodem Tomo; quem quidem Sancti Stephani vitæ Scriptorem conuincit erroris, de tempore adſtructæ eiuſdem mortis Aſculanum ciuem appellat Thomas Garzonius, in Platea Vniuerſali. Serm. XXXVIII. Citatur, & refellitur à Volfgango Lazio, Commentar. Rom. Reip. Lib. 12. Capite 13. dum de Sicambria, ſiuè de Statiuis Sicambrorum agit. Citatur à Nicolao Alemano, in Hiſtor. arcanam Procopii. Fuit Antonius, Matthiæ Coruino, Hungariæ, & Bohemiæ Regi ſatis charus, & Beatricis Reginæ morum præfectus. Vixit anno MD. auctore Roberto Card. Bellarmino, de Scriptoribus Eccl. Hinc fallitur Vuinterus, qui Antonium conciuem, & coæuum Cicci Aſculani prædicat; cū Ciccus obierit anno MCCCXXVIII. die XVI. Septembris, qui quidem dies inter memorabiles, ipſius Cicci interitu, exiſtimatur, ex Kalendario Hiſtorico. Cęſar Cardinalis Baronius Annal. Tom. XI. circa S. Stephani Hungariæ Regis obitum, contradicit Bonfinio noſtro, ad Chriſti annum MXXXVIII. necnon notis ad Martyrologiū, vbi de Sanctarum, Vrſulæ, & ſociarum Hiſtoria. Hermogenem, & Herodianum, & integrum illud ingens rerum Hungaricarū Volumen; necnon Sympoſitum, ſiue de Pudicitia, & Fide Coniugali commentarios legi; illi verò ſuperiorum permiſſu, tanquàm in indice Romano prohibiti. Aſculanam Hiſtoriam nunquàm vidi, ab Aſculanis viris diù quæſitam; Romæ à Ioſepho Lactauina Cappucino, viro docto, atque induſtrio, ſummis Principibus, ob ſolertiam, in rebus agendis charo, apud Hungaros, Polonos, ac Bohemos ſatis celebri à Thoma Ciannaucio Cætus, S. Dominici Theologo eximio; Bononiæ, à Diamante Gabriellio, perbellæ indolis adoleſcente, iuris candidato, & de muſis benemerito, ibidemq; à Flauio, Franciſci Mucciarelli filio, Sacræ S. Stephani familiæ Equite, corporis forma, & multis animi dotibus inſigni; ibi enim reperiri penes Stephanum Blancium affirmabat Bonfinius de Bonfiuiis I. C. amicus noſter, Venetijs

netijs ab Alexandro eiuſdem Flauij è Vincentio fratre nepote, eiuſdem ordinis probatæ nobilitatis milite, ac ſub Reip. Venetæ auſpicijs Velitum centuriæ ductore, noſtro à teneris annis in humanioribus diſciplinis iucundiſſimo condiſcipulo, & amico incomparabili; Mediolani, in Bibliotheca Ambroſiana Borromæi Cardin. à Meliorio, Franciſci Meliori filio I.C. Protonotario Apoſt.& Friderici Card. Archiepiſcopi à cognitionibus delictorum, homine integerrimo. O vtinam tandem à tenebris, ac veluti poſtliminio ad nos rediret, & lucem reuiſeret; ab ea enim non leue ſubſidium præſtò mihi fore ſperarem, illuſtrandæ noſtræ hiſtoriæ Aſculanæ, cui quindecim annis noſter deſudauit labor; prout ego teſtes aduoco omni exceptione maiores, Herennium Maſſinum eruditum præceptorem meum, Aſculanæ Eccleſiæ Canonicum, Petrum Angelum Serianum Horatii filium, ex antiquiſſima, & nobiliſſima Pellicionorum familia oriundũ, Creſcentium Saccardum, Bruni phyſici filium, ſummũ virũ, Marcum Antonium Cornachiam, Ioannis Antonii filium; Franciſcum Mariam, & Ioannem Franciſcum Soderinos fratres, Vincentij I.C. filios, Ferrantem Cluccium Læiij filium, Balthaſarem Ciuccium Suetonij filium; Petrum Mariam Pacificum Galiati filium, & Ioannem Mariam Portelliũ, Franciſci filium, Iuriſc. præſtantiſſimos, magnaque Aſculanorum ornamenta; præterquam quod alios de Aſculaneis rebus inſtruxerim; atque Ioannes Vincentius Scala, Mutij filius, Vir equidem ſincerus, & moderatiſſimus, necnon litteræ ad me datæ à Franciſco Maria de Amatis, è Societ. Ieſu, quam plurimæ id abundè teſtantur. De Aſculanæ a me ſcribendæ hiſtoriæ diù ſuſcepto labore teſtes ſint ex I. C. expenſa publici Tabularii monumenta, teſtes tot tantique omnis generis Auctores citati, atque in locupletiſſimum indicem redacti. Verum cæteris miſſis omnibus, adponamus hic Vladislai priuilegium, in Bonfinij noſtri commendationem; quod ſic habet. *Vladislaus Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galitiæ, Leomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque; necnon Sleſiæ, & Lucemburgenſis, Dux, Marchioque Morauiæ, &c. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus, & futuris, præſentium noti-*

tiam

tiam habituris ſalutem in omnium Saluatore. Cum ſplendor omnis, ac vera nobilitas è virtute proficiſcatur, & ex ea maximè, quæ aut militia, aut ſcientia comparatur; ac virtutis præmium ſit honor, nihilquè magis bonum Regem addeceat, quam virorum merita penſitare, & prò dignitate cuiuſque virtutem colere, & ornare, ne illa præmio defraudata langueſcat, & cum ignauia vitium afferatur. Nos vltrò Antonium Bonfinium, ciuem Aſculanum, sereniſſimo olim Matthiæ Regi, prædeceſſori noſtro chariſſimum, virum doctiſsimum, omnium bonarum artium cognitione præditum, & vtraque lingua præſtantem, de Maieſtate noſtra, ac vniuerſa Hungaria optimè meritum, quandò ab origine mundi, ad noſtra vſque tempora, nos, ac Hungaros noſtros perpetua illuſtrauit hiſtoria.] Hermogenem, Herodianum, Philoſtratumque è Græco in latinum tranſtulit. Architecturam, & multa, diuerſaque volumina edidit: in primis, noſtra quæcunque poſſumus nobilitate donamus, quamuis genere, ſuapte virtute, elegantiſsimiſque operibus ſat vbique gentium nobilis eſſe videatur, & inter noſtros egregios nobiles familiares, aggregamus, aſcribimus, & adnumeramus; parique nobilitate filium Franciſcum, & fratres, cum vniuerſa poſteritate decoramus: & in huiuſmodi nobilitatis teſtimonium, hæc arma ſpontè damus, & concedimus, quæ ex ſtella, in cæleſtino campo radiante, & Bohemico Leone, librum cum adamantino annulo ſuſtinente, conſtat, veluti in capite literarum picta ſunt. Quæ quidem arma domi, militiæque, ac in omni politico, militarique apparatu, & vbicunque, & quomodocunque voluerit, vt ſibi, ſuiſque poſteris geſtare liceat, libentiſsimè permittimus, concedimus, ad gratiſsimæ voluntatis noſtræ teſtimonium, ac fidelitatis, & virtutis ſuæ ornamentum. Quinetiam cum omni iure, priuilegio, & immunitate, ſinceræ nobilitatis titulum, armaque iſta concedimus, quibus cæteri procores, nobiles, milites, & clientes Regni noſtri, ex iure, & conſuetudine vti, frui, & gaudere conſueuerunt. Deindè veluti opera ſua plenè teſtantur, eundem ANTONIVM immortalitatis artificem, bonum poetam, elegantem Hiſtoricum, & Oratorem optimum pronuntiamus, edicimus, & declaramus; quod, & doctiſsimi viri, qui citrà inuidiam loquuntur, omnes planè fatentur. Et quamuis hos titulos ſtudioſorum prius iudicia tribuerunt; Noſtra tamen conſimili ſententia, & auctoritate munimus; donamus corona laurea, & cum cultu, & habitu, geſtandi auri poteſtatem concedimus, vt ſplendi-

V do,

do cultu, aurea magis ingenia inter homines eniteſcant. In cuius rei fidem, memoriam, confirmationemque perpetuam, preſentes noſtras literas fieri iuſsimus, manum noſtram appoſuimus, noſtrique ſigilli appenſione muniuimus. Datum Budę, die Octobris x. anno Domini MCCCCXCII. Regnorum noſtrorum Hungarię, &c. anno III. Bohemię verò anno XVII. Vladislaus Rex. Quod equidem priuilegium ſeruatur penes Bonfinium de Bonfiniis I.C. Aſculanum, cauſarum patronum, vnà cum aliis illuſtris familiæ monumẽtis, cuius exempla ad nos transmiſit Ventidia, Antonii Bonfinii filia, in Diui Ægidii Cęnobio Veſtalis; quācum ei parentaretur, vidi mortuam, in extrema ſenecta, annorum ſcilicèt quindecim ſuprà centum. Nuper edita eſt Antuerpię Tabula Seraphicæ Religionis Franciſcanæ; inter Auctores, è quorum ſcriptis collecta, eſt, recẽſetur etiā Caſpar quidam Aſculanns, Hiſtoricus; cuius nullam hucuſque alibi memoriam vidi; ni pro, Caſparis, mendosè, legi debeat, Antonij Bonfinii Hiſtoria.

Matthæus Bonfinius, Rhetor ſua tempeſtate clarus, præclariſſimos edidit comment. in Q. Horatium Flaccum, locis inſuper ſupra centū explicatis cōmēdatus. Denuò Agellium, quem Aulum Gellium ſcribunt nonnulli, excudit, appoſita erudita epiſtola ad Auguſtinum Puteum Raguſinum, diſcipulum ſuum. Grammatices regulas breuiſſimas, & non obſcuras compoſuit. Donati libellum in meliorem formam redegit. Tractatum de Arte metrica, breuem, atque perſpicuum euulgauit; necnon opuſculum ſcripſit de comparando in ſcribendi vſum ſtylo. Quæ omnia proſtant edita Venetiis anno MDXXXIII. typis Ioannis Antonij, & fratrum de Sabio. In omnibus verò editis voluminibus, Aſculanum ciuem ſe præmittit; ac in primis hunc ſe prædicat in cōmentarijs Horatianis ad Oden, XII. Primi Libri, hos verſus interpretatus.

Ille, ſeù Parthos Latio imminentes,
Egerit iuſto domitos triumpho.

Vbi iſta ad verbum. *In his verſibus duo ſunt, quæ adnotatū digna iudicamus. Alterum, quod cum expoſuerint alÿ, EGERIT idest ſubegerit, facere non poſſumus, quin affirmemus id nobis minimè*

mè probari; quandoquidem ad declarandum, illos fuiſſe ſubiectos, ſatis fuerat dixiſſe, Iuſto domitos triumpho; cùm præſertim non Auguſtus, ſed Ventidius Baſſus Aſculanus, conterraneus meus eos ſubegerit, & de illis domitis, & ſubiectis triumphauerit; atq; idipſum non Auguſti, ſed Antonij iuſſu, vt Plutarchus in Antonio refert. Hæc ille. Matthæus hic noſter ſæpè ſæpius in notis Horatianis contradicit Lābino, ac viciſſim ab alijs carpitur. Vixit anno MDXV. Cæteros autem Bonfinios, viros in ſingulis liberalibus diſciplinis claros, miſſos facio; cum illuſtris hæc propago Aſculo, Patrignonum translata, ibi diù floruerit; ac vigeat hucuſque; ex qua quidem artifices quamplurimi ingenioſi, Carpētarii fabri, Pictores, Sculptores, Grāmatici, & Iuriſconſulti prodiere, magni nominis apud Picentes. At qui Bonfiniorum omnium notitiam habere cupit, libellum, quem concinnè ſcripſit de Viris illuſtribus indigenis diſertiſſimus Rhetor, ac nobilis Poeta Octauianus Humilis, conſulat, qui in ſenio Arciculæ cuſtos, obiit Aſculi, Sixto V. Pont. Max. cuius aliquādò fuerat præceptor. Agamus iam de reliquis.

Eurialus Moranus, Patricius Aſculanus, Græcæ, Latinæ, & Italicæ linguæ poeta, ingenio, & doctrina inclytus, & elegās, multa metricè ſcripſit. Circunferuntur Italicè geſta Caroli V. Cæſaris in Algerii oppugnatione. Vita deſperata. Equitatio Margaritæ ab Auſtria. Mors Laocoontis. Carmen ad Ventos, & alia. Quæ omnia Romæ, & Venetiis fuerunt pluries excuſa. Latinè verò, Libros Epigrammatum duos publici iuris fecit. Vidi Senis editos anno à Chriſto nato MDxviii. Multa inſuper ex Græco in Latinum vertit. Vſus eſt Eurialus familiariter Franciſco Moltia, Petro Paulo Gualterio, Athanaſio Cencio, Annibale Caro, Claudio Ptolomeo, ac aliis illius æui eruditiſſimis viris; qui quidem Ptolomeus, doctiſſimum hunc, Poetarum veterum nulli ſecundum, & recentiorum facilè principem appellat, in epiſtola, quam libello Epigrammaton eiuſdem Euriali præmiſit. Maximopere laudatur in Emblematibus, quæ Impreſiæ vulgo, à Hieronymo Ruſcellio; nonnulla vidi ſatis ingenioſa, manu eiuſdem depicta, in quodam Canticorum codice Franciſci Petrarchæ. Liber eſt penès Titum Guidarocchium, Patricium

Aſculanum. Didacus de Bneza Ponferradienſis, è Societate Ieſu, de Paſſione Domini, hæc ad verbum de Epigrammate Euriali profert. *Huc referam Euriali Aſculani argutum Epigramma quo in olea cubantem Araneam interfectam depingit à leuiſſima muſca.*

Palladis arbor erat, fragiles vbi Aranea telas
Texuit, huc miſeram muſca volando necat.
Cur? mirum ſi muſca lenis deuicit Arachnem,
Arboris hęc victrix Palladis auxilio eſt.

Coluit Eurialus, præ cæteris, Franciſcum Sozinum, cui epigrammatum dicauit libros; necnon Hieronymum Piccolomineum, Bartholomæum Vannoccium, Ianum Magiſtri Magnifici Borgheſii filium, & alios Senenſes patricios, ad quos proſtant eiuſdem Euriali laudum Carmina. Celebrauit præ alijs Phædram, Lauram, Caſſandramque, ac nonnullas alias puellas Senenſes. Leguntur in Leonis X. Pont. Max. laudem, quamplurima diſticha, inter quæ, illud quod hic appono, ingenioſum vtique.

O genus humanum, quid mirabilius hoc eſt,
Vnus ſi ſaluum ſeruat ouile Leo?

Necnon & alia, ad eiuſdem Leonis orbes, in ſtemmate expreſſos alludentia, dum Senis ipſe ageret Eurialus.

Sunt tibi ſumme Leo, orbes ſeni, inſignia ſenis
Orbibus eſt igitur Sena fouenda tuis.

Ad eundem.

Iupiter altitonans vnum ſibi condidit orbem,
Hic ſex; iam Ioue eſt grandior iſte Deo.

Adeſt etiam Viſiti Mauritii, a Monte Florum, Poetæ dialogus ad Muſas, in laudem Euriali reſpondentes.

V. Dicite Pegaſides, quis vates omnibus, inter
Mortales viuit gratior? M. Eurialus.
V. Iam date Neſtoreos iſte pertingat ad annos,
Vos celebrare queat carmine ſæpè. M. damus.

Mortuus eſt, dũ in Angliam iter faceret, & qui alios ſuis innumeris illuſtrarat carminibus, tum funere, tũ honore ſepulchri caruit adeò, vt vbi ſepultus, quoue huius viri cadauer proiectum fuerit, ignoretur.

Huius

Digitized by Google

Huius germanus frater, Hippolytus I. C. ſummæ apud Aſculanos auctoritatis vir, & princeps in Rep. multique alij ciues clari è Morana familia floruere olim: at nunc, quæ ſupereſt ſoboles, ad extremam redacta calamitatem iacet, luculento exemplo, quod ſicut Vrbium, Imperiorumque; ita gentium, & familiarum, nunc florere fortunam, modò ſeneſcere, & interire.

Franciſchinus Blanchinus Rhapſodus, qui ſcilicet ligatis numeris Poeta, ætate ſua, ſuauiſſimè ex tempore cecinit. Huius viri meminit M. Antonius Maltempius Peruſinus, Lib. ii. Seruat eius memoriam Franciſchinus Iunior, Antonij Fil. Franciſci nepos, amicus noſter.

Floruiſſe in Poetica Arte Luchinum ciuem Aſculanum, Pontif. Paulo III. aſſerit Lilius Greg Giraldus Ferrarienſis, virumque feſtiuiſſimum extitiſſe conſtat, ex eiuſdem Giraldi quadam Fabella, iucunda equidem, & plena leporis.

Saluator Morellus, ciuis Aſculanus, Latinis metris Pſyches, & Cupidinis nuptias deſcripſit. Opus in duos diſtinctum libros, ſeruatur in Bibliotheca Minorum Obſeruantiæ Aſculi, ad Diuæ Mariæ Annuntiatæ. Initium huiuſmodi legitur.

Aſculi in vrbe fuit Rex, & Regina vetuſto
Tempore. &c.

Hæc habui, quæ iam de defunctis proderem; nunc haud alienum videtur a propoſiti operis inſtituto paucis percurrere quorundam in viuis præclara ingenia; licèt enim audita, iis quæ ob oculos verſantur magis laudemus; & præsētia, inuidia; præterita, veneratione proſequamur; atque ab illis doceri, his nos obrui exiſtimemus; quia tamē omniū cauſas procul habeo, iis adiiciendum reor Mauritium Centinum, Theologum præclarum; quem ſolum è multis, pro Concione ſermocinantem, cum ſummo applauſu, ſummaque iucunditate omnium gentium populi audiunt. Publicè Philoſophiam, Theologiamque in Ferrarienſi Academia profitetur; cuius extat etiam Latinis numeris elegans poema, Apuleſium inſcriptum; habetque ſub prelo ſacrorum epigrāmatum Volumen; necnon doctos commentarios in Magi-

ſtrum

ſtrum Sententiarum. Nec ſilentio inuoluam Hieronymum Mucciarellum, Aſculanæ Eccleſiæ Archidiaconum, eximiũ Teologum, atque iucundum Poetam, cuius acta fuit annis elapſis, fabula, quam Tragicomœdiam appellant, ſatis elegans, ingenioſa, & erudita. His proximè adiungam Antonium Meliorium, operibus, tum Theologicis, tum Poeticis, iàm typis traditis, aliiſque breui edendis, per omnem ſæculorum memoriam illuſtrem. Ludouicus Zuccolus Fauentinus, Vrbini principis præceptor, vir vtique doctus, ſuos de nobilitate dialogos Antonio Meliorio dicauit; illiuſque carmen ad Beatam Deiparam Virginem, Petrus Aloyſius Præneſtinus, Muſicorum princeps, ad modulationis numeros muſicis accommodauit notis. Adiungamus Antonio Franciſcum Aluitretum, qui naturali nobilitatis faſtu pedibus proculcato, ſatiſque amplo cenſu neglecto, humilitatem, ſanctamque paupertatem amplexus, innocentiſſimam inter Capucinos vitam agit; quique iugiter libris euoluendis, & ſcriptis cęleſte exercet ingenium. Multa Meteorologica, Phyſica, atque Theologica volumina, typis digniſſima ſcripſit; quorum indicem hic adponerem, ni modeſtiſſimi Cęnobitę cohiberet me religioſa verecundia. Huius germanus, Ioannes Franciſcus, eiuſdem virtuti par, & in omnibus, ingenio, Diis, quam hominibus propior, qui nunquam, vt de M. Catone affirmat Velleius, rectè fecit, vt facere videretur; ſed quia aliter facere nõ poterat; atq; immatura morte præreptus, perducere prohibitus eſt ad calcem, Tractatum de Contractibus, & alia, quæ vidi penes Franciſcum Fratrem Carmen equidem facili venafluens, dulceque, & Ouidianum. Si quis verò viri commendationis anſam me quæſiſſe dixerit, fatentem certè arguet: neque enim iuſtus, abſque mendacio candor apud bonos crimini datur. Nec ſine inuidia tacendus Celſus Francus, Franciſcanus de obſeruantia, vir præcelſi ingenii; hic enim Peruſię, Neapoli, atque Romæ, apud ſuos, magna auditorum acclamatione, multis annis Philoſophiæ, atque Theologiæ interpres, ingentem famam eſt adeptus. Vidi plures ab eodem ſæpiùs publicè agitatas, variis in Academiis Quæſtiones, typis traditas,

Digitized by Google

ditas, multaque inſuper apud ipſum manuſcripta, quæ tandem maturius digeſta, & recocta, proditura ſperamus. Viuit etiam hac ætate Æmilianus Iubarus Aſculanus, ex arctiori Diſcalceatorum familia, Beatæ Mariæ de monte Carmelo, probitate conſpicua, & doctrina religioſus. Audio circunferri orationem, ſiue manuſcriptam, ſiuè excuſam, nobilē ſanè, & illuſtrem, ab eodem ad R. E. Cardinales, & ad alios clariſſimos patres, in Templo Sanctæ Mariæ de Scala, hoc anno Romæ habitam, de laudibus Sanctæ Tereſiæ Virginis, die eiuſdem Sanctæ honori dicato; ac à nonnullis præterea audio, qui Æmiliano vſi ſunt familiaritèr, digeſtum ab eodem ingens in Theologia volumen, breui edendum. Noui illum ferè puerum, raræ indolis, Aſculani ſeminarii alumnum. Hieronymus quoque Hilarius I.C. auunculus meus, labore ſupra fidem, ac diligentia, mille Iuris Certamina, duobus Tomis complexus eſt; quod opus necdum fortaſſe anno exacto proditurum eſt in lucem. Spinus Taluccius I. C. Comœdiā edidit, quæ Sympathia, inſcribitur. Marcellus inſuper Iouanettus, ætate omnibus inferior, at ingenio, & naturæ dotibus nulli ſecundus; adoleſcens equidem molliſſima ſuauitate carminum, commendatione dignus, atque Iuriſconſultus, dimidium animæ meæ, multa iam Typis commiſit; ſpe tamen meliorum, & quidem breui tempore, muſis annuentibus. Non deſunt alii ſatis docti, & eruditi; ſed mei officii fuerit eos ſolummodò proponere, quorum aliqua extant ingeniorum monumenta; quamobrem cæteros miſſos faciam. Hinc video mihi ſtrui inſidias, hinc conflari inuidiam, & odii notam non vulgarem inuri, quod amicū ſiluerim, cuius nomine, hiſtoriolæ, menſibus præteritis excuſæ adhuc ſeruantur penes eundem. Verùm excuſatione potius dignus videar, ſi iuſtam hanc cauſam habuero, ne opus obijcerem quorundam detrectationi.

DE BELLATORIBVS.

C. Iudacilius Aſculanus, Italici exercitus in bello Sociali, vnus ex clariſſimis Imperatoribus, cui in Iapygia agenti Canuſium,

nuſium, Venuſiumque, & pleræque aliæ Ciuitates adhæſere; quaſdam etiam ſibi aduerſantes obſedit, &, qui illuſtriores in iis erant Romanorũ, interemit; populares item, ſeruoſq; militibus ſuis immiſcuit. Indè circa Falernum montem, idem, & Afranius, ac P. Ventidius, cum Cneo Pompeio inuicem congreſſi, in fugam vertere, & ad Vrbem vſque Firmum perſecuti ſunt, ac indè poſtea abduxere copias, vti luculẽter apud

Appianus. Appianum Bellorum Ciuilium Lib. 1. habetur. Ex quibus (amice lector) belluli noſtri hiſtorici ſtropham conſidera, & admirare vafritiem: ille enim, vt maioris fortaſsè gloriæ dignos redderet, C Iudacilium, ac T. Afranium, clara eos Romanę Reip. lumina nuncupauit; cum tamen vti videmus, nõ Romanæ Reip. lumina; ſed potius Romani nominis faces extiterint, cum non prò Romanis, ſed cõtra Romanos bella geſſerint. Aſculanum inſuper idem facit Afranium; reclamantibus tamen omnibus. Audiamus hac in re Florum. *Quid hac clade triſtius? Quid calamitoſius?* inquit, *cum omne Latium, atquè Picenum, Etruria omnis, atquè Campania, poſtremò Italia, contra Matrem, ac parentem ſuam Vrbem conſurgerent; cum omne robur fortiſſimum, fideliſsimumque ſociorum ſub ſuis quiſque ſignis haberent municipalia illa prodigia. Popedius Marſos, & Latinos Afranius; Vmbros totus Senatus, & Conſules; Samnium, Lucaniamque Teleſinus; cum Regum & Gentium arbiter populus, ipſum ſe regere non poſſet; vt victrix Aſię, Europęque à Corfinio Roma peteretur,* & alia. Ex quibus patet, Afranium non Aſculanum, ſed Vmbrorum extitiſſe Imperatorem. De Afranio igitur agant Vmbri; nos pergamus de Iudacilio.

Appianus. *Cum autem Pompeius Strabo Aſculum obſideret, hic timore ductus ne in hoſtium poteſtatem patria deueniret, cum cohortibus VIII. confeſtim acceſsit præmiſsis ad Aſculanos nuncijs, iubet ut cum longè venientem viderint, ſubitò occurrant, hoſtiumque circumſtantium caſtra aggrediantur, vt prælium ex vtraque parte in eos gereretur, quod ab Aſculanis neglectum eſt. Hinc Iudacilius per medios hoſtes, cum quibus potuit, vi delatus, eorum infidelitatem, timiditatemque redarguit, quaſi vlterius Vrbem tueri deſperarent; ac multos verò, qui cum eo prius diſsidebant & tunc quidem multitudinem à mandatis ſuis deterruerant, interemit omnes; deindè in templo pyram eri-*

gens

Digitized by Google

gens, ſuper eam menſam ſtatuit, & in ſummo cum amicis epulatus eſt: perſeuerante adhùc conuiuio, venenum introducitur, quo ſumpto, ſupra pyram ſeſe collocans, vt ignem illi immitterent orauit. Sic Iudacilius egregiè pro Patria contēdens, extinctus eſt. Hęc Appianus; quibus hæc addit Paulus Oroſius. *Dux Iudacilius, conuocatis Principibus ſuis, poſt magnificas epulas, largaque pocula, cunctos ad exemplum ſui prouocans, hauſto veneno conſumptus eſt, cunctis factum eius laudantibus, ſed nemine ſubſequente.* Agunt de hoc ſtrenuo militum Imperatore, ex priſcis, Appianus, & Oroſius; & ex Recentioribus, Baptiſta Fulgoſius, de Fortitudine Lib. 3. Cap. 2. Andreas Eborenſis, Ioannes Tarcagnotta, atque alij; Marcellus quoque Ioannettus, eruditiſſimus I. C. ac perelegantis ingenij poeta, ſoluto carmine Italico Edyllium, quod Iudacilius inſcribitur, ſcripſit. Hoc loco nec prætermittam Aſculanorum inſigne fortitudinis exemplum aliud; de quibus ità Pontanus ad verbum. *Duo Aſculani Iuuenes, iuſſu Ioannis Sfortiæ, qui vrbi præerat in carcerem coniecti cum a cuſtode carceris accepiſſent, manè ſe ad capitis ſupplicium ducendos, Dij boni quod exemplum poſteris reliquere, lyram ſibi afferri rogauere, & cœnam quammaximè opiparam; quibus impetratis, vbi ſumma cum voluptate cœnaſſent, in cantu, choreis, ac luſibus reliquam noctem exegere. Macti ea virtute, qui non ex ſqualore, & lacrymis; ſed è conuiuio ad mortem profecti eſtis.* Hæc Pontanus. Pergamus ad alios. *Pontanus.*

Minatius Magius, C. Velleij Paterculi, Romanæ Hiſtoriæ latiniſſimi Scriptoris atauus, Aſculanus, in bello Sociali, Hirpinorum militum legionem conſcripſit, multaque præclara geſſit; de quibus idem Paterculus, his verbis Lib. 11. *Neque ego verecundia domeſtici ſanguinis, gloriæ quicquam, dum verum refero ſubtraham: quippè multum Minatij Magij, ataui mei Aſculanenſis tribuendum eſt memorię; qui nepos D. Magij, Campanorum Principis, celeberrimi, & fideliſſimi viri, tantam hoc bello, Romanis fidem præſtitit, vt cum legione, quam ipſe in Hirpinis conſcripſerat, Herculaneum ſimul cum Tito Didio caperet, Pompeios cum L. Sulla oppugnaret, Coſamque occuparet; cuius de virtutibus, cùm alij, tùm maximè, dilucidèque Q. Hortenſius in Annalibus ſuis retulit; cuius pietati plenam P. R. gratiam retulit, ipſum viritim ciui-* *Paterculus.*

tate donando, duos filios eius creando Prætores, cum ſoni adhuc crearentur. Hactenus Paterculus. Ex quibus colligitur, Minatium Magium, ſolum, & ſeorſim ciuem factum, non vna cum aliis promiſcuè; quod certè honorem eius auget, & amorem ſimul indicat Romanorum. Renatus, & Lipſius, ex verborum coniectura, maiores C. Velleii Campanos affirmant; cæterum pace dicam clarorum virorum, alucinantur; atauum enim ſuum ipſemet Paterculus Aſculanenſem appellat; Magiamque familiam clariſſimam fuiſſe apud Aſculum, Marci Tullij teſtimonio conijcitur, qui Oratione prò A. Cluentio, obſidem Magii fratrem Aurium, nobilem iuuenem, in bello Sociali captum apud Aſculum, & in ergaſtulo poſitum teſtatur; atque id perſpicuum ex Appiano, qui Bellorũ Ciuilium Lib. 1. id etiam innuit, cum inquit. *Ex bis cum quidam, adoleſcentem ex Aſculi vrbe obſidem datum, ac ad aliam delatum vrbem intueretur, ſtatim Seruilio Proconſuli circa ea loca præſidenti, notum fecit; quem adoleſcentem Aurium, Magij fratrem fuiſſe, ſi fidem Ciceroni habemus, opus eſt affirmare.*

P. Ventidij Baſſi, Aſculani geſta nemo fere eſt, qui non memoriæ prodiderit; quod inſigne ad famam eſſe duxerunt, eum, qui antè in triumpho captiuus ductus fuerat, primum de bellicoſiſſima Parthorum gente triumphaſſe. Huius patrem P. Ventidium fuiſse reor, qui vnà cum C. Iudacilio, ac T. Afranio, intra Firmum, Cn. Pompeium Strabonem, Cn. Pompeii Magni patrem compulit fugatum; vt ſupra ex Appiani verbis deduximus. Quapropter arguendi, qui P. Ventidium Baſſum, humili loco natum aſſeuerarunt: ſi enim ad patriam id referatur, ex Plinio, & aliis, nobiliſſima totius Piceni Colonia prædicatur; & ſi ad familiam, nec humili loco natus, qui copiarum ductorem habuit parentem. Cæterum hac de re alibi fuſius; cum non ad natales, nec ad patriam, ſed ad ei ſimilem P. Ventidij conditionem, eius deducamus nobilitatem. De illo non eſt cur multis agam; cum breuitati conſulens, tanti Imperatoris geſta adamuſſim exſcribere nequeam. Hic Antonij Bonfinij ex Lib. ii. de Pudicitia tantùm verba de Ventidio adponam, hæc ſcil. *Quid* (inquit) *denique Ventidium Baſſum, ciuem Aſculanum, & triumphante Strabone, puerum*

Bonfinius.

puerum quoque, antè Imperatoris currum, ſinu matris vectum; qui duce virtute, comiteque fortuna, Romæ ſingulos ritè magiſtratus obiit, & Conſulatum, Pontificatumq; glorioſiſsimè geſsit; ac de Parthis, tribus prælijs ab eo fuſis primus omnium Romanorum triumphauit; ab obita denique morte, publico funere honeſtatus eſt. Hæc Ciuis de alio ciue. His alterius Ciuis addam epigramma, in baſi eiuſdem P. Ventidij marmoreæ ſtatuæ, ab Antonio Meliorio inciſum, hoc ſcil.

P. VENTIDIO. P. VENTIDII. F. BASSO.
PRIMA. SVB. C. IVLIO. CÆSARE. IN. GALLIIS. STIPENDIA. MERITO. PONT. MAX PRÆTORI. SIMVL. ET. EODEM. ANNO. IN. OCTAVIANI. AVG. LOCVM. COS SVFFECTO. M. ANTONII. III. VIRI. LEGATO. M. LICINII. CRASSI. NECIS. VINDICI. PACORI. ORODIS. REGIS. F. INTERFECTORI. PRIMO. DE. PARTHIS. GLORIOSISSIMO. TRIVMPHATORI. ANTONIVS. MELIORIVS. ASCVLANVS. AD. TANTI. IMPERATORIS MEMORIAM. RENOVANDAM CIVIVMQVE. ANIMOS. AD. ÆMVLATIONEM. EXCITANDOS. STATVAM. HANC. MARMOREAM. EREXIT. ANNO. DOMINI. MDCXV.

Ventidij ſimulachrũ Aſculi in lapide vidi, apud D. Hilarij; de quo inferiùs, cum de L. Tario Rufo agam. Viſuntur etiam Conſulum effigies lapideæ apud Mauritium Nouũ, Mauritij filium, necnon apud Gaſparem Ferrũ alia in pariete, quam puto Ventidii. Vincentius Milanus, Vir doctus, iuxtà, ac eruditus, incredibili, tum felicitate, tum carminum facilitate Ventidii geſta ſcribere exorſus, morte occupatus, illuſtre poema haud perfecit. Vidi primum librum, & amiciſſimi admiratus ingenium, illuſi fatum. Agunt de Ventidio noſtro abundè ſatis Auctores quamplurimi, quos hic omnes, Iuriſconſultorum noſtri temporis exempla ſecuti, qui erubeſcunt ſinè auctoritate loqui, ne videamur Bonfinianæ Hiſtoriæ vſurpatores, nullo prætermiſſo, ita promiſcuè recenſemus; ſunt autem hi. Gilbertus Genebrardus Chronologiæ

Lib. 2. Petrarcha de Remediis vtriuſque Fortunæ. Iuuenalis Satyra 7. Petrus Opmeerus in Chronologia, Arnaldus Pontanus, notis ad Euſebium, Euſebius Panfilus Chronolog. Hieronymus Bardus Chronolog. Parte 2. Ætat. v. Carolus Paſſius in Sylua variæ Hiſtoriæ, Ioannes Laziardus Celeſtinus, Epit. hiſtorial. Ioannes Zonaras Annal. part. 2. Agellius in Noct. Act. Lib. 15 Cap. 4. Plutarchus in Vita M. Antonii, Ioannes Rauiſius Textor in ſua officina, Tarcagnotta Hiſt. Part. 1. Vol. 2. Horatius Turſellinus Epit. Hiſtoric. Lib. 3. Dio Caſſius Lib. 43. 47. & 48. Eutropius Lib. 7. Stephanus Viriandus Pighius in Ann. Rom. Tom. luculenter paſſim Capitolina Fragmenta, Collotiana tabula, Cœlius Rhodig. Antiq. Lect. Lib. 12. Cap. 8 Alexander ab Alex. Gen. Dier. Cap. 3. Lib. 6. item Cap. 6. Val. Max. Lib. 6. Cap. 9. Plinius Lib. 7. Cap. 47. Marcus Antonius Coccius Sabellicus Tom. 2. Lib. 8. Enneade 6. Iacobus Gordonus Leſmoreus, Scotus in Chronologia, Periodo 9. Riccardus Streinnius, Baro Svvuarzenarii in Præfatione ad Fam. Rom. Antonius Bonfin. etiam Decad. 1. Lib. 2. Rerum Hungaric. Pacificus Maximus in Elegiis Lib. 9. Elegia 1. vbi ſic.

Ventidio hac Parthos colla iubente dare.

Volaterranus Geog. Lib. 6. Ludouicus Arioſtus in Poemate Orlandi Furentis, Cantico 45. Rhythmo 2. Auguſtinus Tornellus in Annal. Sac. Tom. 2. Appianus Alexandrinus de bello Parthico: item Bellor. Ciuil. 3. 4. 5. Stephanus Guazzus Dialogo de Honore. Fr. Thomas, in tertia ætate Populi Romani, poſt Pompeium Magnum, multa de Ventidio. Iulianus Auguſtus, in Oratione ad milites, quam deſcripſit Pomponius Lætus, Tacitus de Moribus Germ. Atque hæc de Ventidio. *Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliaue; ne Parthi quidem ſæpius admonuere; quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam cædem Craſſi, amiſſo, & ipſe Pacoro, infra Ventidium deiectus oriens obiecerit.* Iuſtus Lipſius Notis ad C. Cornelii Taciti Annal. Lib. 2. in Priore, Antonius del Rè in Antiquit. Tiburt. Matthæus Bonfinius in Horatium Flaccum, vbi ſic.

Agmina

Agmina Ventidius Parthorum ingentia fregit,
Et retulit Craſſi ſigna recepta Ducis.

Iodocus Badius in Horatium Flaccum, Auguſtinus Turronus, Leander Albertus, Franciſcus Pamphilus, Carolus Sigonius in Faſtis, & Triumphis, Caius Velleius Paterculus Lib.2 Sextus Ruffus in Epit.L. Florus Lib.4.Cap.9.Sext.Iulius Frontinus, Stratag.Lib.1.Cap.1.Lib.2.Capite 2.Iacobus Philippus in Chronico, Iuſtus Lipſius Comment. ad Lib.1. C.Cornelii Taciti Annal.Tacitus Hiſtoriar. Lib. v. Brutus apud Cic.Epiſt.Famil.Lib.11.Epiſt.10.Aſinius Pollio, apud eundem, eodem Lib.Epiſt.33.Marcus Lepidus apud eũdem, Lib.Epiſt.34.Antonius Mancinellus in Epodon Horatii,Ode 8.interpretatione horum verſuum.

Sed, vt ſecundum vota Parthorum, ſua
Vrbs hæc periret dextera.

Iuſtinus Lib.42. *Maſſurius*, vt aſſerit Plinius Lib 7. Cap.43. Onuphrius Pãuinius in Parthorum Imperio, Paulus Oroſius Lib.6.Pompeius Trogus, Aſconius Pædianus, Tranquillus in Auguſto, Gulielmus Paſtregicus de Orig. Scipio Gentilis in Taſſum, Thomas Garzonius, in Platea Vniuerſali, Xiphilinus in Epit. Dion. Nicæi in Aug. Zaccharias Vicentinus, in Breuiario Orbis, ad verbum Picenum, Auctor Theatri Humanæ Vitæ Volum.3.Lib.9.Vol.3.Lib.4.Vol.7.Lib 3.vol. 7.Lib.4.Vol.21.Lib.1.Vol.24.Lib.1.item Vol.28.Lib.3. Hector Pintus Luſitanus de Imag.Vit. Chriſti part.2. Cap.19. Dial.de Veris, & Falſis bonis, vbi de numiſmate P.Ventidii; in eo ſcilicèt ſculpta Ventidii imago,cum triumphali currũ, & auerſa parte corona, cũ arcu, & ſagittis, Parthorum inſignibus, Hubertus Goltzius Herbipolita de Faſtis Magiſtratuum; vbi nummus Ventidii, parte auerſa currus victoriæ, cum literis.

P.VENTID. P. F.PROCOS.

Alia vero parte caput Imperatoris,cum literis.

IMP.ANTON.AVGVS. III.VIR.R.P-C.

Idem Hubertus alibi, vbi alter nummus,cum inſcriptione.

P.VENTIDIVS.P.F.N.BASSVS.IDEM. QVI. PRÆTOR. ERAT.

Adol-

Adolphus Occo de Imperatoribus, de nummo, vbi bigæ triumphales, cum victoria Ventidij; item alia inſcriptio his verbis.

P.VENTIDIVS.P.F.NEPOS.PROCOS.EX.TAVRO. MONTE.ET.PARTHEIS.V.KAL.DECEMB.

ac alii, quamplurimi Auctores de Ventidio. Carpit illum Cicero multoties in Philippicis; quem etiam ex Plinio Lib. 7. Mulionem Caſtrenſem ſuffarraneum prædicauit, veluti qui inopem iuuentam in militari caliga toleraſſet, & far, non magna quidem copia, ſed exiguis, & vilibus vecturis in caſtra conuexiſſet. Carpit illum Plancus, apud Ciceronem, Epiſt. 18. Lib. 10 At quid mirum? Inimici inimicum carpũt: ſolus namque Ventidius Ciceronem in vrbe comprehendere tentauit; vt inquit Appianus Lib. 3. his verbis. *Romę cum Coſs. abeſſent, Cicero ad ambitionem gerebat omnia; nam conciones aſſiduè aduocabat, arma etiam opificibus, ſine pretio coactis pręparabat, pecunias in vnum cumulabat, & grauiora onera Antonij neceſſarijs, atque amicis imponebat; quæ illi calumniam euitantes, promptè conferebant, donec P. Ventidius, qui cum Cæſare vna militauerat, Antonij amiciſſimus, Ciceronis acerbitatem haud ferendam ratus, ad Cæſaris Colonias profectus, velut notior apud omnes, ac duas ad Antonium legiones eduxit; Ciceronem quoque in Vrbe comprehendere tentauit: ac tunc ſtatim tumultus ingens exortus eſt, ita vt multi, vxores, & filios trepidatione moti ex vrbe educerent, & Cicero ex vrbe aufugeret,* & alia. Carpitur apud Senecam à Ceſtio Pio; carpitur inſuper à Ioſepho Iud. 14. Lib. Antiq. c. 28. Iudaic. Quanquã ſpernendus omnino Ioſephus Iudæus; cum Iudæorum mos ſit carpere Gentes. Fuit Cos. ſuffectus in Octauiani Aug. locum, Anno ab V. C. DCCX. Trimphauit de Parthis, ac Pacoro ipſorum Rege, anno ab V. C. Dccxv. ex Carol. Sigon Comment. Ventidii bellum in Parthos, inter inclyta Romanorum facinora connumeratur, vt inquit Plutarchus in M. Ant. necnon Appianus Alexandr. de Bello Parthico. Dio Nicæus, hæc de Ventidio noſtro refert, in Auguſto. *quod cum propter magnificentiam & ſumptus cæterarum rerum clarus erat; tum verò, quod palatium incendio conſumptum reſtituit, atque ſtatuis, quas à Cęſare acceperat, poſtea ſcil. redditurus,*

Digitized by Google

turus) adornauit: eas enim cum Cæſar paulo poſt repeteret, non reddidit; ſed ei ita facetè reſpondit. Mihi quidem (inquit) *ſeruorum copia non eſt , tu vero ſeruos tuos ad palatium mitte , atque indè ſtatuas accipe. Cæſar autem eas reliquit, metuens, ne ſi indè eximeret, peculatus accuſaretur.* Hæc apud Xiphilinum, ex Dione. Non tantum verò Ventidius intrà Vrbem palatium ſplendidum habuit; ſed etiam villam in agro Tiburtino, vt aſſeuerat Antonius del Rè, in Antiq. Tiburt. habuitque intrà Romam etiam fundum, vt ex dono, ſancto fonti à Conſtantino Imp. facto, de quo Baron. ſub Annum cccxxiv dum inquit. *Fundus Baſſi præſtans ſolidos centum viginti.* C. Baſſus P. Ventidii F. Villam habuit in agro Tiburtino. Fuit hic in Parthos Romanorum copiarum Imperator, ac ſatis eloquens Orator, vt Agellii verbis teſtatur in Chronico Philippus Iacobus Bergomas. Io. Tortellius in præfatione ad Nicolaum V. Pont. Max. hæc ad verbum de C. Baſſo. *Quid de C. Baſſo, duce nobiliſſimo, & ſcientia præſtantiſſimo, niſi laudes dicere poſſumus; & tamen plures libros de origine vocabulorum teſte Gellio, & alijs nonnullis, multa cum gloria ſcripſit.* De Villa huius C. Baſſi agit Antonius del Rè in Antiquitatibus Tiburtinis. Gaius autem Baſſus, qui teſte Priſciano, de Significatione Verborum, ſcripſit Librum de Dijs, in quo ait, bifrontē Ianum fingi, quaſi ſuperum, & inferū; & eundē quadriformē, quaſi vniuerſa animata complexum. An verò ſit idem ac C. Ventidij filius ignoro; ille enim Caius, per literam C; hic verò Gaius per literam G. ſcribitur; ni id fuerit mendum Paſtrigici; cum Caium legat Macrobius Lib. 2. Cap. 9. Lactantius Firmianus Lib. 1. Cap. 22. de Falſ. Relig. quem refert etiam Gabriel Barrius. L. Lentilius C. F. Baſſus IIII. Vir, de quo lapis Tiburt. ad D. Silueſtri, hac inſcriptione.

Baron.

Io Tortellius.

C.LVCIVS.C.F.AVLIAN.Q.PLAVSVRIVS.C.F.VARVS.L.LENTILIVS.C.F.BASSVS.Q. HOCTAVIVS.
C.F.GRÆCHIN.IIII.VIR.
PORTICVS.P.CCLX.ET.EXEDRAM.ET. PRONAON.
ET.PORTICVM.PONE.SCOENAM.LONG.P.CXL.
S.C.F.C.

De

Digitized by Google

De hoc lapide Manutius in Orthographia, Antonius del Rè in Antiquitatibus Tiburtinis, Lazius Comm. Reip. Roman. Lib. 3. Licet ipſe, producto verſu legat, Lucius Ventidius, & Lucij F. ſcribat, & cum C. non L. F. habeatur in lapide à me Tiburti conſpecto, atque alibi. De Lucio hoc Ventidio, prędiuite intellexiſſe reor Iuuenalem, Satyra 11. ad Perſicum amicum ſuum, quem frugali conuiuio inuitarat, contrà eorum conſuetudinem, qui exquiſitius, lautiuſque comeſſantur, præter rei familiaris modum, ait enim, damnando Rutilij prodigalitatem, & Ventidij noſtri diuitias.

Refert enim quis hæc eadem paret: in Rutilio nam.
Luxuria eſt, in Ventidio laudabile nomen.
Sumit, & à cenſu famam trahit.

Ni me hominum peruicacia, atque inuerecunda inſcitia, ad coarctandam cogerent hiſtoriam, fuſiùs hic de vtroque Publio agerē; Ceſellij item Baſſi, origine Pęni meminit Tacitus, ab exceſſu D. Aug. Annal. Lib. 16. in principio. Quinetiā *ex Nola Baſſus Herennius, vna cum Herio Petrio ad colloquium euocatus ab Hannone, de Nola prodenda, reſpondit, multos annos inter Romanum, Nolanumque Populum amicitiàm eſſe, cuius neutros ad eam diem pęniteret; & ſi illi cum fortuna mutanda fides fuerat, ſerò iam eſſet mutare eam; dedituris ſe Annibali non fuiße accerſendum Romanum pręſidium; cum ijs, qui ad ſe tuendos veniſſent, & omnia ſibi eſſe conſociata, & ad vltimum fore,* vt inquit Liuius Secundi Belli Punici Lib. 2. Ac de Caio, atq; Lucio Ventidio, vberiuſq; de reliqua Baſſorum agerem equidē progenie; verum compendio nomina, ſtrićteque adſcribam, vt moris, & cæterorum proſequar commemorationem; vt ſaltem intelligant, qui immeritò me carpunt, ad hanc compilandam hiſtoriam, plures me Auctorum volutaſſe codices. Fuerunt autem alij ex Baſſis clari; hi videlicet Exconſules, qui olim nempe Coſs. Romani, C. Lecanius Baſſus, Anno X. Claudij Domitij Neronis, Cæſaris, Cos. vnà cum M. Licinio Craſſo, agnomine frugi; de quo Faſti Conſulares, in Codice Iuſtiniani; necnon apud Sext. Iulium Frontinum, de Aquæductibus Romæ

Annius Baſſus Cos. cum Cæcinna Pæto, anno, quo Tem-

plum

plum Pacis Æternæ, poſt victoriam, a Veſpaſiano de Iudæis partam constructũ; ſic enim habetur in illuſtri Antiquitatis monumento, marmori inſculpto, Romæ in ædibus Farneſianis, quod deſcripſit Aldus in Orthographia.

PACI. ÆTERNÆ.
DOMVS.
IMP. VESPASIANI.
CÆSARIS. AVG.
LIBERORVMQ; EIVS.
SACRVM.
TRIB. SVC. IVNIOR.
Auerſa parte.
DEDIC. XV. K. DEC.
L. ANNIO. BASSO.
C. CÆCINNA. PÆTO. COS.

Hic idem Dalmaticę Legionis Legatus; cuius meminit Tacit. Hiſt. Lib. 3 *Sex millia* (inquit ille) *Dalmatarum, recens delectus, comitabantur. Ducebat Poppæus Siluanus Conſularis, vis conſiliorum penès Annium Baſſum, Legionis legatum. Is Siluanum ſocordem bello, & dies rerum verbis terentem, ſpecie obſequij regebat, ad omniaque, quę agenda forent, quieta cum induſtria aderat.*

Baſſus, cum Gratiano Cos. Anno ab V. C. Dcccclxiii. vt ex eodem Iuſtiniani codice patet.

Pomponius Baſſus, Anno ab V. C. MX. Cos. cum Aurelio Tuſco; anno item ſequenti Cos. cum Æmiliano; anno verò Mxxiii. Cos. vna cum Valerio Aureliano; qui quidem Pomponius Baſſus, tempore Claudii Imperatoris, ſponte ſe morti obtuliſſet, Reipub. cauſa, niſi per ipſum Imperatorem fuiſſet prohibitus; ſic enim inquit Sex. Aurelius Victor, Claudio. *Cum verò ex fatalibus libris, quos inſpici præceperat, cognouiſſet, ſententiæ in ſenatu dicendę, primi morte remedium deſiderari, Pomponio Baſſo, qui tunc erat ſe offerente, ipſe vitam ſuam haud paſſus reſponſa fruſtrari, dono Reip. dedit.* Hic idem Pomponius, cuius apud Manutium, in Tabula ænea, hęc inſcriptio.

L. ARVNTIO. STELLA.
L. IVLIO. MARINO. COS.
XIIII. K. NOV.
M. ACIDIVS PLACIDVS. L. PETRONIVS. FRONTO.
IIII. VIR. I D. S. C. FERENTIN. IN. CVRIA. ÆDIS. MER.
CVRI. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. Q. SEGIANVS.
MÆCIANVS. T. MVNIVS. NOMANLIANVS.
QVOD. VNIVERSI. V. F. T. POMPONIVM BASSVM.
CLARISSIMVM. VIRVM. DEMANDATM. SIBI. CV-
RAM. AB. INDVLGENTISSIMO. IMP. CÆSARE. NER-
VA. TRAIANO. AVGVSTO. GERMANICO. QVA.
ÆTERNITATI. ITALIÆ. SVÆ. PROSPEXIT. SECVN-
DVM. LIBERTATEM. EIVS. ITA. ORDINARI. VT. OM-
NIS. ÆTAS. CVRÆ. EIVS. MERITO. GRATIAS. AGERE.
DEBEATVR. FVTVRVMQ. VT. TANTÆ. VIRTVTIS.
VIR. AVXILIO. SIT. FVTVRVS. MVNICIPIO.
NOSTRO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C.
O. N. PLACERE CONSCRIPTIS. LEGATOS. EX. HOC.
PC ORDINE. MITTI AD. T. POMPONIVM. BASSVM.
CLARISSIMVM. VIRVM. QVI. AB. EO. IMPETRARENT
IN. CLIENTELAM. AMPLISSIMÆ. DOMVS. SVÆ. MV-
NICIPIVM RECIPERE. DIGNETVR.
PATRONVMQVE SE. COOPTARI. TABVLA.
HOSPITALI. INCISA HOC. DECRETO. IN DOMO.
SVA. POSITA. PERMITTAT. CENSVERE.
EGERVNT LEGATI.
A. CÆCILIVS. A. F.
QVIRINALIS.
AD. AVGVST.
TEM. C. P.

Hic ille idem Pomponius Baſſus, de quo in Auito Dio Nicæus, ex Xiphilini Epitome, Gulielmo Blanco Albienſi Interprete, ſic fatur. *Pomponius Baſſus, reus factus, vna cum ſilio Meſſala, quod rebus, quas Auitus faceret, minimè oblectarentur; quem nec piguit de ijs ad Senatum ſcribere, cum ab ijs mores ſuos exa-*

examinari diceret, eoſque reprehenſores eſſe omnium, quę in Palatio gererentur: quanquam erat aliud interim crimen in Baſſo, quod pulcherrimam vxorem, atque nobiliſſimam habebat; ea erat Claudij Seueri, & Marci Antonini neptis, quam ipſe poſtea vxorem duxit, nec ei, vt Mariti mortem Lugeret, permiſit.

Ad Pomponium hunc ſcribit Plinius Iunior Lib. 4. Epiſt. Epiſt. 23.

Annius Baſſus Cos. vna cum Quintiano, anno ab V.C. Mxlii.

Septimius Baſſus Cos. cum Galliano, anno ab V. C. Mlxx.

Annius Baſſus Cos. vna cũ Ablabio, anno ab V.C. Mlxxxiv

Anitius Baſſus Cos. cum F.C. Pilippo, anno ab V.C. Mclxi. ex codice Iuſtiniani Imperatoris, atque in ſtemmate Valentinianorum, in Arcadio, ex Godeſcalco Steuuecchio, apud Bar. ad ann. Chriſti 408 ex cod. Theodoſ.

Anicius Baſſus, & Flauius Antiochus Cos. anno ab V.C. Mclxxxiiij qui quidem Anicius, nomine, Baſſus cognomine, aduerſus Sanctum Sixtum Pont. Max. coram Valentiniano Imperatore ſtruxit calumniam, ac de Sixto actum iudicium; vt fuſius apud Cæſarem Card. Baron. Annal. Tom. 5. ad annum Ieſu Chriſti 433 Eidem Anicio Baſſo ſacra interdicta, verum enim verò, morte obita, Eccleſiaſtica ſepultura conceſſa, ex eodem Baron. Hi omnes è Baſſorum familia Exconſules. Pergamus ad alios, qui licet non Coſs. in re tamen bellica, & literaria præclari fuerunt.

Q. Cæcilius Baſſus, copiarum Imperator; de quo Appianus, Bellor. Ciuil. Lib. iii. Caius Caſſius ad Ciceronem, ac idẽ Cicero, Actione xi. in M. Antonium, hæc habet. *Eſt Cæcilij Baſſi, priuati illius quidem; ſed fortis, & pręclari viri robuſtus, ac victor exercitus.*

Betenus Baſſus, C. Iulii Cæſaris Quæſtor; de quo Seneca Lib. 4. de Ira. fuit vltimo ſupplicio affectus, potius Tyramni ira, quam merito, vna cum Sext. Papinio, ac alijs.

Amilinus Baſſus, vir clariſſimus, Septimii Imp. familiaris, atque ab eodem munificentiſſimè ditatus, de quo plura Sextus Aurelius Victor.

Lucilius Baſſus *poſt, Præfecturã Alæ Rauennati ſimul, & Miſe-*

nenſi claſsibus à Vitellio prępoſitus, vt inquit Tacitus Hiſt. Lib. 2. *idemque miſſus cum expedito equite, ad Campaniam componendam*. ex eiuſdem Corn. Tacit. Hiſt. Lib. 4. in principio. Hic idem Lucilius Baſſus, qui Legatus Veſpaſiani Auguſti, teſte Ioſepho Iudęo, de Bello Iud. Lib. 7. cap. 38. necnon cap. 39. Herodium, & Macherum fortiſsimè expugnauit, quique; vt idem Ioſeph. ibidem affirmat, tria millia Iudæorum, qui in nemus Iarden confugerant, interfecit. Huius Lucilii cognomen firmat omninò priſcum monumentum Aquileiæ; cuius exemplar à Fuluio Vrſino, doctiſſimo Viro ſibi traditum exhibuit oculatiſſimus Lipſius.

IMP.CÆSAR.VESPASIANVS.AVG.
PONT. MAX.
TR.POT.II IMP.VI.P.P.COSS.III.DES.III.
VETERANIS.QVI MILITAVERVNT.IN.
CLASSE.RAVENNATE.SVB.SEX.LVCILIO.
BASSO.QVI.SENA.ET.VICENA.STIPEN-
DIA.AVT.PLVRA. MERVERVNT. ET.
SVNTDEDVCTI.IN.PANNONIAM.QVO-
RVM.NOMINA.SVBSCRIPTA.SVNT.IPSIS.
LIBERIS.POSTERISQVE.EORVM. CIVITA-
TEM.DEDIT.ET.CONVBIVM.CVM VXO-
RIBVS.QVAS.TVNC. HABVISSENT. CVM.
EST.CIVITAS.IS.DATA. AVT.SI.QVI.
COELIBE.S ESSENT.CVM.IIS.QVAS.POST
EA.DVXISSENT. DVMTAXAT. SINGVLI.
SINGVLAS.NON.APRIL.CÆSARE.AVG.
DOMITIANO.CN PEDIO.CASTO.COS.
ILATORI.VENETI.E.CENTVRIONI.AME.
ZEIO.DESCRIPTVM.ET.RECOGNITVM.
EX.TABVLA.ÆNEA.QVÆ.FIXA.EST.
ROMÆ.IN CAPITOLIO. AD. ARAM. GEN.
TIS.IVLIÆ.DEFORAS.PEDIO.SINISTE-
RIORE.TAB.T.PAG. II. LOC.XXXXIIII.

Digitized by Google

Lucilio huic præpoſuiſſe me Amilinum, erratũ equidem; fateor cum hic ſub Veſpaſiano, ille ſub Septimio vixerit; ſed parcite errori: in Baſſorum namque ſerie deſcribenda, confusè agere propoſui, nullaq; ſeruata temporum ratione. Pergamus ad cęteros.

Cæſonius Baſſus, vir clariſſimus, ad quem extat apud Flauium Vopiſcum Epiſtola immaniſſimæ crudelitatis Aureliani Auguſti, cuius exemplum tale eſt.

Aurelianus Auguſtus Ceionio Baſſo S.

Nõ oportet vlterius progredi militum gladios, iam ſatis Palmyrenorum cæſum, atque occiſum eſt. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, ſenes iugulauimus, ruſticos interemimus, cui terras, cui Vrbẽ deinceps relinquemus? Parcẽdũ eſt ijs, qui remãſerunt; credimus n. paucos tã multorum ſupplicijs eſſe correctos. Templũ ſanè Solis, quod apud Palmyrã cum vexilliferis Aquilifer Legionis Tertiæ, & Draconario, Cornicinibus, atq; Liticinibus diripuerunt, ad eam formã volo, quę fuit, reddi. Habes trecentas auri libras Zenobiæ capſulis. Habes argenti mille octingenta pondo. De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohoneſtari Templum; mihique, & Dijs immortalibus gratiſſimum feceris. Ego ad Senatum ſcribam, petens, vt mittat Pontificem, qui dedicet Templum.

Hactenus Vopiſcus. Ex quibus litteris apparet, quæ fuerit Aureliani ſæuitia, & eiuſdem in Ceionio Baſſo fiducia.

Taratius Baſſus, Vrbi præfectus, atque Camenius Taratij frater, viri clariſſimi; vt habetur apud Ammianum Marcellinum, Hiſt. lib. 28. in crimen accerſiti, quod Lolliano primæ lanuginis adoleſcenti adhæſiſſent, qui Lampadii filius, à præfecto conuictus, codicem noxiarum artium, nondum per ætatem firmato conſilio deſcripſiſſe, exulque mittendus, vt ſperabatur, patris impulſu, prouocauit ad Maximinum, & iuſſus ad eius comitatũ duci de fumo, vt aiunt, in flammã, traditus Phælangio Bæticæ conſulari, cecidit funeſta carnificis manu. At Taratius Baſſus, & Camenius frater, ſuffragãte Victorino, abſoluti ſunt. Lazius Comment. Rom. Reipub. Lib. 2. pro Taratio, Tarentium legit.

Baſſus, Eduini Anglorum Regis miles fortiſſimus memoratur à Venerabili Beda , in Hiſtoria Anglicana Lib. 2. Cap. xiix.

C.Oppius Baſſus; de quo hęc inſcriptio in lapide Auximi, in agro Piceno.

C.OPPIO.C.F.VEL.
BASSO.P.P.P.C.
PR.I.AVX.ꝛ.LEG.IIII.
FL.FEL.ET.LEG II.TR.FOR.
EVOC.AV.AB. ACT FOR.
B.PR.PR.MIL COH.II.PR.
ET.COH XIII.ET.XIV.VRB.
OMNIBVS.OFFICIIS.
IN.CALIGA.FVNCTO.
CENTVRIONES.LEG.II.
TRAIANÆ.FORTIS.
OPTIMO. ET. DIGNISSIMO.
IN.CVIVS.DED.CENAM. COL. DED.
L. D. D. D.

Eiuſdem C.Oppij Baſſi alia inſcriptio item proſtat Auximi, quam interpretatus eſt Ioannes Franciſcus Gallus, Auximas, Vir de Antiquitate benemeritus, euulgauitque eandem Hercules Gallus, Io.Franciſci filius, Vir illuſtris

C. OPPIO. C F.VEL.
BASSO.P.C.
PR. AVXIMO ꝛ LEG.
IIII.FL.FEL.EVOC AVG,
AB ACTIS.FORI.B PR. PR.
SIGNIF OPTION.TESSE-
COH.II.PR.MIL;COH.XIV.
ET.XIII.VRBANARVM.
COLL. CENT. AVXIM.
PATR.OB.MERITA.EIVS.
L.D.D.D.

Eiuſ-

Digitized by Google

Eiuſdem alia ſimilis inſcriptio legitur inter Vvormatiã, & Spiram; teſte Lazio Commentarior. Reip. Rom. Lib. v. cap. x. his verbis.

C.OPPIO.C.F. VELINO. BAS-
SO.P C.PR.AVXIMN.LEG.III.
FEL. EVOC. AVG.AB.
ACTIS. FORI.

Apud Andream Cariſium Romæ ſe vidiſſe aſſerit Io. Pierius Valerianus, Antiquitatum Bellunenſium Serm. 2. inſcriptionem ſequentem.

D. M.
CASSIO. BASSO.
BALERIA. VERA.
POSVIT.
Baleria hic pro Valeria.

Pomponius item Baſſus; necnon Paccia Baſſa nominantur alio in lapide, quem deſcripſit Manutius in Orthographia

M.PACCIVS. M. F. POMP. BASSVS.
AVGVR.ÆDIL.II.VIR.VOLCESS.SIBI.ET.
PACCIÆ. M. F. BASSÆ.
MANLIÆ. M.F. RVFÆ.
PACCIÆ.L.F.MAXIMÆ.
PACCIÆ.M.L.GRATÆ.

Habetur inſuper apud Ioſephum Mormilen, Neapolitanum, in Puteolanis Antiquitatibus, alterius Baſſi clara hæc mentio

C.SENNIO.SEVERO. MANIPVLARIO.EX.
III.FIDE NAT.BASSVS.VIX AN.
LVI.MILIT.AN.XXVI. M. ÆMILIVS.
DOLENS. HÆRES. B. M. F.

Romæ etiam ità de Baſſo altero in Villa ſuburbana Carpenſi, in lapide.

DIS;

DIS. MANIBVS.
L.COMINI.L.F.POL.BASSI.
SACRVM.

Ad Baſſum quoque P. V. extat Epiſtola Imperatoris Conſtantini, qua recenſetur inter finium regundorum conſtitutiones, lecta apud Senatum xii Kal. Iulii Gallicano, & Symmaco Coſs. C. etiam Quintius Corn. Baſſus II. vir, atque Ædilis; de quo alter lapis.

C.QVINTIO.
C. F. COR.
BASSO.II.VIR.
ÆDIL.II.VIR.
IVR. DIC.
PONTIF.
C.BÆBIVS. LVPVS.
INITA.PRC.
PATRONO. OPT.
FECIT.

Pergamus ad Domitiū Baſſū, qui pro ſalute cuiuſdam Cæſaris Templum Ioui Reduci conſtruxit; ſic enim hac de re lapis.

PRO.SALVTE.ET.REDITV.D.N.IMP.CÆSARIS.
VOTIS....... ....P.O.FELICI.VOTIS.
X.ANNALIBVS.INVICTO.AVG.DOMITIVS.BASSVS.
Ꝺ.FR.AGENS.XX.ANNALIBVS.
FELICITER.VICE.PRINCIPIS.PEREGRINORVM.
TEMPLVM.IOVIS.REDVCIS.C.P.
OMNI.CVLTV.DE.SVO.EXORNAVIT.

Præterea ſic Capuæ, de Aurelio Baſſo.

CH.MVNATIVS.M.F.PAL.
AVRELIVS.BASSVS.
PROC. AVG.

PRÆF.

PRÆF.FAB.PRÆF COH.III.
SAGITTARIORVM PRÆF.COH.ITERVM.II.
ASTVRVM.CENSITOR.CIVIVM.
ROMANORVM.COLONIÆ.VICTRI.
CENSIS.QVÆ.EST.IN.BRITANNIA.
CAMALDVNI.CVRATOR.
VIÆ.NOMENTANÆ.PATRONVS.
EIVSDEM.
MVNICIPI.FLAMEN.PERPETVVS.
DVVMVIRALI. POTESTATE.
ÆDILIS.DEDICATOR.IIII.

An vero ſit idẽ M.Aurelius, ac alius, de quo hic lapis, ignoro.
Inuenitur Romæ, in Domo priuata ad Parionem.

D. M. S.
M.AVR. BASSVS.
MIL. COH. VII. PR.
ꝛ.MAXIMINI.
EREDES.FECERVNT.

Adiungamus Sab.Baſſi Epitaphium huiuſmodi.

DIS.MANIBVS. C. LICANI. L.F
SAB.BASSI.CÆCINÆ.
FLACCI.
III.VIR.A.A.A. FF.
VIXIT. ANN. XIIX.

Item C.Attii Baſſi, P. F. ſepulchrum.

C. ATTIVS.
P. F.
BASSVS.
IN.F.P.V.I.

Addamus & Numiſiæ Baſſæ memoriam.

C NVMISI.
MARTIALIS.
VIXIT.ANNIS.XXX.
MENSIBVS.X.
DIEBVS.XXVII.
NVMISIA.BASSA.
CONIVGI. DVLCISSIMO.

Z A.LI-

A.Liuii Baſſi memoria extat in lapide, ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Billantes, agri Prætutini; diſtat ab Aſculo oppidum M.P.X. lapidem, nondum quod ſciam, excuſum mihi ſuppeditauit amicus meus Ferrantes Ciuccius I. C. Aſculanus, Vir de muſis benemeritus.

D. M.
DENTRIÆ.MEÆ.MATRI.A.LIVIO.
DECEMBRIO.LIB.
DENTRIÆ.NACTÆ.VXORI. SVÆ.
A.LIVIO.DENTRIO.
ROMANO.FRATRI.CIVI.AMANDÆ
LIB.
VIXIT.ANN.XX.
HI.DVO.CONVENTI.
VNA. FATA. SECVTI.
VNO.LECTVI.COMPOSITI.
VNA. FAVILLA. IACENT.
A.LIVIVS. BASSVS. MERENTIBVS.

Nec omittamus Vmbricam Baſſam, quæ quidem Ioui Templu m erexit. Extat eiuſdem memoria in lapide.

IOVI. SOLI.
INVICTO. SARA-
PIDI.T.ÆLIVS AN.
TIPATER. PROG.
AVGG.CVM.VMBRICA.
BASSA. CONIVGE.GRATIAS.
AGENTES. POSVERVNT.

Nec prætermittamus Publilij Baſſi nomen, quod inſcriprum inuenio Romæ, lapidi ad D.D.Coſmi, & Damiani, propè cloacam D. Luciæ.

DIS. MANIBVS.
MARCIO.DORYFORIANO.FIL.
CARISSIMO.ET.PIENTISSIMO.QVI. VIXIT.
ANNIS.XIII. DIEBVS. XXX. FECIT.

AN-

Digitized by Google

ANTONIA. EVHODIA. MATER. ET. DORYPHIDI.
------ CONIVGI. ſVO. ET. DORYPHONO.
------------------------ PVBLILIO. BASSO.

Vrbici Baſſi F. habemus epitaphium apud Martialem, hoc Epigrammate.

Conditus hic ego ſum Baſſi dolor Vrbicus infans,
Cui genus, & nomen maxima Roma dedit.
Sex mihi de prima deerant trieteride menſes,
Ruperunt tetricæ cùm mala ſenſa Deæ.

Nequè ſileamus Marij Baſſi memoriam in lapide ad radices Quirinalis Romæ expreſſam, ità in ædibus Grifoneti, referente Lazio Commentariorum Reip. Rom. Lib. 4.

C. MARCIVS. C. F.
SERG. SALVIANVS.
NORBA.
GENIO. CENTVRIÆ.
COH. X. PR. P. MARI. BASSI.
IN. QVA. MILITAVIT AN. XIIX.
VOTO. SVSCEPTO.
MISSVS HONESTA. MISSIONE.
PRIDIE. NON IANVAR.
Q. FABIO. CATVLINO. M. FLACCO.
APRO. COS.
ANIMO. LIBENS. ARAM. SVA. PECVNIA.
POSVIT.

His adnectamus Baſſam, clariſſimam feminam, ad quam Sanctæ Pulcheriæ Auguſtæ extant literæ, apud Cardinalem Baronium Ann. Eccleſiaſt. Tom. 6. ſub annum Ieſu Chriſti CDLVI.

Exhibeamus item Marci Sulpitij Baſſi, ex veteri marmore ſepulchrum.

DIS. MANIBVS.
M. SVLPITII. BASSI.
AMICI. OPTVMI.
L. NONIVS.

Dè quodam alio Baſſo alia inſcriptio Romæ, in hortis Carpenſibus, ſic habet, ſiuè in ædibus Baptiſtæ Iacobi Matthæi.

BASSO. Baſſio, legit Lazius AVG.LIB.
PROX. AB. EPISTVLIS.
GRÆCIS.PROC.TRACTVS.
CARTHAGINENSIS.
FABIA.Q.F.PRISCILLA.
MARITO. PIISSIMO.
ITEM.GLAVDIVS.COMEN.
PATRI. BENEMERENTI.
FECERVNT.

Eſt etiam Neapoli cuiuſdam alterius Baſſi epitaphium quod deſcripſit Paulus Manutius in Orthographia.

C.OPPIA.T.F.BASILLA.
MATER.INFELICISSIMA.
FECIT.BASSO.FIL.OPTIMO.
ET.PIISSIMO,ET.SIBI·ET.
AMANDO.AVG.I. CONIVGI.
ET.LIBERTIS.LIBERTABVSQVE.
BASSI.FILI.MEI.ET.MEIS.ET.
AMANDI.ET.NATIS.NATÆVE.
EORVM LOCO EMPTO.
TERRÆ.IVGERIBVS.TRIBVS.
ET. ÆDIFICIS. OMNIBVS.
CIRCVMDATA.MACERIA.

Baſſus Epiſcopus Ferentonus, qui vna cum aliis Epiſcopis, decretis Symmachi Roman. Pontificis ſubſcripſit, Symmachus hic ſedit Romæ, circa annum ſalutis Ccccxcviii.

Iunius Baſſus, Bithyniæ Quæſtor, in crimen vocatus, contrà quem egit Pomponius Rufus, Vir peritus, & vehemens; cui ſucceſſit Theophanes, vnus ex Bithyniælegatis, fax accuſationis, & origo hoc illum onerabat, quod homo ſimplex, & incautus, quædam à Prouincialibus, vt amicus acceperat,

Re,

Reſpondit pro illo Plinius Iunior, prima die, pluraque dixit de Iunii Baſſi ornamentis, quæ illi ex generis claritate, & ex periculis ipſis magna erant. Altera die egerunt, idem Plinius, Titius Homulus, & Fronto, mirificè. Miſſo tandem Senatu, lege repetundarum abſolutus, & magna hominum frequentia, magno clamore, & magno gaudio exceptus eſt, vti fusè proſequitur Plinius Epiſtolarum Lib. 4. Epiſtola ad Vrſum 9. ac ad eundem Epiſtola 20. Lib. 5. & Epiſt. 29. ad Quadratum, Lib. 6.

Aſinius Baſſus maximus Quæſtor, de cuius induſtria probitate, eruditione, ingenio ſtudiis, & memoria apud Plinium Iuniorem plura, Epiſtolar. Lib. 4. Epiſt. 25. *ad Fundanum.*

Aufidius Baſſus, M. Annæi Senecæ coætaneus, ac intimus familiaris; de quo idē Seneca in Suaſoria prò Cicerone, quæ incipit. *Deliberat Cicero, an promittente ſalutem Antonio, orationes ſuas comburat.* Ac etiam Epiſt. 30. vbi ſummis extollit laudibus Aufidium, veluti mortis contemptorem. Illius verò initium hoc eſt. *Aufidium Baſſum, virum optimum, vidi quaſſum ætate, obluctantem.* Ex qua colligitur, quæ fuerit Aufidij animi fortitudo, atquè doctrina. Hic Hiſtoricus, Quintiliani temporibus Bellum Germanicum deſcripſit; vti in Antropologiæ Lib. 14. annotat Volaterranus; cuius Hiſtoriam proſecutus eſt Plinius Senior, vti teſtatur Iunior Epiſtola ad Macrum, quæ eſt 5. Libri Epiſt. 3.

Muſonius Baſſus, Vir grauiſſimus, vitam Claudii Pollionis edidit, vt aſſerit Plinius Iunior; Epiſtolarum, Lib. 6. ad Cornutum Epiſt. 30.

Iunius Baſſus, alter à ſuperius memorato, Declamator apud Senecam, 3. & 4. Controuerſiis Lib. 2.

Iulius Baſſus, apud eundem Senecam declamator. 13. & 14. controuerſiis, Lib. 3.

T. Iulij Baſſi mentio habetur Siueſſę, in lapide, quem deſcripſit in Orthographia Paulus Manutius, ad verbum, *Bibliotheca*, quem hic non deſcribo, nè videar in lapidibus referendis moleſtior; ſat ſit indicaſſe.

Tileus Baſſus, Medicus, de quo Dioſcorides in prooemio, ad Arrium.

Li-

Licinius Baſſus, eiuſdem Dioſcoridis, necnon & Arrii prędicti, amicus Vir equidem probus; de quo idem Dioſcorides eodem in prooemio.

Silius Baſſus, apud Senecam pariter, Declamator: ab illo namque ad perorandum introducitur in 6. Controuerſia Lib. 3.

Sepulius Baſſus, apud eundem Senecam interlocutor, 17. ac 18. Lib. 4. Controuerſ. vbi de nece M. Tullii Ciceronis ab Lenate illata agitur.

Iulius Baſſus alter, à relatis, Gręcè de Medicina ſcripſit, Quintiliani temporibus; à Plinio citatur in tabulis indicis Lib. 33. 34. & 35.

Calphurnius Baſſus, citatur idem in indice Auctorum Plinianæ Tabulæ, librorum, 17. 18. & 19.

Saleius Baſſus, Poeta Epicus, cuius eſt, Quintiliano, vehemens, ac poeticum ingenium, nec ipſum, ſenectute maturũ, præueniente fato; quemadmodum, & Valerio Flacco contigit; de quo Crinitus, & Volaterranus.

Cæſius tandem Baſſus, inter poetas Lyricos ab eodem Quintiliano recenſetur; de quo etiam Probus. Quintilianus quoque ſe illum vidiſſe ait; neſcio tamen, an Seleium, an Cæſium intelligat Ouidius de Triſtibus Lib. 4. Elegia 9. cum inquit.

Baſſus quoquè clarus Iambis,
Dulcia conuictus membra fuere mei.

Cæſij Baſſi inuenta opera apud Bobium, in Cœnobio, anno Domini Mcccclxxxxiv. Romamque adſportata à Thoma Phædio, vt inquit eiuſdem conciuis Raphael Volaterranus, ad calcem Tertij Geographiæ Libri. Ad Cæſium hunc extat Auli Perſii Satyra, quæ incipit.

Admonuit iam brumæ foco te, Baſſe Sabino.

Ad Saleium dubio procul extat illud Martialis Epig. Lib. 5. Epig. 54.

Colchida quid ſcribis; quid ſcribis amice Thryeſtem?
Quid tibi, vel Niobe Baſſe, vel Andromache?
Materia eſt, mihi crede tuis aptiſſima chartis,
Deucalion; vel ſi non placet hic, Phaeton.

Hæc

Hæc de Baſſis ſigillatim; iterū verò in nobiliſs. familiæ laudibus, nec prætermittam Prudētii, aduersùs Symmachum, teſtimonium de Chriſti fide inter primores, & illuſtriores vrbis Romæ Senatores, à Baſſis, poſt Conſtantini Auguſti baptiſmum ſuſcepta: ſic enim inquit ille ibidem Lib. I.

.... non Baſſorum dubitauit
Prompta fides dare ſe Chriſto, ſtirpemque ſuperbam,
Patriciæ gentis venturo attollere ſæclo.

Omitto denique Martialis, & aliorum illuſtrium poetarum, in Baſſorum quoſdam carmina; quę pauca attigimus curſim, vti P. Ventidii Baſſi, Aſculani, claram, & fœcundam ſobolem, tot Magiſtratibus magnificè geſtis, totque ingeniis præclaris cohoneſtatam, in conciuium meorum oblectamentum, & decus propalarem: nunc ad reliquos.

L. Tarium Rufum, anno ab V. R. C. Dccxxii, Coſ. ſuffectum, iuxta opinionē Caroli Sigonii in Faſtis, fuiſſe Aſculanum, eiuſdem ex lapidi inſculpta effigie coniecto: Aſculi nimirum, ad D. Hilarii, è regione Cryptæ, in qua Sancti Emygdij corpus primo ſepultum extabat, me puero, duorum Coſs. imagines, iunctis ſimul manibus, cum hac inſcriptione.

P. VENTIDIVS. L. TARIVS.

Nunc verò fracto penitus lapide, vix nomina legi poſſunt. Tulit hoc antiquitatis naufragium ætas noſtra; nam theſauri manus auida, dum effodit, ſaxum fregit; credebant quippe, ſic vulgo referente, magnam intus auri copiam ibidem delitеſcere. Cæterum, ſi auaris, imperitiſque hominibus, illuſtre hoc vetuſtatis monumentum innotuiſſet, vtique intactum reliquiſſent; ac religioſa veneratione coluiſſent. Sunt item aliorum Coſ. in lapidibus effigies, apud Mauritium Mauritii filium notum in agro Parignano, quas puto eorundem, Ventidii, & Tarii, nomina, obliterata licet inſcripta habuiſſe. Eſt inſuper nonnullorum, ex Rufa gente, Aſculi nobilis memoria; ſic enim legitur ad Portam Romanam in pariete.

T.PRÆTINIVS.
T.L.SVRVS.T.T.L.
LAVMEDO.T.T.L.
SPERATVS.T.T.L.PRIN-
CEPS.T.L.RVFA.

Vide Panuinium. Et in domo Armonij Nouelli......

ÆLIA. L. F. TERTVLLA.
SIBI. ET. SVIS.
CONSIDIA. L.F.RVFA.
M. VALERIO.M.L.
MELANTHO.
I.F. P.XV.I.A. P. XV.

Lapidem inſuper Templi Fortunæ Reduci à Rufo conſtructi prætermitto, cuius vtpotè inſcriptio ſuperius iam commemorata. In ædibus etiam Proſperi Bizarii, Philoſophiæ, & publici medicinæ profeſſoris Aſculani, tituli fragmentum habet ſic in lapide.

L.SAVR..............
RVFV..............

Adde aliud monumentum in pariete, ad Sanctæ Mariæ in Marſia, propè Caſtrum Aquæ Sanctæ, Aſculanæ ditionis, vbi hæ literę inſculptæ

SAV. RVFVS.

Habetur inſuper in D. Gregorii magni Indice, alterius Rufi mentio; mandat enim Sanctus Pontifex Paſſiono Epiſcopo Firmano, vti de reliquiis Sancti Sabini Martyris tradat Rufo Aſculano, qui in honorem Sancti Sabini Templum in agro Gliſiano conſtruxerat. Ex quibus adducor facilè vt credam, Tarium Rufum fuiſſe Aſculanum; de quo Plinius Senior lib. 18. Cap. 4. his verbis. *Tarius Rufus, infima natalium humilitate, conſulatum militari induſtria meritus, antiquę alias parſimonię, circitèr millies ſeſtert. liberalitate Aug. congeſtum, vſque ad detractionem heredis exhauſit, agros in Piceno coemendo, colendoque.* L. autem Annæus Seneca de Clem. Lib. I. ſummopere Auguſti Cæſaris laudat clementiam, qui accitus ab hoc L. Tario, vt ſententia ferret contra filium, deprehenſum in patricidio, cauſam ipſi patri diiudicandam reliquit: qui quidem filium

Digitized by Google

filium exilio mulctatũ. Maſſiliæ parricidam continuit, & annua illi ſuppeditauit, quæ vitæ integro ſolebat. Et hęc pauca de antiquioribus. Verùmenimuerò antequam vlterius progrediar, hìc denuò patriæ fata deplorare contingit. Oh vetuſtatem rerum geſtarum conſumptricem! immo potius, Oh iniuriam hominum! Oh Ciuium ignauiam! O inſcitiam! Vtram quippe potius accuſem dubius ſum. Mirum profectò eſt, pauca adeo de Aſculaneis rebus, poſt Chriſtum natũ tradita. At veritati cedat admiratio: barbarorum enim ſæuitia, & libidine latius domiantibus, non ſolum antiquæ militiæ maieſtas; ſed vetus etiam literarum, atquè ingeniorum dignitas funditùs periit; vti deplorat in occidentali Imperio Sigonius; neque in tanto bellorum æſtu, ac quotidiana ſeruitutis, neciſque formidine, priſtinis doctrinæ, & eloquentiæ ſtudiis vacare hominibus licuit; cum fœcunda illa eruditorum, diſertorumque virorum ſoboles, quæ vſque ad primam Gothorum in Italiam excurſionem, maxima cum omnium admiratione floruerat, violento barbariæ afflatu, veluti infeſto rapidi cuiuſdam Aquilonis impetu, prorsùs exaruerit. Quapropter nec mirũ, ſi veteribus rerum Scriptoribus deſtituti, ſi flammarum vbique debacchantiũ iniuriam paſſi, ac tandem minus accuratam in conſeruandis illuſtriũ, & nobilium procerum ſtemmatibus, experti maiorum diligentiam, recentiorum Aſculanorum militum decus, & gloriam, ex corroſis, & ſemiuſtis Annalibus patriis, accedente nonnulla quorundam Auctorum pietate, perpauca quidem eruta vindicamus ab interitu, & obliuione; producamus tamen quæ ſuperſunt.

Apud Baſinium Poetam Parmenſem, legitur Epiſtola, nobilis ſanè, metricis ſcripta numeris; in qua quidem ſuperſtes ager Picenus, de laudibus Pandulphi Aſculani, Eccleſiaſticarum copiarum Imperatoris, ad Aſculum loquitur; ipſius virtute nimirum, ac ductu Picenum totum vſquequaque tyrannide oppreſſum, impiæ ſeruituti colla exemit: ſic enim habet Epiſtola.

O decus Aſculeum, Picenis vrbibus vna
Ex priſcis, terra alma, quibus te laudibus alto

Æquarim Cælo; tù cauſa ſalutis, & auctor
Auxilij. Picenus ager nam totus in vna
Te pendens, valuit ſcelerata erumpere vincla.
Te propter noſtri quondam Pandulphius heros
Defenſor, potuit faſces, & munera magni
Imperij, & priſcum Romanę gentis honorem,
Pontificis iuſſu auſpicijs adſumere fauſtis.

Ac poſtmodum pręclaris Pandulphi enumeratis geſtis, in Arcis Contradæ, Auximi, Firmi, aliarumque Picenarum Vrbium, & oppidorum expugnatione, ad calcem, ſic tandem pergit.

Ergò ego perpetuas refero tibi carmine laudes,
ASCVLON antiquum, Picenis vrbibus vna
Ex priſcis; æterna tibi donatur in omni
Tempore libertas; tali te laude ſuperbum
Reddidit ipſe pater, Romanę gloria famæ.

opus eſt editum Pariſijs, apud Simonem Colinæum, anno circiter Chriſti MDxxxix. vna cum Pouelli, ac Trebiani, Poetarum, opuſculis.

Cum annis ab hinc vndecim in Corſica volutarem Chronicon, deprehendi quendam Aſculanum bellatorem, ab Inſulanis illis IIII. vir delectum; cuius militari virtute, & Imperio, rebus optimè geſtis, inſulam à barbaris receptam manibus, ait Chronologiſta. Locum, vbi de viro hoc fit mentio, incuria fateor nō cōſeruaui; memoria tamèn recolo, oppidū ab illo extructum, vocitatum fuiſſe, à patriæ nomine, ASCVLVM, quod nunc hac voce eliſa, rudiores incolæ ASCO appellant. Strenuum militem, Petrum Scalam nominatum, ex maiorum traditione, affirmat vir longæuus admodum, ac optimæ fidei Brandimartes Pariſianus.

Marinus Rocca, cui cognomentum Scaramuzza: mos enim tritauorum noſtrorum ætate inualuit, vti Viris bellatoribus, ſiuè ab euentu quodam, ſiuè à naturæ quadam indole, huiuſcemodi inderentur cognomina; hinc Mutius Actendolus, à bellicis conatibus, Sforzia; hinc Angelus Liuellus, à Lingua blęſa, Tartaglia; hinc, vt ſileam cæteros, Eraſmus Narnienſis, à mellitis verbis, Gattamelata cognominati;

Digitized by Google

minati; ſic à militari congreſſu, Marinus Rocca, Scaramuzza dictus, eorum alter, qui factionibus, atque cladibus inclyti copiarum duces, ad poſteros nomen tranſmiſerunt, belligerando : nam Ioannæ ii. Neapolitanorum Reginæ intimus, aduerſus Brachianos, in Aquilana expeditione, inter primos equitum ductores, ab Angelo Fonticulano recenſetur, eo Libro, quem de Bello Aquilano inſcripſit. Opus Franciſcus Viuius Iuriſconſultus Aquilanus celeberrimus, Syluæ Variarum opinionum inſeruit. Dono inſuper Scaramuzza, ab eadem munificentiſſima Regina accepit in agro Præcutino inſigne Caſtrū, quæ ciuitas Tomachiaria vocitabatur olim; nunc verò oppidi tantū apparent veſtigia, propè Colūnellam. Donationis, ac alia illuſtris familiæ monumēta ſcripſit Hieronymus Rocca, Aſculanus Canonicus, Vir omni officiorum genere, ac eximia morum ſuauitate magna laude dignus. De eodem Marino agit Boccatius.

Fulchius de Maſſa, qui apud Aſculum, Fulchiæ gentis auctor, ſub Pontif. Romani dominium vrbem hanc redegit, militiæ Eccleſiaſticæ Præfectus, ſua tempeſtate ſatis clarus. Vixit anno Chriſti MCDII.

Guerrerius, Friderici F. Aſculanus, vegeti maximè corporis, & excelſi animi bellator, meruit apud Ianuenſem Rempub. peditum mille, equitumque tercentorum, eodem tempore Tribunus. De viro hoc apud Aſculum primò factionum ſtudioſo plura in Grammatophylacio; agitque de illo Simonetta, in Sforziade, Corius in Hiſtorijs, & Adamus in Fragmentis. Seruant Fulchii, & Guerrerii, Atauorum ſuorum conſanguinei, ſtemmata, & decoras miſſiones, Galeazzius, & Marianus Fulchius, nobiliſſimæ gentis Marchionū de Maſſa, longa annorū ſerie nepotes. De Agnelina, huius Guerrerii ſorore, præclara femina, in domeſticis Fulchiorum Annalibus memorabile inuenio, quod audita Mariani filii ex S. C. ad patriam reuocatione, nimio exhilarata gaudio, repentina morte obierit; octo quippe, & decem annis abfuerat exul.

Ioannes Maxius Tibaldeſchius, Pontificiæ factionis apud Aſculum Princeps; qui miles tempeſtate ſua fortis, ſub Bar-

naba Mediolanenſium Duce ſtipendia fecit, à quo quingentis equitibus præfectus, in expeditione obijt, veneno ſublatus. Plura de illo in Annal. Aſculaneis; necnon in lapide Aſculi, in ædibus Felicis Card. Centini. De quo inſuper illud memoriæ traditum, quod Cuprenſem quendam, filii interfectorem domi ſeruauerit, atque vnici filii parentalibus peractis, incolumem dimiſerit: inſcius enim ad Ioannis domum confugerat, vt ibi tutus foret homicida.

Armalerius Aſculanus, in bello Aquilano aduerſus Brachium Peruſinum, Pontificiæ annonæ præfectus, miles illo æuo perilluſtris; qui vno, eodemque tempore, prætèr veteris militiæ inſtitutum, velitum, peditumque ductor, proditionis crimine inſimulatus, à Vitelleſchio Cardinali, Alexandrino Patriarcha, extremo ſupplicio affectus eſt. Indignum equidem tanto viro funeſtum hoc mortis genus. Agit de illo Fonticulanus, Garimbertus. in Pont. necnon Paulus Iouius, quem in elogio Vitelleſchii Cardinalis Cornetani, necnon in Sforziæ vita, proditorem appellat. At qui nam ex clariſſimis militum ducibus, non proditores apud Iouium, in vita Sforziæ? Iulius Cæſar Capuanus, Perectus, Troiæ Comes, Cecolinus Peruſinus, Nicolaus, & Paulus Vrſinus, Biſus à Cotognola, Gratianus Fauentinus, Tartaglia, Ciarpellonus, ac alii præſtantiſſimi viri, proditores Iouio cenſentur. Pereat Scriptor, grandiloquus quidem, at neſcio quam ſincerus Hiſtoricus; de quo illud hic referam, quod Scaliger ad Ianum Druſum ſcribens audacter protulit. *Paulus Iouius* (inquit ille) *me puero, in aula Henrici ſecundi, breuiſsimo cuique claritatem generis mercede pollicebatur, maledicentia ulturus, qui eius nundinationi aduerſaretur; quod quidem expertus eſt Annas Mommorantius, Comes Stabuli Franciæ.* Sic Ioſephus Scaliger Epiſt. prima. Armalerius hic ex patricia Baſtonea familia, filium habuit Antonium Ricciardum, qui Bartholomæi Trincii, Fulginenſium Tyranni filiam duxit vxorem, vt ex Hiſtoria manuſcripta Durantis Dorii conſtat. Alium habuit filium, Franciſcum nomine, cui reſtituta paterna bona, iuxta conuenta pacta inter Cardinalem Aquileienſem, Piceni Legatum, & Ciuitatem Aſculanam; fuerant enim Fulginati

ti

Digitized by Google

ti, Franciſci Sforziæ cõmilitoni, adiudicata Armalerii bona.

Fulignates, Aſculanus Eques, Franciſci Sforzię commilito, floruit iiſdem temporibus, in rebus bellicis. Brachium Peruſinum clariſſimum, ac fortiſſimum copiarum imperatorem, pugnando apud Aquilam vulnerauit, captiuumque fecit; vti fuſius apud Simonetam in Sforziade; qui quidem Simoneta, in eadem Aquilana expeditione, Angeli quoque Marcolini, Aſculani, fortis centurionis facit mentionem; cuius etiam meminit in Hiſtoriis Bernardinus Corius Mediolanenſis.

Troilus Aſculanus, ſtrenuus militum ductor, multa geſſit præclara, ſub auſpiciis Franciſci Sforzię Mediolanenſium Ducis; vt innuit Bugadus in Hiſt. Mediolanenſi.

Pandulphus Dalmontes, patricius Aſculanus, Reip. Venetæ peditum Coneſtabilis vulgo, vixit anno Chriſti circiter Mccccxxxix. quod conſtat ex procurationis mandato Ludouici Odecani de Odecanis, Veconienſis F. rogato die xiii. Februarij, Indictione 2. Seruat memoriam Cicconus Liuerottus de Scalzacano, Aſculanus. Fuit ab Eugenio IV. Caſtri Giſmundi conſtitutus Baro, quod poſtea Firmanis vendidit.

Andreas Ioſias Biſonnus, & Aſtorres, filij quondam Ioannis Saladini, & alij huius familiæ, anno Mccccxxxxv. die vij. Septemb. Caſtrum Reuetinum, eiuſque territorium, pro ſuis heredibus, ac ſucceſſoribus habuerunt, quod ſcil. ſuppetia tuliſſent Sedi Apoſtolicæ, in recuperanda Aſculi ciuitate, à Ludouico de Aquileia, Camerario Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, & Prouinciæ Marchiæ Legato à latere; in eorumque poſſeſſionem introducti fuere eodem anno, ſub xxvi. Septemb. vt ex inſtrumento rogato Ser. Ioannis Serſantis Aſculi patet.

Thomas, Ioannis Gulielmi Guidarocchi filius, ex nobilibus Montis Calui, atque Colloti Dynaſtes præſtantiſſimus, & clariſſimus bellator, Franciſco Sforziæ Mediolanenſium Duci familiariſſimè coniunctus, ac Ferdinando, Aragonum, ac vtriuſque Siciliæ Regi, ob egregiam, ac pluries in rebus bellicis ſpectatam virtutem, in primis charus, à quo, vti gentilitijs ſtemmatibus falcem adderet, regio cautum diploma-

te,

te; hinc Thomas ex hoc Falcietta nuncupatus; de quo agunt etiam, Albertus, in Italiæ deſcriptione; necnon Sanſouinus. Titus Guidarocchius, inter cætera ſuæ familiæ monumenta, de huius militari virtute, fidei publicæ literas ſeruat Franciſci Sforziæ, datas Mediolani die 19. Martii Mccccl. ac etiã Ferdinandi Regis, datas Venuſij, die 26. Aprilis, 7. Indictione, anno Mcccclix. quibus equidem literis plurimum ſe Thomæ deuinctum profitetur Ferdinandus; cum multa præclara oppida, tum in Præcutinis; tum in Marrucinis expugnarit, atquè in Regis poteſtatem redire coegerit. Seruát inſuper Titus idem pacta inter Marcum Tit. Sancti Marci S. R. E. Cardinalem Vicentinum, ac ipſum Thomã inita; qui ſub annum Chriſti Mcccclxix. die 27. Februarij, *conduxit, ac firmauit ſe* (vtar proprijs inſtrumenti, tranſacti verbis.)
„ *ad ſtipendia, & ſeruitia Pauli II. Pontif. Max. cum conducta,*
„ *& comitiua quinquaginta Armigerorum, ideſt ducentorum, &*
„ *quinquaginta equitum: ex quibus ad minus tres quartæ partes*
„ *ſint viri armigeri, extrà domum, & qui omnes ſint armigeri ſac-*
„ *comani, & Ragauij, habentes bonos, & ſufficientes equos, ac be-*
„ *nè, & ſufficienter armati, more modernæ militiæ*; vti vberius in
„ dictis Conuentionibus.

Nos de Thoma, atque Franciſco, qui apud Venetos meruit, ac inter clariſſimos militum Tribunos à Philippo Iacobo numeratur, in Chronico, ſub annum Mcccccix. necnon de Aſtulfo I. Aſtulfo II. Aſtulfo III. de Guido Felicis filio, qui peditum cccc. ſub Reipub. Venetæ auſpiciis electus fuit ductor, obijt in expeditione; item de Rocco Guidonis fratre, Eccleſiaſtico ducenturione in Campania, ſub Iulio III. atq; de alijs, ex familia Guidarocchа, illuſtribus proceribus, in Genealogia ſatis luculenter agimus. Thomæ huius æmulus, & apud Aſculanos aduerſę factionis Princeps. Ciottus Milianus, bellator ipſe quoque valdè ſtrenuus memoratur ab eodem Leandro, atque à Sanſouino, de Famil. illuſtribus Italiæ.

Floruit Vincentius Ficcadẽtes de Aſculo, ducenturio, inſignis bellator, tempore Pauli ii. ſummi Pontificis. At ſub quo principe meruerit, ignoramus. Seruant imaginem con-

ſan-

Digitized by Google

ſanguinei , Bartholomæus , & Ioannes Vincentius Ficcadentes, patricij Aſculani.

Æneas Siluius Piccolomineus Senenſis, qui creatus poſtmodum Pont. Max Pius ii. dictus eſt, nobilem Aſculanum, Ioſiam vocitatum,in Europæ deſcriptione memorat, à quo interfectum ait Alexandrum,Franciſci Sforziæ fratrem.

Raynaldo verò eiuſdem Sforziæ vterino fratri, quem ab Aſculanis trucidatum affirmant,Simoneta, Corius, Adamus, ac alii, Perus Vannis de Ciuccijs, Regulus caſtri Luci, atque inter Aſculanos proceres, & bellatores princeps; à quo nobiles Ciuccij adhunc vſque diem florentes, oriundi, feliciter vitam ademit; ac huius viri militaris virtus, pietas in patriam, obſequium in Romanum Pontificem tunc maxime enituit; cum incredibili alacritate animi, rem periculi plenam adortus, ſibi gloriam, patrię ſecuritatem, Eccleſiaſtico dominio Ciuitatem,& eius cauſa,totum propemodum Picenum, adiunxit. Cum enim Franciſcus Sforzia, armis, aſtu, largitionibus eam prouinciam occupaſſet, Eugenii IV. Summi Pontificis, neque humanam, neque Diuinam potentiam reueritus; atque Aſculi dominationem mandaſſet Raynaldo fratri vterino,qui concreditam ſibi vrbem Tyrannorum more ſæuiter habebat, neque ſanguini, neque pudori, neque opibus parcens, reliquis ciuium adeò indigna patientibus, & curantibus, pro virili, in ea calamitate, rem ſuam, ſolus Perus de Tyramni nece, de patriæ libertate, de Pontificis gratia promerenda, deque gloria conſequenda, quam nulla futuris ſeculis obliterabit obliuio, conſilium meditatus eſt. Auſus igitur inſigne facinus, collecta clam è ſuis caſtris, & ex finitimis pagis complurium armatorum manu, noctu Aſculum pergit, & die Martis 10. Menſis Auguſti,hora 12. ciuitatē ingreſſus,cuſtodiis inopinato eius aduētu territis,tum trucidatis,tum in fugam actis,demum ferociter ad Raynaldum contendit, inuadit, obtruncat, ſatellitio, quo ille ſtipatus erat, fruſtra obnitente; & reliquo militum præſidio, quo ciuitas tenebatur, non ſolum ſtrenuè reiecto, ſed ne ad internecionem vſque deleretur, dilapſo ſola celeri fuga,qua palantes,& vagi ferebantur.Ita Aſculum

à ty-

à tyrannide reſpirauit, ſibique redditum, Eccleſiæ reſtituitur, virtute Peri Ciuccij; cuius exemplum poſtea ſecuti in toto Piceno, aliarum vrbium, & oppidorum ciues, iniquę ſeruitutis iugum à ceruicibus ſuis excuſſerunt, & perpetua vſi bellandi felicitate, repulere. Cuius rei luculenta diplomata in hunc vſque diem, Ciucciorum familia ſeruat.

Volaterranus autem Geographiæ Lib. 6. occiſum à Ioſia refert Ioannem, dum inquit. *Ioſias autem nobilis adoleſcens, ſub Caliſto III. tumultus in ea excitauit, Ioannem Franciſci Sforziæ fratrem, qui Aſculanos defenſitauerat, interficiendo. Quare paſſus exilium, tandem cum nec quieſceret, captus à Roderico Pontificis propinquo, ac Romam ductus eſt.* In tanta ſcribentium varietate quid ſentiam certè hæreo, Ioãnem Sforziam Dominum Aſculi fuiſſe, etiam apud Põtanum lego, de Fortitudine domeſtica. At è Sforzianis duo Aſculi iugulati, Raynaldus videlicet, & Alexander, ſiue Ioannes. Quid certi vero hucuſque hac in re affirmem anceps ſum. Ioſias autem, de quo verba facimus, è Saladina familia, dux militũ ſtrenuus, ſub Venetorum Rep. ſtipendia meruit, & Comitis Maurutij Tolentinatis, clariſſimi copiarum Imperatoris vexillis. Seruat Titus Guidarocchius, tritaui ſui, materno latere, illuſtria miſſionum monumenta. Catharinæ uerò, Ioſię huius filiæ, Comiti Balduino Balduino Maurutio nuptę mentio habetur apud Sanſouinum, ad Maurutiam familiam. Porcia item, Ioſię filia, Felicis Guidarocchi, clariſſimi ciuis vxor, inter illuſtriores ſui ęui feminas numeratur ab Antonio Maltempio Peruſino, Lib. 2.

Simbaldi Marcolini Aſculani, inſignis bellatoris meminit Marcus Guazzus.

Ioannes Cautus, miles fortis, ac ſtrenuus, meruit ſub Venetis cccc. peditum ductor. Seruat memoriam Horatius Cautus. Vixit anno MIↃXX.

Conſtantius Malaſpina, atque Thomas Bizarius, Patricii Aſculani, copiarum in Germania, ſub Carolo V. Auſtrio Romanor. Imperatore duces, in re bellica, atque armorum vſu, laudatur abunde à Iulio Ferretto, in Stratagemmatibus

Digitized by Google

matibus; qui nimirũ fortiſſime dimicãtes apud Anſeſtat, vrbẽ, ſexcentis cõfoſſi vulneribus occiderunt. Extat Conſtantii clara memoria Aſculi, ad Diuæ Mariæ Maioris, propè Aram Sancti Siluestri. Cœnotaphij verba non appono; cum barbariem, ac Chriſtiano ſeculo indignam elocutionem ſapiant. Sub hæc eadem tempora vixiſſe Marcottium Pecorellum, Centurionem Aſculanum, ex Philippi Iacobi Bergomatis colligo Annalibus, & ex Marco Guazzo. Fuit hic ſupra quam dici poſſit, miles in præliis audax, atque ferox, multiſque donatus muralibus coronis; cum ſemper primus murum ſubierit, & in hoſtium oppida per vim conſcenderit. Mira illius geſta rudi carmine decantauit Rocchus quidam Pomponus, eius conciuis, vernaculus poeta; eſtque Marcottius apud Aſculanos nominis fama florentiſſimus. Mortuus eſt, dum Buſchi ducis propugnata mœnia, ſumma vi, ſuperare contenderet, anno MDxxxvii. Seruat conſanguinei memoriam Felix Pecorellius, presbyter Aſculanus, Vir probitate, & honeſtate maximè ſpectabilis. Iiſdem temporibus floruit in re bellica Ioannes Baptiſta Santuccius, Patricius Aſculanus, à Sciarra Columna CCL. peditum in expeditione Germanica, ſub Carolo V. præfectus. Vidi eius publicæ fidei literas apud Hieronymum nepotem.

Montius Aſculanus, militum dux, apud Vrbinatum Principem Guidobaldum Roboreum, celebris, memoria Sereniſſimi Franciſci Mariæ, vt ex literis nuper datis patet. Vixit anno MDXL. Plura vero de hoc referam ex prolixa eiuſdem hiſtoria, à nobiliſſimo amico meo Gaſpare Mazza Piſaurenſi prodita.

Carolus Ferrus, Patricius Aſculanus, Dux militum in Germania plurimum cõmendatus, Maximiliani ii Roman. Imperatoris literis ad Cardinalem Alexandrinum datis in arce Poſſonienſi, die xviii. Iunii, anno Domini MDlxvii. Regn. Rom. v. Hung. iv. Bohemiæ verò xix. quorum literarum hoc initium. *Capitaneum Carolum Ferro Aſcolitanum, propter eius eximiam virtutem, & præclara merita, obſequiaque nobis*

in expeditione noſtra bellica præteriti anni præſtita, ſingulari gratia, & benignitate complectimur. Militauit poſtmodum in Gallia, commendatus literis Sforziæ, Sanctæ Floræ Comitis, datis Romę die VII. Martii MDLXIX. qui intrepidè dimicans, occubuit; celebratur item Homeri Tartaræ teſtimonio; ſeruatque parentis honeſtas miſſiones Latinus filius. Octauiani quoque Ferrei, copiarum ductoris meminit Hieronymus Ruſcellius in Hiſtoria de Bello Truentino; pluraque de illo ad Aram Sancti Caroli, in Diui Franciſci, necnō in hiſtoria Iacobi Auguſti Thuani Lib.xiii.ſub annum Chriſti MDLVII. apud Aſcanium quinetiam Centorium de Hortenſiis, Lib.5.Part.2.

Iulius Saccoccia, fortiſſimus bellator, qui quatuor ſupra viginti ſtipendia meruit, ducenturio in bello Germanico, ſub Carolo V. Auſtrio Imperatore; poſtmodum in Turcas cccc. peditum ductor, à Paulo III. Farneſio Pont. Max. vnicè amatus; Petri Aloyſii Parmæ ducis vindex aduerſus Placentinos, dum caſtra mouet, militari ſumma virtute, Farneſianum exercitum ab imminenti clade liberauit; ſaucius verò, ac ab hoſtibus captus, fideque eius ſollicitata, ut ad ipſos deficeret, rem indignam minime paſſus, infuſis in vulnera venenatis ſuccis, militari ſeruando Sacramento glorioſus interijt.

Rem geſtam proſequitur Ioannes Baptiſta Adrianus, Florentinus, in Hiſtoriis. Tribuno benemerenti Farneſiani Principes, in Sancti Dominici Templo, Parmæ illuſtri, Sepulchrum erexerunt; extatque inſuper Aſculi in D. Michaelis Magni Templo, clariſſimi, & ſtrenui militis nobile monumentum. Franciſcus verò Saccoccia, Iulii è ſorore nepos, auunculi veſtigiis inhærens, annis circiter xxxv. militiæ operam dedit, multaque clara facinora aduerſus Vgonottos, vt vocāt, patrauit in Gallia; ac Tribunus militum electus nomini gloriam peperit immortalem. Multa laude celebratur à P. de Peruſiis Eſcoyel, in Hiſtoriis. Seruat Stemmata Iulii, materno latere Auia fratris, & Franciſci Patris, Celſus Saccoccia, vir honeſtiſſimus, amicus noſter, Mathematicus ingenioſiſſimus.

Fri-

Digitized by Google

Fridericus Ciuccius, inter ſpontaneæ militiæ Martij Columnæ commilitones, in Bello Melitenſi recenſetur à Boſio. Et quoniam grauiter militis officio perfunctus erat, accitus in bellicarum rerum conſilium, in eo prudenter multa geſſit. Hic idem Paulo iv. Pontif. Max. aduerſus Philippum II. Auſtrium Hiſpaniarum Regem bellum gerente, ſupremus totius Eccleſiaſtici exercitus creatus eſt copiarum in aciem inſtruendarum Præfectus; Pompeij item, Proſperique Columnenſium Commilito memoratur ab Antonio Franciſco Cirno. Seruat ataui materno latere, memoriam Franciſcus Maria Sgarilia, patricius Aſculanus, equitum turmę pręfectus. Eadem in expeditione Melitēſi, inter alios claros bellatores, memoratur etiam à Boſio, Iulius Bizarius Aſculanus.

Marianus Pariſianus militum Tribunus, à Sabaudię Duce, cum expedito peditatu ſex auxiliarium cohortium, aduersùs Senensē Remp. pro Etruriæ Duce miſſus Tribunus, bellator ſuo tempore, corporis robore licet puſillo, animi tamen fortitudine præſtantiſſimus, in patria factionum ſtudioſus. Quo nomine carpitur in Pij V. Pont. Max. Hiſtoria. Seruat ataui imaginem Emygdius Pariſianus I. C. amicus noſter; agitque de illo Maltempius Lib. 1.

Iulius Mariani filius, ex Sacra S. Stephani familia antiquæ nobilitatis eques, ob parentis claram memoriam, & eiuſdem merita, magno Etruriæ Duci, Franciſco Medicæo, apprimè dilectus, in primo felicitatis curriculo interijt.

Marianus Marcolinus, Vir ſtrenuus, à Paruta Veneto ſummis laudibus celebratus, Renetium de Ceco ſecutus. Reperitur cuiuſdam nobilis, & generoſi militis Mariani memoria, apud Sgarilios. Fuit hic anno Mccccl xxiv. die X. Auguſti, Dux electus à Florentina Rep. vt conſtat ex diplomate, hoc anno ſcripto.

De Luca Aſçulano, in bello Truentino ducenturione agit Sanſouinus, ad Rouerellam familiam. Seruat Aui fratris memoriam Ioſephus Tutius I. C. & Canonicus Aſculanus exculti ingenii iuuenis, ac nobis multa familiaritate iunctus; qui Tractatum de Iudæis, ad vmbilicum nōdum perductum, Typis committere properat.

Scipionis etiam de Turre, militum ductoris aliqua habetur mentio in Bugloſiij, & Campanæ Hiſtoriis. Hic meruit ſub Venetis. Seruat memoriam Alexander nepos I. C. ac olim Balneoregii, in Tuſcia, pro ſede Apoſtolica Gubernator.

Antonius Milianus, militum Tribunus, ſub Veneta Rep. ſtipendia meritus, in bello Cyprio, multa præclara geſſit; a Turcis captus, publico aere fuit redemptus; totius indè Cretę Regni militiæ Gubernator creatur. Agitur de illuſtri milite, in Hiſtoria Io. Petri Contareni, apud Hieronymum Cattenam, in Bello Nauali ad Echinadas Inſulas, nec non apud Mambrinum Roſeum: apud quem quinetiam aliqua habetur quoq; mentio Ioannis Calcauecchiæ, Sebaſtiani Rubei, atq; Ioannis Marię Rocchę, copiarum in bello Cyprio ductorum. Antonii Miliani effigies ſeruatur apud Milianos; qui etiam clara diplomata, & honeſtiſsimas habent militares miſſiones Iacobi, & Ioannis Franciſci, Fratrum; qui Venetorum peditum duces, proximis hiſce ad Gradiſcam tumultibus, in illius vrbis obſidione occubuere; primus quidem morbo; alius verò lethali bombardæ minoris vulnere interfectus.

Emygdius Turnus, ex patricia de Guerris familia militum Tribunus, Iacobi Boncompagni Legatus, & Mediolanenſium equitum promagiſter; necnon Venetæ peditum militię ſupremus à recenſendis militibus, ob bellicam induſtriam, & morum elegantiam, à Summis Principibus ſtipēdia meritus. Agit de illo Cæſar Campana in Hiſtoriis, Michael Angelus, Matthæi Venæ filius, Vir modeſtiſſimus amicus noſter, Patris auunculi ſeruat imaginem, & miſſiones. Matthæus autem, Emygdii è ſorore nepos, in ipſius defuncti locum, ſub Clemēte VIII. equitum turmæ ſubrogatus eſt. Seruat diploma idē Michael Angelus eius filius.

Multa occurrunt clara nomina in Odoarda familia, quam primariæ vetuſtiſſimęque nobilitatis, Odoguardam etiam, & Catilinenſem dixere, Romanis Catilinis, & ab ipſo Lucio, famoſæ coniurationis auctore, manantem. Quod probant Maiorem traditio, generis nomen, gentilitij Stemmatis, & multorum lapidum inſcriptiones, plura ſcripta, & præalijs

vetus

vetus Cronicon ſub anno 759. quo nobilis Contes Catallinus Odoardus ſummo nobilium diſſidio Arbiter recenſetur. Ex ea Franciſcus Gualterij Odoardi circa annum 1311. tenuit Caſtrum Lamæ, cuius olim vetuſtate collapſi retinet adhuc inter ampla prædia minoſas maceries Brutus Odoardus Dux equitum ſub Paulo V. Pont. Gentiles, Franciſci filius, anno 1350. vltra paternũ Lamæ dominatum habuit Caſtrum, & Pagos Montis Adę, bona dotalia Gualfredinæ vxoris, filiæ Vinciguerræ Iordani, quę per acta Ser Angeli Orbetani mortuo iam viro Aſculanæ illius vendidit Ciuitati anno 1359. Conſtantinus Aſculanus ſub Paulo III. militum ductor, bellator ſtrenuus, cuius meminit Cypr. Manentes Hiſt. vol. 2. Hunc credo Baſilij Odoardi primogenitum, D. Bruti auum, niſi Conſtantinus corrrupte legatur pro Conſtantio Malaſpina, hic enim ſub Paulo III. militauit, Octauium Farneſium ſecutus in Germaniam ſub auſpicijs Caroli V. vt in Hiſt. & ex cœnotaphio patet.

Lucius filius quinquenniũ apud Belgas grauitèr præliatus fuit ibi Equitum turmę Aquilifer ſub Alexandro Farneſio, & apud Venetos Ducenturio. De Odoardo Odoardo, Conſtantini fratre, Militum Tribuno, Alæ Præfecto &c. multis agerem, niſi eo me onere leuaſſent Ægyd. Chaiſſius Auenionenſis in funebri concione edita, & Theodorus Albertinus I. C. Aſculanus, multis vulgatis in eius laudem poetarum carminibus, & deſcriptis funera libus iuſtis, quibus Bononiæ, vbi obijt Brutus ex fratre pronepos, ſplendidiſſim patentauit. Apponam ſolum Theodori Elogium.

D. O. M.
ODOARDVS. ODOARDVS ASCVLANVS.
Vixit, Et. Obijt.
Neque. Ignotus. Vixit. Qui. ex. Antiquiſs.
Catelinar. Genere.
Iuuenis. In. Patria. Suis. Ciuibus. Pugnax.
Vir. In. Gallia. Aduerſus. Vgonottus.
Bellator.
Senior. Bononiæ. Velitum. Præfectus.
Acer. Et. Peruigil. Eſt. Agnitus.

Neque

Neque. Inhonoratus. Vixit. Qui. A Pio. V.
Aciei. Ductor.
A. Sixto. V. Tum. In. Ditione. Auenion.
Arcibus. Et. Peditat.
Tum. In. Bonon. Peditatui Et. Equitatui.
Præpoſitus. Generalis. Conſtitutus.
A Succeſſoribus. Summ. Pontificibus.
In. Summum. Vſque. Diem.
Comprobatus. Et. In. Præfectura.
Confirmatus.
Neque. Non. Longæuus. Vixit. Qui.
Nouem. Nouennia.
Incolumi. Senecta. Superauit.
Liberalis. Magnificus. Magnanimus.
Laudabilis. Vixit. Lacrymabilis.

Ejus filius Baſilius, bellica gloria illuſtris, pro fide Ortodoxa Eccleſiaſticus Ducenturio fortitèr in Gallia aduerſus Hæticos pugnauit. Cæſar, alius Odoardi frater in Bello Senenſi Ducenturio Strenue pro Gallis decertans glorioſa morte procubuit. Huius merita Chaiſſius luculenter celebrat. Eius vero, & plurimorum præterea Maiorum clara diplomata militaria Brutus ſeruat, futura ſanè generoſæ poſteritati magnum ad gloriam incitamentum.

Vincentius Pariſianus, Brandimartis filius, Piccioni militum ducis nepos, in Gallia primo ſuæ ſpontis miles; poſtmodum Eccleſiaſticæ Triremis, in patris locum præfectus ſubrogatus; necnon aduerſus latrones, & perduelliones in Latio Alæ præfectus: proximis autem Pannonicis, Illyricis, Germanicisque motibus, ad Caniſium, Iauarinum, Strigonium, Comaram, bellator ſtrenuus, Flaminij, Delphinii, equitum magiſtri legatus; torque inſuper aureo, & equo ſtrato, ob rem ſtrenuè geſtam, donatus à Matthia Auſtrio, qui poſtea Rom. Imp. acclamatus eſt, cum parua ſiquidem equitum manu miſſus explorator, innumeris Turcarum turmis, vi irrumpentibus, impauidus pugnans, militari obſtitit ſagacitate, & inuictus, ſine commilitonum offenſa; nec tamen ſine hoſtium ſanguine, ſpectante Matthia, in caſtra tutus ſeſe recepit

pit

Digitized by Google

pit. Agit de illo Cęſar Campaña. Cœlius autem Pariſianus, Vincentii ſanguine germanus, ac bellicæ eius virtutis æmulus, in Gallia, tum ſuæ ſpontis, tum Henrici IV. ſtipendiarius miles; poſtea peditum ſemel, ac iterum, in Pannonijs ducenturio, ibidemque à conſiliis bellicis, & militum Tribunus, magna nominis gloria. Præfuit tandem in Ferrarienſi dominio Eccleſiaſtico equitatui; de quo idē Campana. Legitur Ferrariæ, in ipſius ſepulchro, epigramma. Æmilius Cœlii filius, Aſculanorum in Statiuis Dux, patris, ac patrui illuſtres ſeruat miſſiones.

Raymundus verò, ob vultus, & animi candorem, vulgò Piccionus nominatus, Vincentii, atque Cœlii frater natu minor, à Ioanne Franciſco Aldobrandino, Clementis VIII. Pont. M. e fratre nepote, vnicè amatus, atque equitum Alæ, labararius, & Aquilifer electus, cum ad illuſtriora militaria munera præpeti gradu properaret, obiit Romæ, in ipſo pubertatis flore, non ſine omnium lacrymis.

Horatii Aluitreti, Eccleſiaſticarum copiarum Tribuni, vidi Romæ in marmore memoriam, apud D. Auguſtini Fanum. Epitaphii exemplar hic non appono; cum ad manus non ſit. Seruat aui clara diplomata Horatius Iunior, nobilis adoleſcens.

De Ioanne Antonio Coro, patricio ſic legitur Aſculi, ad D. Mariæ Annunciatæ, in lapide.

D. O. M.
IOANNI. ANTONIO. CORO. VIRO. DOMI.
FORISQVE. CLARO.
HELVETICORVM. PEDITVM. IN. GALLIA. NARBONENSI. DVCENTVRIO.
A. CLEM. VIII. IN. PANNONIAM BELLI. TEMPORE.
FRVMENTARIÆ. REI. MISSO. PRÆFECTO.
IN. LEONIS. XI. INTER. REGNO. ROMÆ. AD. IRRVPTIONES. COHIBENDAS.
CENTVRIONI. CONSTITVTO.
A. RAINVTIO. PARMÆ. DVCE. SAMNITICIS.
GVBERNIIS. COHONESTATO.

FRA-

FRATRI. BENEMERENTI. CHRYSIPPVS. ET.
VIRGILIVS. MOESTISSIMI.
P. P.
VIXIT. ANN. LIII.

Octauium vero iſtorum alium fratrem, diù Lucenſis Reip. ſtipendia meritũ, militum Tribunum, & à Senatu Ven. Sudæ Arcis gubernatorem conſtitutum, miſſum facio: viuit enim adhucnum iuxta noſtrum propoſitum, mortuos tantum recenſeamus.

Vincentium Sgarilia militum ducem, Mauritii Mori Veneti carmine celebratum lego; cuius viri extat clara memoria marmorea in D. Auguſtini Templo, vbi ſic legitur.

D. O. M.
Vincentio. Sgariliæ. Patricio. Aſculano.
Strenuo. Fortique. Viro.
Ductoris. Copiarum. Munere. Sub. Auſpicijs. Reip.
Venetæ. Egregiè. Functo.
Ob. Spectatam. Virtutem. Pleriſque. Principibus.
Viris. In Primis. Caro.
Stipendijs. Etiàm. A. Magno. Etruriæ. Duce.
Cohoneſtato.
Ioſephus. Sgarilia. Parenti. Optimo. P.
Vixit. Ann. LVI Obiit. Anno. ab Orbe. Redempto.
MDCII. Die. Vltima. Martii.

Sgarilia verò Vincentij f. ſemel, ac iterum in bellis Hungaricis, ſub Clem. VIII. ducenturio ob impauidam pluries conteſtatam militarem fortitudinem, omnium ore celebratur.

Gaſparis verò Vincentij Sgariliæ. P. centurionis, in populari ſeditione interfecti extat illuſtre ſepulchum, ad Ædem Sanctæ Mariæ Maioris Aſculi, cum non inerudita inſcriptione, quam hic refero.

D. O. M.

Digitized by Google

D. O M.

Gaſpar.Sgarilius.Heros.Mauortius.Cēturiæq.EΞ ARXOΣ
Forma.Nobilitate.opibus.ac.probitate.inſignis.in.populari.
Seditione.intrepide.dimicans.Humanoq.Fulmine.in.capite
vix.percuſſus. Dijs.iratis. florenti.ætate.communiq.omniū.
luctu.cecidit. Coniuge.Natiſq. procurantibus. benemerens.
Stemmate. hoc. exornatur.

Hos ſtrenuos milites comitentur eiuſdem familiæ nobiles viri, Goliaſſus,& Paris de Sgariliis,in familiares, domeſticos, & continuos commenſales electi, recepti, ac etiam deputati, aliorumque familiarium domeſticorum, & continuorum commenſalium numero, ac conſortio aggregati à Ludouico,Tit. S. Laurentii in Damaſo S. R.E.Presb.Cardinali,Patriarcha Aquileienſi Sanctiſſimi D.D. Papæ Pij Pont. Anno II. vti ex literis apud nobilē virum Cap. Franciſcum Mariam de Sgariliis proſtantibus patet, his verbis.

Ludouicus, miſeratione Diuina Tit. Sancti Laurentij in Damaſo S.R.E. Presbyter Cardinalis,Patriarcha Aquileienſi. SS. D. N. Papæ. Camerarius, nobilibus Viris, Goliaſſo Oddi,& Paridi de Sgariliis de Eſculo, dilectis noſtris ſalutem in Domino ſempiternam. Generis veſtri nobilitas, necnon ingens affectio, &c.

Floruit Marianus Sgarilius militum dux,bello Florentinæ Reipub. cuius fortitudine vſa fuit in quadam expeditione magni momenti; partes primò ſecutus Ioannis Renati, Regis Audegauenſis filii, contra Ferdinandum, Bello Ciuili Neapolitano. Idem equitum Turmas duxit in Galliam; pro Republica Veneta.

Pantolfus Talmontes Sgarilius, Dynaſtes fuit Caſtri Giſmundi, quod poſtea Aſculanæ Ciuitati vendidit.

Leonardus Talmontes Sgarilius,Palarettæ Comes à ſacris fuit Regi Vladislao.

Alcides Veramontes,bellator fortis, pueritiæ proximus,in Gallia ſpontis ſuæ miles, ducenturio; poſtea ſemel, ac iterum aduerſus Vgonottos ſic dictos, à Philippo Emanuele

Lotharingio, Gallicarum copiarum Imperatore electus, vti ex literis datis Rhemi, die xx. Aprilis MDLXXXIII. ac ex aliis datis apud Nannnetes 3. Maii MDLXXX. Duarum indè regiarum Triremium præfectus, atque Henrici III. Galliarũ, & Poloniæ Regis diplomatibus ſummopere commendatus, datis Pariſijs die xxix. Ianuarii MDLXXXVII. Reg. xiv. indè apud Santones, Broagii Arcis, ac Burdegalæ Gubernator: in Gallia item Alæ militũ præfectus; vti ex ijſdẽ diplomatibus patet. Honeſtam inſuper miſſionem accepit ab Antonio Luſitaniæ Rege, datis literis in Angla die vi. Nouembris, MDLXXXIII. Commendatus item teſtimonio Alberti Gundij, Gallicarum Triremium Thalaſſiarchi, datis literis Pariſijs, die xx. Auguſti MDLXXXVII. In Italiam dein reuerſus, à Clemente VIII. Pontif. Max. Vmbricæ militiæ Tribunus creatus; atquè primo, & ſecundo Hungarico bello, muralium Tormentorum maiorum Commiſſarius Generalis conſtitutus; Arcium inſuper Anconæ cuſtos; cui aliquando ſubrogatus Camillus, Alcidis pater; ac in Ferrarienſi tandem expeditione tormentorum muralium maiorum ſummus præfectus. Vidi fidei publicæ literas, penès Emygdium Pariſianum I.C. Alcidis è ſorore nepotem.

Franciſcus Lentus, Patricius Aſculanus, in tumultu Parmenſi, à Paulo III. Summo Pont. dux electus, Anno Domini MDLI. Poſtmodum apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam militum Chiliarchus conſtitutus.

Horatius Lentus Aſculanus, copiarum inſtructor, meruit ſtipendia ſub Repub. Veneta, Anno MDLXXXVIII. Seruat monumenta Ioſephus Lentus. Ioannes Franciſcus, ex eadem Lentorum ſobole ducenturio, meruit ſtipendia ſub Paulo VI. ſtrenuèque ſe geſſit in motibus Parmenſibus. Legitur eius Cœnotaphium in Eccleſia Sancti Angeli Magni.

Hæc in tranſcurſu de Viris Illuſtribus; poſſem tandem, & alios, militiæ addictos recenſere; verum de iis, prout de familiis verba facere abſtineo; nedum eos celebriores reddere calamo ſtudeo, potius offendã; noui enim flagrantẽ inter

partes

partes inuidiam ; nec ſcio, quo ſuo quiſque loco ſit collocandus. Solummodo paucis referam viginti familias, ex Germania oriundas.

Familia Aſtoltij, baroniſſa Montis acuti, & ſaxi Piſili, atque Patrona Collotij, & dimidij caſtri Toni.

Corradutij, Baroniſſa Caſtri Veteris.

Emanuelis, patrona Montis Alti, anno 1338.

Gaufridi, Baroniſſa Sancti Homeri, anno 1195.

Gualtieri, Patrona Riuiſtini, anno 1341.

Hiordani, Baroniſſa Montis Adami 1358.

Iacobi, Baroniſſa loci, vulgò la Macchia.

Martelli Martelleſchi, Patrona Fozzani, & aliorum locorum.

Monalda, patrona Caſtri Petræ Altæ, anno 1297.

Nobilium Montis Paſſilli, anno 1292.

Paduli, Patrona Collotij, anno 1357.

Raynaldi, Baroniſſa Caſtri Caroſiæ, Alex. IV. temporibus.

Dicti Raynaldi, Baroniſſa ſancti Poli, & Caſtorani.

Saladini, Patrona Caſtri, vulgò Beluedere, anno 1307.

Sigolfi, & Mainardi, Baroniſſa Poleſij, anno 1098.

Talamontis ex Comitatu Palarettæ, anno 1413.

Tibaldeſchi tandem, & Viperæ nobiliſſimæ familiæ, atque Venæ Collinæ familia, Baroniſſa Caſtri ſaxi Piſilli, anno 1449.

Finis Libri Quarti.

SEBASTIANI
ANDREANTONELLI
IVRISP. ASCVLANI
ASCVLANÆ ECCLESIÆ
HISTORIARVM
LIBER VNICVS.

ASCVLANA, ſiuè Eſculana Eccleſia (nam vtroque modo legitur in Actis Pontificum) in Piceno ſuburbicario, cęterarum Eccleſiarum antiquiſſima, atque Primaria multis nominibus, ob amplos redditus inclyta, ac venerabilis. Illam Sanctus Marcellus Papa Apoſtolica plantauit auctoritate; Diuus autem Emicidius, ſiue Emygdius proprio rigauit ſanguine, Deuſque eidem, ob Sanctiſſimorum Antiſtitum merita, incrementum dedit.

Cuius antiqua Diœceſis iure dici poterat ampliſſima; fines enim illius in latitudinem, ab Aſo fluuio ad vſque Montis Poli radices; in longitudinem verò, ab Hadriatico litore, ad Amantinorum decliuia, Spoletaniq; Ducatus terminos exporrigebantur, propè Nurſiam. Quæ inquam his,

atque

atque adeò amplo terrarum ambitu continebantur Caſtra, Oppidaque, ſuis cum pagis, Plebibus, & Eccleſiis, ſub Aſculani Comitatus nomine, Antiſtitum parebant dominio. Qui quidem non vno Auguſtorum, Regumque mandato; nec vno ſummorum Pontificum reſcripto, huius tùm Ciuitatis, tùm Comitatus pleno iure declarati, confirmatique Dynaſtes, populis ſibi ſubiectis, non diuina duntaxat, ſed humana quoque iura præſcribebant, Vicecomites locorum creabant, Caſtra Viris nobilibus, Feudi iure donabant, a Domicellis, homagium vocant, hoc eſt ſubmiſſi obſequij, & fidelitatis iuramenta recipiebant, nundinas prolubitu, vbiq; locorum ſubiecti ſibi dominij inſtituebant, pedagia, & nauia exigebant, numos argenteos cudebant, baculos quandoque inauratos geſtabant, & ſingulari quadam prærogatiua, non vt cæterarum Eccleſiarum Præſules, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia; ſed, miſeratione Diuina ſcribebantur Epiſcopi. Qui, his temporibus, titulus ſolis Cardinalibus competit. At nũc Ancarani, frequentis vtique, clarique Caſtelli Barones, Pontificalis Aulæ Comitum, Sacrique Romani Imperij Principum glorioſa retinent nomina. Præſens autem ſuperſtes Diœceſis, multis licet locis à nouarum Cathedralium, & Baſilicarum ſubſtructionibus diſpertita fuerit; haud tamen anguſta eſt: cõplectitur enim Ciuitatem ipſam Aſculanam, cum toto fere illius Comitatu, paucis exceptis Villulis, & Caſtellis; quorum quædam Firmano Archiepiſcopo; quædam verò tum Aprutino, tùm Ripano, tum etiam Montaltenſi ſubiacent Epiſcopis. Continet inſuper Oppida illuſtriora quatuor; multa verò Caſtra minora, & pagos, ſiue Villas, multò plures. Confinis eſt Diœceſi Firmi, Spoleti, Reates, Therami, ſiuè Aprutinæ, Ripętranſonis, & Montisalti.

Cæterum, vt de ſingulis locis breuiter aliqua ad religionem præſertim ſpectantia attingamus, à Ciuitate ipſa ſordiri non alienum duco.

Aſculana Ciuitas, quæ Marſorum Metropolis, Catone Auctore, Picenæ gentis Caput, Floro, & Piceni Colonia nobiliſſima cenſetur, Plinio, ad radices Apennini ſita eſt, alto

quodam

Digitized by Google

quodam in ſaxeto, & in planitie circumiacente; cui quidē, præterquam ad Orientem, vndequaque imminent montes, nullis penetràbiles exercitibus. Duorum fluminum, Truenti nimirum, & Caſtellani Securſu alluitur, & circundabatur, præterquā ad Occidentē, quo loco, breui foſsa, in Inſulā quidē efformaretur, ni iā exporrigeretur in Iſthmum. Occupat in longitudinem milliarium, tribus ferè millibus muro cincta, in ſex antiquitus diuiſa Regiones, quas vocabant Seſterios; nunc autem in quatuor tantum, & Quarterios appellant, Diuorum ſcil. Emygdii, Mariæ inter Vineas, Venantii, & Iacobi nominibus nuncupatos. Quatuor ſuprà viginti habet vicos, quos vernacula lingua Clamas vocant: continet priuatos lares bis mille, & quingentos. Multa equidem Vrbem illuſtrem, ac munitā efficiunt, Arces ſcil. duæ, præaltæ Turres centum, ad hoſtium impetus propulſandos, & potentiam, nobilitatemque Ciuium oſtentandam, ab antiquis conſtructæ; quarum qninquaginta nunc dirutæ. Sex Pontes mirabili architectura exſtructi, Portæ nouem, nitidiſſimæ, latiſſimæque viæ, atque plateæ lateribus ſtratæ, ampla fora, ſplendida palatia, in quorum ſingulis effoſſi putei, atque hortuli habenrur. Templa denique, & Religioſorum Monaſteria magnifica; de quibus, ceteris prætermiſſis, hic fuſius agere propoſitum eſt.

Cathedralis Eccleſia, Epiſcopi Regiæ adiacet, Diuæ MARIÆ Maioris nomine, ac Diui Emygdii patrocinio dedicata, ſita eſt ad Orientem; ante cuius portas Forum ſatis amplum exporrigitur, Arringum vulgo nuncupant, quæ vox latinis Agonem ſonat; quod Agonalia ibi fortaſſe celebrata antiquitus; nunc autem ibidem luſtrantur milites, eduntur que ludi, atque ſpectacula.

Corinthiaca architectura, vndequaque, ex viuis quadratis lapidibus conſtructa eſt, cuius frontiſpicium, Aſculanæ Vrbis inſignia, Caſſarum nempe uocant, ad amusſim repræſentaret, quod rarum eſt, ſi quæ diruta eſt Turris cornu dextero, adderetur alteri ſiniſtrorſum erectæ. Templum non minus ſpatioſum, quam ſpecioſum, longitudine palm. cccix. latitudine xxx. cum dimidio complectitur. Tres intus

habet

habet ex lateribus fornices, quorum medius, vt amplior, ità & altior. ſex integris octangulis, quatuor verò dimidiatis, ſuffultus columnis, ſingulis ex quadrato lapide, cum ſuis arcubus. teſtudinibusque affabre elaboratis, inferius ſtratum efformantibus, populis, & in primis mulieribus deſtinatum. Ab hoc ad medium aſcenditur, interiacenti arcu diuiſum, Præſidi, quem nunc Gubernatorem vocant, Decurionibus, Magiſtratui, Spectabilioribuſque Ciuibus aſſignatum, dum ſollemnibus interſunt, & concionibus. Super quod quidem medium pauimentũ, aſſurgit Cupula, ſeu fornix altus ſatis, & elegans, quatuor arcubus ſuffultus, cum ſuis lateribus, qui efformant ſacella, ac teſtudinibus quadratis. Inter primum autem, mediumque pauimentum erecta cernuntur Organa ſiniſtrorſum, quæ quidem ob artem Antonii Muæi Antuerpienſis, illorum artificis, atque ſumptus magnificentiam, omnino ad pompam exſtructa. Tertium denique pauimentum, ceteris ſuperius, occupatur à Clero; in cuius medio attollitur Ara Maxima, cũ inſigni ligneo Tabernaculo, vndequaque inaurato. Opus Georgii Vaſarii, Florentini, Viri, cęlo, penicillo, & calamo æquè celebris; ante pẽdet lychnuchus aureus ex teſtudinis, vel cupulæ meditullio, ſex argenteis lampadibus refulgens; à dextris Sedes radiat Epiſcopalis; è regione ſacra panditur Ædicula, quam ruditer, ad alterius maioris diſcrimen, paruam appellant Sacriſtiam, vbi conueniunt Canonici ad negotia diſcutienda congregati. Ad vſum autem, atque ad Pſallentium commodum; adeſt Tribuna, cũ triplicis ordinis Choro: in cuius ſuprema parte Antiſtitis Thronus coruſcat, & quidem in ſuperiori Ordine, Canonicorum; in medio, Manſionariorum, vt vocant, a Sacris quotidie celebrandis vtrinque Scala; & in inferiori, venerabilis Seminarii Clericorum ſubſellia. Canonici numerantur duodecim, & Archidiaconus, vnica nunc dignitas. Fuerunt quidem olim aliæ quatuordecim dignitates, Archipresbyteri nimirum, Primicerii, Prępoſiti, atque Manſionarii; verum temporis lapſu horum ſuppreſſæ præbendæ vulgo ſeu cẽſus. Vtuntur Cappis, vel palliolis Epiſcopalibus Optioniſq, fruuntur priuilegio: Antiquitus eligebant Epi-

ſcopos,

ſcopos, confirmabantque in Caſtris, Pemontis, Columnatæ, & Maltignani Vicecomites; verum nunc dirutis prioribus, Maltignani Barones ſunt. Oppidum propè Aprutii fines; quibuſdam in Parochiis, ex antiqua conſuetudine, Rectores inſtituunt, Manſionarii, numero ſex, iique præbendati, vulgò, beneficiorũ ſcil. Eccleſiaſticorũ participes perpetui. Sũt & miniſtri ad tempus, Præfectus Chori, Muſici, Organiſta, Sacrario præfecti, & eorum miniſtri, ceterique inferioris conditionis.

Sunt in hoc Templo Altaria viginti, & quidem ſplendida; illud autem in primis maiori cultu venerandum, quod Beatę Virginis Lauretanæ argenteũ exornat ſimulachrum, priuilegio pro defunctis condecoratum; ſunt præterea inanes tumuli, ac cœnotaphia in hoc Templo, parietibus adſtructa quamplurima.

Sacrarium Maius amplum eſt, nitidum, conſpicuum, atque ſalubre; in quo ſunt armaria, veſtibus recondendis, lignea, ſegmentata, cùm capſulis, & loculis, ordine, opereque multiplici diſtincta; ſuntque altaria duo lignea; in ornatiori, Canonici; in altero verò ceteri Eccleſiæ Sacerdotes, ſacra facturi, ſacris induuntur veſtimentis. Adhęret Sacrario Hortulus, parietibus concluſus, vbi puteus, vbi floſculi, in Altarium ornamentum.

Inter minus, & maius Sacrarium eſt gazophylaciũ, in quo recondita pretioſa ſcriptorum cuſtodiuntur monumenta, Summorum ſcil. Pontificum diplomata, & Imperatorum, Regumque priuilegia, aureo quinetiam ſigno munita; ſeruantur & litui, lampades, Cruces, Candelabra, Calyces, Patenæ, Thuribula, Luſtralis aquæ Vaſcula, cum aſpergillis, aliaque ſacra pretioſa ſuppellectilia: atque in primis, quæ antependet tabula maxima ex argento ſolido conſpicua, in qua vitæ, mortiſque Chriſti Saluatoris expreſſa ſunt myſteria; necnon Pallium, ſolidis Margaritis intextum, munere Nicolai Papæ Quarti; & Argenteum ſimulachrum Sancti Emygdii, viuã eiuſdem imaginem, & Staturam ad amuſſim exprimens. Seruantur deniq; ibidem Sanctorum reliquię, & venerandæ imagines, in quibus recenſentur, fruſtum Sacræ

Co-

Columnę, ad quã Chriſtus fuit flagellatus. Miraculoſa Virginis, Chriſtum lactantis imago, à Diuo Luca, vt fertur, depicta, eiuſdem Nicolai IV. donum; dexterum S. Emygdii, benedicentis inſtar, brachium; necnon ſancti Benedicti Martyris caput, loculis vtrumque argenteis incluſum.

Ipſi Templo ſubeſt Eccleſia, quæ licet ſubterranea, perſpicua tamen eſt: Ad illã, tum ad dexteram, tum ad læuam per gradus quindecim deſcenſus eſt facilis; ſeptem ſupra ſexaginta fulcitur ſolidis, tùm lapideis, tùm marmoreis columnis; tribus item Aris exornata: in quarum celebriori, Diuo Emygdio dicata, ſub arca marmorea argentea, ferreis cancellis inauratis circunſepta, recondita ſunt eiusdẽ Emygdij, ſociorumque corpora. Legitur ibidem verſiculus.

CVM SOCIIS ALIIS EMIGDIVS HIC REQVISCIT.

Fuerunt autem alii eiuſdem ſocii, Euplus, Germanus, ac Valentinus. Retrorſum autem, aſſurgit loculus lapideus, quem piè deoſculantur fideles; ibi enim alii ſanctorum conditi cineres; quorum tamen nomina ſcripta ſunt in Cœlis. In ſuperiori autem Eccleſia, aſſeruari oſſa Diui Chriſtantiani Leuitæ, & Martyris; necnon Sanctæ Veneris Virginis, & Martyris, affirmant alii. Extitit olim Altare, Beato Saladino dicatum; cuius cineres ibi concludi, docent antiqua Eccleſiæ monumenta. Legitur inſuper in marmore quodam humatum Sanctum Auguſtinum Eremitam, cum ab eo progenitis; necnon ſub alio lapide ſepultum Hieronymum Tuberum, Presbyterum; cui monumentum poſuere Canonici, ob vitam piè, ſancteque peractam. Ab huius templi latere, ædes ſunt Canonicorum, quas vocant Canonicas, Clauſtrum ſatis amplum efformantes.

Venerabile Clericorum Seminarium, à Petro Camariano Epiſcopo excitatum, non longè diſtat ab hoc Templo, via tantum intercurrente, ſitum, vbi olim fuit Xenodochium, cum Eccleſia Sanctæ Luciæ; auctum & à fundamentis inſtauratum, ſub auſpicijs Fratris Hieronymi Berne-

Digitized by Google

rii Prædicatorum cœtus, S. R. E. Cardinalis Epiſcopi, & Principis Aſculani.

Quatuor ſupra viginti alumni, conuictoreſque hactenùs numerabantur, hoc in Seminario habitantes Clerici: quorum tamen nunc numerus diminutus, non quidem prouentus inopia; ſed quod data Ieſuitarũ commodiori opportunitate, iuuenes ad eorum Collegium, ſtudiorum cauſa frequentes confluunt.

Præter Baſilicas, hac in Ciuitate quatuordecim numerantur Parochiales Eccleſiæ. Prima in ipſo Templo maximo, ſub cura Archidiaconi, qui ſuum ibi perpetuum ſubſtitutum habet Vicarium; in ea ſemotum Baptiſterium, antiquiſſimum vtique, pulcherrimumque, cum Eccleſia, Diuo Iohanni, Chriſtum baptizantis dedicatum. Secunda Eccleſia Sanctæ Mariæ inter Vineas, antiquitùs Collegiata, habet Plebanum, & quinque Clericatus. Tertia Eccleſia SS. Anaſtaſij, & Siluestri, antiquitus item Collegiata, habet Priorem, & duos Clericatus. Plures in ea ſeruantur SS. Reliquię; fuitque ibidem Laicorum Confraternitas vulgo, ſeu ſocietas, nomine Diſciplinæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quarta Eccleſia S. Iacobi Apoſtoli, habet Præpoſitum, & vnum Clericatum. Quinta Eccleſia Sancti Leonardi Confeſſoris, habet Plebanum, eique annexæ ſunt, Eccleſia Sanctæ Marię Magdalenæ in Faieta, & S. Tuſſiæ, in Territorio Caſturani; huius verò Eccleſiæ Clericos in Apoſtolicum ſuſcepit patrocinium Honorius.... Sexta Eccleſia S. Andreæ Apoſtoli, habet Præpoſitum illique olim fuit adiunctum Xenodochium Sancti Pamphili, extra Portam Romanam. Septima ſuperiori annexa, Eccleſia Sanctæ Crucis, habuit Priorem, ſeu Præpoſitum ex Congregatione Sanctæ Crucis de Auellana; vnicum verò habet Clericatum. Octaua Eccleſia S. Thomæ Apoſtoli, iuriſdictioni Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ ſubiecta, habet Vicarium perpetuum; nobilis olim Collegiata Canonicorum eiuſdem Lateranenſis Eccleſiæ, habuit Præpoſitum, ad quem extat Innocentij III. reſcriptum, in cap Iacobus de Simon. Vnicum nunc habet Clericatum; eſtque eidem annexa Eccleſia S. Bartholomęi, extra Pontem

Sole-

Soleſtanum, vbi antiquitùs fuit Xenodochium, & habuit Præpoſitum; atque Eccleſia Sanctę Catharinæ, ibidem olim conſtructa, iam diruta eſt. Nona Eccleſia Sancti Iuliani Martyris, habet Præpoſitum. Decima Eccleſia S. Martini Turonenſis, habet Præpoſitum, & Vnicum Clericatum. Vndecima Eccleſia S. Gregorii Magni, habet Plebanum, & annexam Eccleſiam Sancti Ioannis de Octauo, cuius superſunt tantummodò veſtigia. Duodecima Eccleſia SS. Victoris, & Euſtachii, fuit olim Collegiata; proprium verò nunc habet Plebanum, & duos Clericatus; atque inſuper annexam aliam Parochialem Eccleſiam, nomine Sanctæ Mariæ de Podio Brietæ, & nonnullas alias, ſed dirutas. Decimatertia Eccleſia Sancti Angeli Magni, ſub cura Monachorum Montis Oliueti, habet Vicarium ad tempus. Decimaquarta Eccleſia SS. Petri, & Ioannis de Cryptis, proprium habet Plebanum; non tamen Parochianos vulgo, ſeu ſacrorum præfectos Fuit verò præteritis annis ſuppreſſa alia parochia ſic dicta, in Eccleſia Sancti Venantii, quę ſuum habuit Plebanum, fuitque olim Collegiata.

Sunt præterea in Ciuitate, & iuxtà eandem Religioſorum virorum Monaſteria Vndecim; Sacrarum verò Veſtalium quinque, & quidem ſingula, non vno nomine venerabilia, & memorabilia.

Primum, cæteriſque antiquius, Monaſterium eſt nomine Sancti Angeli Magni, in Texello, cuius Eccleſia, non vtique venuſtate, nec ſumptibus, quanquam moles cedit aliis: ſiquidem ibi viſuntur Columnæ amethyſtinæ, antiquorum Imperatorum præferentes Maieſtatem, quorum iuris fuiſſe olim locum hunc, non vno diplomate ipſi profitentur Auguſti. Præter Columnas, trium ſcilicet Eccleſiæ fornicum fulcimento, ſunt eadem in Eccleſia Organa, Subſelliaque, ac Sacrariũ, omniaq; ſimul cœnobij membra, ſibi inuicẽ reſpondentia, ſumptu, & ſpectabilia. Hoc incolunt nunc Monachi Oliuetani, quorum Abbas Mithram gerit, & lituũ; à primęua autem fundatione hoc habuere Sacræ Veſtales, ex Diui Benedicti norma, quæ poſtea Sanctæ Claræ inſtitutum amplexæ fuerunt. Cœnobium hoc Apoſtolica pariter, at-

Digitized by Google

que Auguſtali tutela gaudet, Abbatiſſiſq; primitùs confirmata, Cereſiæ, Ciuitoniciq;Oppidulorum temporalis, ſeù ſæcularis iurisdictio; iiſdemque paruere, tùm parochiales, tùm rurales Eccleſię quamplures,quarum nomina hic ſubiiciũtur.Et primo quidem intra Vrbem, Sancti Angeli Minoris, in Plateola; extrà verò,S. Petri de Aquario, S Venantij in plagis, S. Pauli de Pinea,S. Leonardi item de Pinea,Sanctę Mariæ de Mognano, S. Sauini de Gimiliano, S.Ioannis de Tronzano, S.Silueſtri de Riuo Sancto, S.Angeli de Cereſia, S.Nicolai de Ciuitonico, S.Emygdii de Mermellone,S.Petri de Rongone, S. Emygdii de Fulca, S. Silueſtri de Podio, S. Ioannis de Montecucullo, S.Petri denique, ac S.Silueſtri, propè Caſtrum Montis Elponis. Harum quidem periere nonnullæ; aliquæ verò ſuperſtites adhuc, Monachorum ſubiacent dominio. Seruantur in Monaſterio venerandæ antiquitatis monumenta, Bullę nimirum Apoſtolicæ Alexandri III. Honorii III. Gregorii IX. Innocentii IV. Alexandri IV. Nicolai III. Martini II. vulgò IV. Honorii IV. Nicolai IV. Bonifacii VIII. Iohannis XXII. Vrbani VI. aliorumque Romanorum Pontificum; ſeruantur & Auguſtalia pretioſa diplomata tutelaria Henrici VI. atque Friderici II. iuxtà cum peruetuſtis aliorum Principum, & Epiſcoporum priuilegiis, tabellionumque inſtrumentis, non in præfatarum Veſtaliũ ſolummodo; ſed etiam ad aliorum quorundam, tùm Cœnobiorum; tùm Eccleſiarum gratiam ſtipulatis, & tranſactis. Horum verò hic meminiſſe non alienum duco; fueruntque celebriora Cœnobia nobis memoranda, cum annexis priuilegiis, ac aliis ad ea pertinentibus. Primum quidem fuit Monaſterium Sancti Angeli ab Vlturino, ſub regimine Eremitarum Benedictinorum, cuius Præſul Generalis toti præfuit Congregationi; quæ quidem in Aſculana dumtaxat, Reatinaque, & Aprutina Diœceſi habuit Eremos,cellulas, & Eccleſias;parebant autem huic Monaſterio, veluti membra, Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Sanctæ Mariæ in Montepoli, S.Mariæ interfoci, S.Benedicti, S.Sauini, S.Mariæ de Teſano, S.Crucis de Padule, S. Angeli de Nocella, ac denique S.Laurentii de Mozano,inpatrocinium Apoſtolicæ

Sedis

Sedis ſuſceptum fuit à Greg. IX. Innocentio IV. Alexandro IV. Nicolao III. ac Bonifacio VIII. Secundum fuit Monaſterium nomine S. Laurentii de Plagis, eiuſdem Eremitici Benedictini instituti, Præſuli quinetiam patere ſolitum, ſub Apoſtolica item tutela, à Nicolao III. Bonifacioque VIII. cui ſubiacebant Eccleſiæ S. Benedicti de S. Flauiano, Sanctæ Crucis, & S. Bartholomæi de Amantia, Sancti Angeli de Vulturna, S. Mariæ Interfurcas, S. Franciſci, & S. Mariæ Magdalenæ Montiſpoli; ac etiam Eccleſia in Valle de Nouero, & Eccleſia S. Mariæ de Cerro. Tertium fuit Monaſterium, nomine S. Angeli de Cryptis Eſculanis, ſub auſpiciis item Apoſtolicæ Sedis, Honorio III. P.M. inhabitatum antehacà Monachis Ciſterciēſis Cœtus; poſtea a Veſtalibus eiuſdem inſtituti, paruitque eiusdem Abbatiſſæ, vnica tantùm Eccleſia S. Mariæ de Maltignano. Quartum fuit Monaſterium, nuncupatum S. Mariæ de Cecco, cuius item fuit Abbatiſſa, Ciſtercienſis Cœtus, nobilium mulierum; quarum pietas tribus Gregorii IX. Bullis mirificè præfulget. Quintum denique fuit Monaſterium S. Mariæ de Picallo, ſub Præſule. Cæterum, cuius nàm fuerit inſtituti, ignoratur; innoteſcit verò ſolummodo ex Actis Anthonii cuiuſdam Giſonis, publici Notarii, anno Domini circiter 1278. Quæ omnia ex monumentis S. Angeli Magni collegimus. Cœnobia verò, de quibus ſupra egimus, ſupreſſa fuere, ac Monachis Oliuetanis adiecta: Eccleſiæ autem ferè omnes æquatæ ſolo. Legitur in Æde S. Angeli Magni, memoria D. Ioannis Baptiſtæ de Ponte, eiusdē Cœtus Monachi, Epiſcopi Tertiburrienſis, cui exſtruxit ſepulchrum Iulius Saccoccia eiuſdem conſanguineus, militum Ductor, Ciuis Aſculanus, anno Domini MDXVIII. renouatum poſtea anno MDXLVIII. vt ex inſcriptione ibidem patet.

Secundum eſt Monaſterium S. Antonio Abbati dicatum, extra mœnia ad Truenti Cliuum, loco vtique peramœno, propè fontem Vlmi, ſub cura nunc Canonicorum Congregationis S. Georgii in Alga, Venetiarum adiunctum Cœnobio S. Saluatoris in Lauro, de Vrbe. Regitur a preposito, eiuſdem Congregationis Religioſo.

Illius

Illius verò fundatrix fuit Amata, Aſculana Virgo, quæ vere Dei amans, ac à Deo viciſſim amata, ibidem ſe concluſit, cum aliis Sacris Virginibus, Ciſtercienſis Inſtituti, ſub auſpiciis Innoc. III. Fridericus verò II. Imperiali tutela obfouit, cuius Cœnobii Abbatiſſam, nomine Margaretã, eiuſdẽ modeſtiam, religionemque, ac laudabilem conſuetudinẽ idem Auguſtus præclaro extulit encomio. Suborta verò iam lite, de Monaſterio viſitando, inter Aſculanum Epiſcopum, & Clarçuallis Abbatem, Nicolaus IV. ab Archidiacono Auximano, hanc iuſſit dirimi. Plurima ibi quoque aſſeruantur ſcriptorũ munimina, & Bullæ nimirum Romanorum Pontificum, Innocentij III. Honorij III. Gregorij IX. Innoc. Alexand. Vrban. ac Nicolai IV. necnon Bonifacii VIII. Perſtitit in hoc Monaſterio regularis Ciſtercienſis obſeruantia ad Alexandrum vſque VI. Pontificem Maximum; poſtmodum verò, ab exceſſu Magdalenæ Abbatiſſæ, conceſſum Canonicis de Alga. Non longè verò ab illo olim fuit Eccleſia, nomine Sanctorum, Lucæ Euangeliſtæ, & Mariæ Magdalenæ; verum iam infrequens, ex monumentis Monaſterii, & lapide ibi poſito.

Tertium eſt Monaſterium, nomine Sancti Petri Martyris, ex Prædicatorũ Cætu, Prouinciæ Aprutinæ, ſiuè S. Catharinæ Senenſis, cum Eccleſia ſatis conſpicua, & ampla, tribus fornicibus diſtincta. Creditum, conſtructam fuiſſe ab ipſomet Diuo Petro, ſanctoque Dominico conſecratam à primæua fundatione. Cuſtodiebatur verò in eadem veneranda reliquia, ipſius nimirum Sancti Dominici digitus, Philippo Galliarum Regi, cognomento Pulchro traditus a fratre Franciſco de Iacobis, Ciue Aſculano, eiuſdem Cœtus Religioſo, qui fuit eiuſdẽ Regis à confeſſionibus; a quo etiã accepit ſpinam ex patiẽtis Chriſti ſerta corona auulſam, quæ ibidem ſumma colitur veneratione. Inter alia vero Cœnobij ſcripta Archetypa, ſeruatur Bulla ipſius Petri Martyris Canonizationis. Quieſcit ibi Seruus Dei, Frater Aloyſius Lucẽlis, Pręſul olim, vir multis nominibus: ſed ſeuero inſtituto, ac innocentia in primis venerabilis. Ante Aram maximam iacet Frater Petrus ab Aſculo, eiuſdem Cœtus.

Au-

Digitized by Google

Auximanæ Eccleſiæ Epiſcopus, qui obijt Anno Domini MCCCLXXXI. die iii. Menſis Auguſti, vt ex inſcriptione patet.

Quartum fuit Monaſterium, cum Eccleſia, in honorem Sancti Dominici exſtructa, eiuſdem Prædicatorum Cœtus; ſed tamen Prouinciæ Lombardiæ, a Beato Conſtantio de Fabriano renouata, cuius corpus ibidem requieſcit. Habet annexam Parochialem Eccleſiam, in Villa Collium, nomine Sanctæ Felicis de Octauo, eique præeſt Vicarius, ad tempus, Præſulis arbitrium, & nutum. Eſt in dicto Monaſterio antiqua Bibliotheca, maiori cuſtodienda diligentia.

Quintum Monaſterium, titulo Sancti Auguſtini, Eremitarum Cœtus, è Congregatione de Britinis, cuius Eccleſia maiori laude digna foret, ſi amplior. Fuit ſuſceptum in Apoſtolicam tutelam, ab Innocentio, & Vrbano IV. Venerationi eſt, in eadem Eccleſia, Beatæ Virginis miraculoſa imago, Nomine REGINÆ Pacis; eſtque Confraternitas Laicorum. Viguit olim alia quinetiam Confraternitas, ſeu ſocietas Sanctiſſimi Crucifixi. Plures poſſedit olim Eccleſias, de Iure patronatus; quarum potiſſima pars, ob Fratrum incuriam periit, earumque nomina infra deſcripta, hæc ſcil. S. Mariæ in Territorio Liſiani, S. Iohannis in Stromma, in Territorio Forcellæ, S. Martini, in Territorio Falciani, S. Iohannis, in Territorio Liſiani de Colloto, S. Silueſtri, in Territorio Rocchettæ, S. Georgij, & S. Angeli, in Salmacina, S. Petri de Tallacano, S. Crucis de Valle Conni, S. Mariæ de colle florido, S. Mariæ, & S. Petri de Gottarijs, S. Andreæ de Plano, S. Mariæ de Plano, S. Iohannis de Liſiano, S. Mariæ de Montepoliſio, cum Xenodochio, S. Mariæ Magdalenæ in Tezano, S. Trinitatis in Poliſio, Admirabilis, Aſcenſionis, in Poliſio, vbi adhùc extat Cęnobiolum. Tandem SS. Trinitatis de Liſiano, vbi alterum cœnobiolum eiuſdem inſtituti. Dirutum autem Monaſterium eiuſdem Cœtus, ſitum olim in ditione Mariæ, Aſculanæ Diœceſis, loco S. Crucis de Scalellis, ex monumentis S. Auguſtini.

Sextum Monaſterium Minorum Conuentualium cum ele-

Antequam verò Minores obſeruantiæ hanc ſacram colerent ædem, extra Portam Molinariam, vltrà Caſtellanum, in Cęnobio, & Eccleſia S. Nicolai de Ponticello, habitabant, quæ temporis iniurijs modo ità diruta eſt, vt nec illius appareant veſtigia, ſub auſpicijs Celeſtini III. antiquitus, vna cum annexis, in quarum numero alia Eccleſia, fuit Sancti Secundi nomine; cuius etiam ſolũmodo viſuntur maceriæ, tituloque Vicus adhucnum inſignitur, cis Truentum, è regione Riui Putridi.

Extra Ciuitatem, ad mille paſſus, vltrà flumen, in ſupercilio eminentis cuiuſdam amęni montis, cui Collis Columbarius, nomen, Octauum aſſurgit Monaſterium B. Sabino Martyri dedicatum, quod antiquitùs Veſtales Benedictinæ poſſederunt; nunc verò Minores Obſeruantiæ incolunt; de quo haud diſplicet Franciſci Gonzagæ, Mantuani Antiſtitis verba ſubnectere. *Licet*, ait ille, *Sacra hæc Ædes inter montes ædificata ſit; nihilominus tamen ita eſt diſpoſita, vt eius accolæ, ex vna parte totam Ciuitatẽ: ex altera verò patentiſſimos Regni Neapolitani Campos, atque pręterlabens Truentum flumen; & ex altera mare, ad quindecim milliaria indè diſtans, facillimè, atque iucundè contueri poſſint. Mirabile dictu eſt, quanta in hunc locum, atq; in S. Sabinum eius Patronum. Religione Aſculani Ciues, præſertim verò mulieres hunc frequentent, & cetera.*

Nonum Monaſterium eſt, nomine Sancti Georgii. *Ad ſecundum milliarium* (verba ſunt eiuſdem Gonzagæ) *ab Aſculalana Ciuitate, meridiem verſus, non longè à fluminis Caſtellani margine, in loco quodam accliuiori, & nemoroſo, Conuentus Diuo Georgio in Granitis ſacer ædificatus eſt. Constructus aſſeritur à Cõmunitate Aſculana, ex publicis redditibus, in gratiam Clarenorum Fratrum, ſub quibus & fuit, vſque ad annum Domini MDLXVIII. quo ijs reformatis, atque regulari obſeruantiæ mancipatis, Marchiæ Prouinciæ acceſſit.* Et poſt alia. *Tantè Aſculanorum ad hunc locum deuotio maior, quanto is magis ab eorum Ciuitate diſtat, quantoque ob frequentia miracula, à B. Georgio Martedita, cuius pollex, cum alijs plurimis terræ Sanctæ reliquijs ibidem religioſè aſſeruatur. Quorum quidem Cœnobiorum, Sancti ſcilicet Sabini, atque S. Geor-*

gij, ſicut & cæterorum huius inſtituti, in ditione Aſculana exiſtentium, & propinquorum ægroti fratres, ad infirmariam, quæ conſtituta eſt in prȩlibato Monaſterio S. Mariæ Annuntiatæ, tam ex conſuetudine, quàm ex conſtitutionibus ducuntur, ibique magna charitate curantur. Cęnobia verò ſunt ſubſcripta: illud in primis Sanctæ Mariæ Gratiarum, apud Montem prandonum multis nominibus celebre, tum miraculoſa videlicet Virginis imagine; tum perpetuo populorum concurſu, ac denique ob eius fundatorem, B. Iacobum nempè, cognomento de Marchia, Virum ſanè ſanctiſſimum. Aliud propè Montem Sancti Poli, inuocationis Sanctiſſimi Crucifixi, cuius ſtructura ſatis elegans, in cliuo peramęno.

Decimum Monaſterium, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ de Soleſtano, ſitum eſt propè Truęntum, ab Vrbis męnibus, ad primum lapidem. Locus quidem Populi confluxu, ob venerationem B. Virginis, ſatis frequens, in ampla ſpectabilis planitie; Religioſorum verò Sanctimonia, & doctrina clariſſimus.

Vndecimum, & poſtremum Monaſterium, nuper exſtructum in honorem S. Mariæ de Monte Carmelo, Siculæ Congregationis Reformatæ, non longè à męnibus, intra Ciuitatem, propè Pontem, quem vocant {Maiorem}; vbi frequens in dies fit Populi concurſus, tùm in Beatam Virginem pietate; tùm Religioſorum exemplo. Primum eſt, & huculque vnicum huius Congregationis in Italiæ continenti.

Præter Monaſteria ſuperiùs recenſita, eſt in eadem Ciuitate Collegium Presbyterorum Societatis Ieſu, triginta abhinc annis excitatum, eorundem ſacris exercitationibus conſpicuum. Colunt Eccleſiam S. Venantii, quæ olim ſecularis, Collegiata ſuum habuit Plebanum, & Clericos: vbi aſſeruabatur ampulla miraculoſi ſanguinis Chriſti, cum fruſtulo eiuſdem Crucis. Seruantur adhuc, coſta ipſius Sancti Venantii; necnon corpus S. Lucii Papæ, ac S. Sabæ Mart. cum aliis Diuorum reliquiis, Patrum pietate, ac ſolertia ab Vrbe huc translatis.

Dum hæc ſcriberem, excitatum eſt Oratorium Congregationis

gationis Sancti Philippi Nerii, & Eccleſia eidem Diuo dicata.

Hæc de ſacris Regularium Virorum Ædibus, Eccleſiiſque adhuc ſuperſtitibus; quibus, merito, antequam de S. Veſtalium Clauſtris aliquid in medium producamus, operæpretium ducimus, alia quoque Religioſorum Virorum adiungere domicilia, quæ vel intrà, vel propè Aſculum antiquitus conſtructa fuerunt, ac diuino conſecrata cultui, ne funditus eorum pereat memoria; eorum ſiquidem quædam diruta penitus; alia verò, mutata conditione, ſola facta ſunt Sacerdotia. Primoque occurrit loco Monaſterium, quod Proculus, Aſculanæ Eccleſiæ Diaconus in fundo Griſſiano, ſui iuris, pro ſua pietate, in honorem S. Sauini Martyris conſtruxit, eiuſdem Beati reliquiis colendum; cuius meminit S. Gregorius Epiſt. 20. Lib. 11. data Menſe Decembri, Indict. 6. Fundi locus ignotus, ni pro Griſſiano, mendosè, Liſiano, ſiuè Gemiliano legi debeat; nam propè Liſianum adhuc extat S. Sauini Monaſterium, ſuperius à nobis memoratum; ac etiam fuit eidem Sancto dedicata Eccleſia, apud Gemilianum, qui locus diſtat ab Aſculo circiter milliarium, & plus eo; ſed nunc Eccleſia diruta eſt. Apud Griſſianum Aſcul. Diœc. Villam, in Acumulenſi tractu, nulla Sancti omninò Sauini memoria. Eccleſiæ S. Sauini de Nereto, in Diœceſi Aſculana, antiqua meminerunt monumenta.

Secundo occurrit loco Eccleſia Domini Saluatoris, quæ dicitur Caput Aquis, cuius meminit Oſtienſis in Chronico, dum refert ex donario conſecrato, miniſterio S. Angeli, iuxta fluuium Sangri, quod Barregium dicitur, Chriſtianiſſimi Ludouici Imp. exſtructam eſſe in hæc verba. *In Aſculo Eccleſiam Domini Saluatoris quæ dicitur Caput Aquis cum omnibus pertinentijs ſuis, Sancti Angeli de Stabulo. Sancti Angeli de Feltriano, S. Petri in Pectiniano, Curtem de Caſa Perende, vicendas duas magnas, necnon ſeruos, & ancillas multas, diuerſis in locis, & alia plurima, quæ ſuis muniminibus continentur........* Suum habuiſſe Præpoſitum, autumo; de quo ita idem Oſtienſis Lib. 1. C. 45. *Hermefrid Ciuis Aſculanus, vir diues, Subdiaconus officio obtu-*

Lib. 1. Cap. 36.

circa ann. D. 870.

Digitized by Google

lit ſe ipſum per capillos ſui capitis ann. 888. Præpoſito noſtro nomine Vuamelfride, omnibus omninò mobilibus, & immobilibus ſuis de partibus illis. Cuius hanc quidem Eccleſiam Domino Saluatori, à Diuo Emygdio erectam puto; nam Diui Valentini teſtimonio, abundè conſtat, tres à Diuo Emygdio conſtructas Aſculi Baſilicas; quarum prima ab eodem, Chriſto dicata fuit Saluatori; multas tamen Aſculi, tum in illius dominio, ac Diœceſi, nomine Saluatoris fuiſſe Eccleſias, docent antiqua monumenta; vt alibi quinetiam meminit idem Auctor, inquiens. *Guido etiam Aſculanus obtulit Curtem ſuam de Caſali, loco, qui dicitur Force; quæ eſt terra modiorum circiter mille quingentorum: obtulit autem illam in Eccleſia Sancti Saluatoris de Aſculo, ad opus Monaſterij huius*. Hucuſque Oſtienſis, &c.

Lib. 1. Cap. 6.

Tertio occurrit loco Monaſterium eiuſdem nominis Sancti Saluatoris, ad Vallem, nuncupatum, à Benedictinis poſſeſſum, ſub auſpicijs Prioris ſeu Præſulis. Extat adhuc Eccleſia extra Pontem Maiorem, trecentis circiter paſſibus ab Aſculo diſtans, in accliui loco amæniſſimo ſita. Monaſterium à Diuo Romualdo cenſetur exſtructum, Petri Damiani auctoritate, qui in eiuſdem vita Cap. 45. ſic inquit. *Breui tempore tria conſtituit Monaſteria; vnum videlicet in Valle de Caſtro, vbi nunc Sanctiſſimum eius corpus reconditum eſt: aliud propè Iſinum fluuium, tertium iuxta Oppidum condidit Eſculanum*. Farfenſis Abbatiæ membrum primo, nunc verò ſimplex factum Sacerdotium.

Quarto loco fuit Monaſterium S. Hilarii ad Cęnobitarum montis radices, extrà Vrbis męnia ducentes: conſtructa illius Eccleſia anno Dominicæ Incarnationis MCLXVII in lapide namque ibidem poſito, rudibus verſiculis ità legitur

Hoc opus eſt factum poſt partum Virginis anno
Quinto milleno decimo, bis, terque triceno.

Poſſeſſum diù fuit à Congregatione Sanctæ Crucis de Auellana, ſub auſpiciis Prioris. Suppreſſum tamen à Gregorio XIII. Pon. Max. & reſtitutum. At propè Eccleſiam S. Hilarij mons attollitur, ad cuius radices cernuntur Cryptæ, non

vtique

vtique diuerticula, & anfractus, latronumque latebræ; ſed Sacræ olim Cœnobitarum cellulæ, ac D. Emygdij Oratorium.

Propè Diui Hilarii Eccleſiam, in veneratione eſt Crypta, ad quam Diuus Emygdius iam decollatus peruenit, capitis portitor ipſe ſui; cuius meminit Petrus in Catalogo. Prouentus Clericis ſeminarij fuerunt aſſignati, vna cum Eccleſia S. Crucis intrà Ciuitatem, eiuſdem inſtituti, cuius ſupra meminimus.

Sexto loco, Monaſterium S. Petri de Caſtello, in Inſula, vbi anno 1192. Cœtus Canonicorum ſacer, iuxta B. Auguſtini Normã inſtitutus eſt. Huius Sacræ ædis habemus notitiam in Geſtis S. Emygdii: receptum à Celeſtino, atque Innocentio III. ſub Apoſtolicam tutelam, tutatur idem corpus S. Benedicti Martyris: adiunctum ab Hadriano VI. Cathedrali Eccleſiæ. Habet Turrim ſeiunctã ab Eccleſia, in qua ſic legitur. Hæc Turris eſt facta in anno milleſimo, ſexageſimo nono Incarnationis Domini noſtri X.

Septimo loco Monaſterium S. Eraſmi, intrà Ciuitatem, Congregationis Cruciferorum, cum alia Eccleſia, ac Xenodochio, nomine Sanctæ Mariæ de Potentia, quæ adhuc ſuperſtes, ſub eiuſdem Congregationis poteſtate omnia ex Actis Epiſcopalibus, & Bullis, quondam Gregorii XI.

Octauum Monaſteriũ Ciſtercienſis cętus, in quo Eccleſia Sancti Marci de Vena, ad mille, & quingentos paſſus ab Aſculo diſtans, intra ſaxoſi montis viſcera, mirabili arte conſtructum, habuit Priores dictos. Leguntur Conſtitutiones huius Cœnobii, Monachis traditæ à Bono Iohanne Epiſcopo, die 22. Aprilis, Indict. XV. anno Domini 1287. Apoſtolica Sede vacãte. Fuit verò tum Prior Frater Bartholomęus ab Aſculo, cui ſucceſſit anno 1294. Fr. PAX, ab eodem Epiſcopo ideo excommunicatus, quod contumax compertus, veluti direptor, non permitteret fratres ingredi Monaſterium. Suppreſſum puto, ab anno 1387. quo fuit Prior electus quidam Fr. Stephanus, in defuncti Fratris Vannis Domini Georgii locum; nunc eſt de Iurepatronatus nobilis familiæ

miliæ de Sgatiliis. Monaſterium S. Laurentii de Plagis, in Eremo Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ab iiſdem Benedictinis cultum, indè à Diuo Frãciſco receptum, non longè ſemotũ fuit à prædicto S. Laurentii Cœnobio. Locus adhucnum dicitur Eremitarum, cuius meminit Vadingus.

In Montepoliſio Monaſterium eſt S. Iacobi, de quo fit mentio ſexcentis abhinc ferè annis, à Benedictinis pariter inhabitatũ, vna cum Eccleſijs, s. Eliæ, s. Cataldi, ac s. Poliſiæ Virg. cuius ſacrum corpus ibidẽ quieſcere piè creditur. Hæc Polimnii, Aſculanæ Vrbis Præſidis filia, Chriſtianam fidem à s. Emygdio edocta, ac ab eodem baptizata, patris in Chriſtianos perſecutionem euitans, ad montes confugit, ibique in Domino occubuit. Extat adhuc in huius s. Virginis honorem, Ædicula, de cuius laudibus Mauritius Centinus Mileteſis Epiſcopus ſacrum cecinit hymnum.

Retulimus hucuſque Monaſteria, intra, vel propè Aſculum antiquitus exſtructa, omiſſis, quæ in Diœceſi fuerunt; ſed illa tantum indicaſſe ſufficiat, quę celebriora habentur. Monaſterium ſanctæ Mariæ de Monte ſancto, Monaſterium s. Saluatoris propè Aſum, Monaſterium s. Laurẽtii de Trione, ac denique Monaſterium s. Ægidij ad Vibratam. Nunc referamus Clauſtra Veſtalium in Ciuitate; quorum primum eſt Sanctæ Margaretæ.

Sacra hac Aedes (ait Gonzaga) *antiquiſſima eſt, cum anno Domini 1390. à pijſsima quadam Vitarella, ex mera tantum deuotione, qua in Beatam Margaretam Virginem, atque Martyrem, & in Tertiarias Franciſcanas ſorores ferebatur, in eiuſdem Sanctæ honorem ædificata, præfatiſque Tertiarijs ſororibus collocata fuit. Sanctę Crucis particulam, & habitum ſimul, atque Capucium B. Patris Iacobi Picentis cuſtodiunt.* Hucuſque Gonzaga.

Eccleſia s. Ægidij intrà Ciuitatis męnia, membrum fuit antiquitus Monaſterij s. Ægidij ad Vibratam; fuit inde conceſſa s. Virginibus Benedictinis, quæ poſtea iuxta illam clauſtrales ædes conſtrui curarunt, ad quas profectæ ex

Mona-

Monaſterio s.Mariæ de Lacu, ad Pontem maiorem, quò venerant à primæua ipſarum fundatione, ſub Diui Benedicti Norma, vt dictum eſt; inde ſub inſtituto S. Claræ innocentem duxere vitam. Quapropter ſuſcipi in tutelam Sedis Apoſtolicę, ab Innocentio, & Alexādro IV. & ab eiiſdem innumeris donari priuilegiis meruerunt; nunc verò primū obſeruant inſtitutum. Annexum illi alterum Monaſterium Ss.Trinitatis, & s. Pauli in Campo Strumio fundatum ſimul, ac dotatum à Balda quadam Hoſpinella, nobili Virgine Aſculana, à temporis edacitate, ac Truenti eroſione abſumptum, cuius modo vix apparent veſtigia; necnon illi adiūctæ Eccleſiæ, s.Laurentij ad Rotellam s. Saluatoris ad Vezzinum, ſub Antiſtitis regimine degunt.

Sub Paulo IV. Eccleſia s.Onuphrii intrà Ciuitatem, vbi antiquitus fuit Pauperum Xenodochium, fuit conceſſa Veſtalibus s.Benedicti, à primęua Inſtitutione, & poſtmodum s. Claræ inſtituti. Fuit olim ipſarum Monaſterium in loco propè muros Ciuitatis, ad Portam Molinariam, Inuocationis s. Spiritus, & s.Clarę; quæ quidem Eccleſia, ſub Alex.IV. in tota Seraph. Religione, prima cōſtituitur ab Aſſiſinate, in qua eiuſdem ſanctæ quieſcit corpus. Suſceptæ & ipſæ quoq; in tutelam Apoſtolicam, ab iiſdemmet Romanis Pontificibus; quarum ſanctitas ab eodem Alex. in primis ſummis extollitur laudibus. Nunc verò iuxta primæuum inſtitutū degentes; Epiſcopi dominio quinetiā ſubiacent annexę Monaſterio Eccl. s. Lucæ, s.Elenæ, s. Pancratii, s. Liberii, sancti Nicolai de Picollo, sancti Venantii, & ex parte etiam Eccleſia sancti Ioannis de Montecucullo; ac denique sancti Sauini. Seruantur in hoc Monaſterio venerandæ antiquitatis monumenta, Bullæ videlicet Apoſtolicæ Alex. III. Innoc. III. Honorij III. Gregorii Noni. Innoc. IV. Alexand. IV. Clem. IV. Nicolai III. Martini IV. Honorij IV. Nicolai IV. Bonifacij VIII aliorumque Pontificum: ſeruantur & Auguſtalia diplomata Henrici VI. & Friderici II. vnà cum vetuſtiſſimis etiam aliorum Principum priuilegijs, tabellionumque inſtrumentis; non ad Veſtalium præfatarum ſolummodo: ſed etiam ad aliorum quorumdam, tùm monaſterio-

rum,

Digitized by Google

rum, tùm Eccleſiarum gratiam ſtipulatis.

Celebriora Monaſteria ex ſcriptis prædictis fuerũt hæc. Primum s. Angeli ab Vlturino, ſub regimine Eremitarum Benedictinorum, cuius Prior Generalis toti præerat Congregationi, cui ſubiacebant veluti membra, Eccleſiæ s. Mariæ Magdalenæ, & s. Mariæ in Mõtepoli, s. Mariæ interſoci, s. Benedicti, s. Sabini, s. Mariæ de Tezano, s. Crucis de Padule, s. Angeli de Nocella, & s. Laurentij de Muzano; in tutelam Apoſtolicæ Sedis ſuſceptum à Greg. IX. Innoc. IV. Alex. IV. Nicolao III. & Bonif. VIII. Secundum verò Monaſterium fuit, nomine s. Laurentii de Plagis, eiuſdem Eremitici Benedictini Inſtituti, quod etiam Priori parebat; in Apoſtolicũ ſuſceptum patrociniũ à Nicolao III. ac Honorio IV. cui parebant Eccleſiæ S. Benedicti de s. Flauiano, s. Crucis, & s. Bartholomęi Amantricæ, S. Angeli de Vulturno, s. Marię inter furces, s. Franciſci, & s. Mariæ Magdalenæ, ſitæ in loco, qui dicitur Monſpoli, Eccleſia inſuper in Valle de Nouero, & Eccleſia s. Mariæ de Cerro. Tertium Monaſterium fuit s. Angeli de Cryptis Eſculanis, in Apoſtolorum item, Petri, & Pauli ſuſceptum tutelam, ab Honorio III. poſſeſſum primum à Monachis Ciſtercienſis Gœtus; indè à Veſtalibus eiuſdem Inſtituti, Abbatiſſa Præſide; paruit eidem vnica tantum Eccl. s. Mariæ de Maltignano. Quartum Monaſterium fuit nomine s. Mariæ de Cerro; habuit item Abbatiſſam Ciſtercienſis Cœtus. Quintum demùm fuit Monaſterium de Picco, ſub Prioris regimine; quarum Veſtaliũ pietas tribus Greg. IX bullis mirificè refulget; cuiuſnam verò inſtituti fuerint, ignoro; cuius tamẽ notitia in Actis Antonij Gilonis, &c. pub. Notarij, anno Dom. 1278. habetur. Seruatur demum Bulla Martini II. vulgò IV. qui in Diuorum Petri, & Pauli, & Apoſtolicam tutelam ſuſcepit Henricum Recarem Eccleſiæ s. Gregorij de Murio Aſculanæ Diœceſis. Quæ ferè omnia Monaſteria, & Eccleſiæ nunc diruta iacent; quorundam vero prouentus, & prædia in Oliuetarum ceſſere commodum.

CA-

Digitized by Google

CATALOGVS EPISCOPORVM, qui Aſculanæ prȩfuerunt Eccleſiæ:

DE S. EMYGDIO.

SAnctus Emygdius, primus Epiſcopus, & Martyr, ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, Marcello I. Romano Pontifice; de quo Petrus de Natalibus quædam commemorauit, quæ indigent cenſura; vt ait Baronius, Notis ad Martyrologium, ad Nonas Auguſti. Scripſit ante Petrum de S. Emygdio, ad Melchiadem Papam Valentinus Leuita: ſed ſexcentis fœdata eſt erroribus hiſtoria. De eodem agit Philippus Alexandrinus, ex Seruitarum cœtu. Idem Baron. ad Ann. Chriſti cccix. ſocios habuit paſſionis, ſanctum Benedictum, cuius ſacrum corpus quieſcit in Eccleſia s. Petri in Caſtello, ſub Altari eidem ſancto dicato, ſanctum Valentinum Leuitam, ſanctū Euplum, atque s. Germanum, quorum corpora condita ſunt vna cum ipſo s. Emygdio, in Altari, ſub loco, à Cōfeſſionibus Cothedralis Eccleſiæ, ipſi Emygdio cōſecrato. Emygdius cæco lucem reſtituit. Puellam à ſanguinis fluxu liberauit. Statuam Aſclepii contriuit. Aſculi 150. infirmos ſanauit. Filiam Polymnij, ſiue Poliani Præfecti ad veram fidem conuertit, quæ ſancta Poliſia appellatur; cuius corpus quieſcit in monte ab ipſa Poliſia nuncupato. Proprium caput ad ccc. paſſus manibus geſtauit; anno verò à Chriſto nato MCCI. Danieli extinctam oculorum lucem reſtituit. Hic Sacerdos è Villa Cereſia in Prætutinis, Eccleſiam ipſi Emygdio dicatam, ſed dirutam, in accepti beneficii memo-

riam inſtaurauit; vt conſtat ex ſcriptis in Archiuo Sancti Angeli Magni.

DE CLAVDIO.

CLaudius Prouinciç Piceni Epiſcopus, in Ariminēſi Concilio, ſeu mauis Conciliabulo, à Secretis, ſua induſtria, Valentis, & Vrſacii, hæreticorum lapſui parauit foueam; cuius viri extat duntaxat fidei confeſſio; de quo Sanctus Hieronymus aduerſus Luciferianos; necnon Cæſar Cardinalis Baronius Annalium Romanorū III. ad Chriſti ann. 359 quo quidem anno celebratum fuit Ariminenſe Concilium. Claudium hunc inter Aſculanos Antiſtites recenſui; cum poſt Sanctum Emygdium, nullum ad illa vſque tempora alterius Picenæ Ciuitatis Epiſcopum inuenerim; ni fieri potuerit, vt Picenum vnicum tantum habuerit Epiſcopum, poſt Sanctum Emygdium, qui à Valentino appellatur Montepolitanus, & Piceni Apoſtolus. Hic idem fortaſſe Epiſcopus, qui duobus ante annis Sardenſi ſubſcripſit Concilio; cum ex II. Apologetico S. Athanaſij conſtet, inter Epiſcopos, ex diuerſis Prouinciis ſubſcribentes, Italorum primum recenſeri Piceni Epiſcopum. A Claudio ad Lucentium, de quo infrà, interceſſere anni LXXXII.

DE LVCENTIO.

LVcentius, Aſculanus Antiſtes, in magno illo Chalcedonenſi Concilio, cui triginta ſuprà ſexcentos interfuere Epiſcopi, Sancti Leonis magni Legatus, Euthychetem, Neſtorium, & Dioſcorum Hereſiarchas damnauit. Socios habuit in Legatione, Paſchaſinum Lilibetanum, Siculum Epiſcopum, & Bonifacium, Eccleſiæ Romanæ Cardinalem. Videantur eiuſdem Concilii Acta; necnon Card. Baronius Annalium Tom. 6. ad Chriſti ann. 451. & Annalium Tom. 7 ad Chriſti annum 553. vbi agit ex auctoritate Vigilii p. p. de eodem Lucentio. Horum Legatorum diligentia ſummopere commendata eſt à Sancto Leone Papa, Epiſtolis, 41. &

42. ad Martianum Auguſtum, necnon Epiſtola 45. ad Conc. Chalcedonenſe, ita ſubſcribit Lucentius, &c. A Lucentio ad Quintianum vſque nullius Epiſcopi memoriam lego; intercurrente annorum ſpatio XXXII. Hoc autem anno, quo Lucentii habemus memoriam, Attila Rex Hunnorum flagellauit Italiam.

DE QVINTIANO.

QVintianus, magni nominis Epiſcopus Aſculanus. Hic ſub Felice III. Pont. Max. aduerſus Petrum Gnaffeum, in Antiochenſem Cathedram obtruſum, egregiè ſcripſit: ille enim funeſtiſſimus Petrus Hæreſiarcha, ſe non tantum Euthychianum, ſed Apollinariſtam, atque Sabellianum prodidit; dum Sacro Triſagio, cani conſueto in omnibus Orientis Eccleſijs, diuinitùs hominibus impertito, quo dicitur, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus Immortalis, addidit iſte, in hæc verba blaſphemiam, Qui paſſus eſt pro vobis; adſcribens nimirum paſſionem Sanctiſſimæ Trinitati. Aduerſus ſceleratiſſimum blaſphemum, inter alios etiam inuectus eſt acriter Quintianus; arguitque nefandum hominem prolatæ ab eo in Deum horrendæ blaſphemiæ. Quintiani Epiſtolæ exordium ſic habet. *Multifariam, multiſque modis à veritate, chariſſime declinaſti*. Habetur Epiſtola, cum 12. Anathematibus eiuſdem Quintiani, in Petrum Gnaffeum, Concil. Tom. 2. De illo plura Baronius; necnon Seuerinus Binius, & alij. Vixit anno CDLXXXIII. quo fuit à Sancto Felice Papa miſſus Vitalis, Epiſcopus Truentinus ex Regione Picena, vnà cum Miſeno, Cumanæ Eccleſiæ Antiſtite, Legatus Conſtantinopolim, ad Zenonem Imperatorem, & ad Acacium Patriarcham. Qui quidem legati, Legatione in proditionē conuerſa, cum ipſis hæreticis conſuetudinem habuerunt. Quamobrem ſequenti coacto Romæ Generali Concilio, Sacerdotali Collegio, & Sacroſancta Communione fuerunt interdicti. Verum Cumanus porrecto ſupplici libello, à Gelaſio Papa, in Romana Synodo fuit abſolutus, anno ccccvc. at Vitalis, Truentinus Epiſcopus poe-

Digitized by Google

nas luit Diuini iudicij; antequam enim Catholicæ communioni reſtitueretur, ex hac vita ſubductus eſt. Per hæc eadem tempora, adhùc fortaſſe Quintiano in viuis, idem Gelaſius, miſſo Romulo S. Rom. Eccleſiæ Diacono Cardinali, Legato, literas ad Epiſcopos Piceni dedit, illoſque acriter arguit, quod ipſorum ignauia, hæreſis Pelagiana per Picenum fuerit diſſeminata à quodam Seneca, rudi homine, illiterato, obtuſo, vecorde, ſtupido, & infantiſſimo. Habetur Epiſtola To.1. Epiſtolarum Romanorum Pontificum Epiſt.v.

DE EPIPHANIO.

Epiphanius Aſculanus, ſanctiſſimus, ac Deo amatiſſimus Epiſcopus, Sancti Agapiti primi Papæ Legatus miſſus ad res Eccleſiaſticas, iam ferè collapſus, in oriente inſtaurandas, ſocios in Legatione habuit, S. Sabinum, Epiſcopum Canuſinum, Sanctum Aſterium, Epiſcopum Salernitanum, S. Leonem Epiſcopum Nolanum, Ruſticum, Epiſcopum Feſulanum; qui omnes ſubſcripti habentur in Concilio Cõſtantinopolitano, ſub Menna Patriarcha, in ſententia lata contra Authimum, Trapezuntium Epiſcopum ſubrogatum in locum Epiphanij, Epiſcopi Conſtantinopolitani, Eutychianæ hæreſis ſectatorem; atque etiam contra Seuerum hæreticum, qui Anthimum fouebat, & Petrum, & Zoaram Acephalos; vt patet ex Synod. Act.1. Tom.2. Concilior. nouę editionis; necnon apud Cæſarem Cardinalem Baronium Annalium Tom.vii. ad Ann. Ieſu Chriſti DXXXV. & DXXXVI. Huius fortaſſe Epiſcopi temporibus captum fuit Aſculum à Totila, qui regnare cœpit anno DXXXXII. regnauitque annis decem; fuitque conſtructum à Sancto Benedicto Monaſterium Montis Sancti in Præcutinis, propè Aſculum, ad MMMMM. paſſus; vt ex quodam Monaſterij Chronico manuſcripto colligitur. Temporibus verò Gregorij Magni exſtructa fuit Eccleſia S. Sabini; vt ex monumentis dicti Sancti patet.

Digitized by Google

DE FELICE.

FElix Epiſcopus Aſculanus, vixit anno DCXXC. quò vna cum aliis, Epiſcopi Agathonis Epiſtolæ, necnon Romanæ Synodi ad Conſtantinum maiorem, Heracli um, & Tiberium Auguſtos, in Conc. Conſtantinopolitano Sexto Oecumenico, vt ex Actis dicti Concil. patet referenda verba. *Hoc anno*, vt inquit Paulus Diaconus, *ſub Diua Scholaſtica inſtituto, plura ſacratum Veſtalium Monaſteria ædificata fuere*: de quibus alibi, pro temporis ratione. Vide Baron. Ann. Tom. 8. ad hunc annum, pag. 542. lit. D.

DE TVSTOLPHO.

TVſtolphus Epiſcopus Aſculanus, floruit ſub Leone III. Pontif. Max. circa Chriſti annum 800. Clarus donatione, à Ludigaro Aſculanæ Vrbis Comite, in noſtræ Eccleſiæ gratiam facta, à Karolo Magno Francorũ, & Longobardorum Rege confirmata, atque à Pipino Karoli filio, Romanorum Patricio; necnõ à Vinigiso Spoletano Duce, & Marchione, à Saſeprundo, Rodelanto, & Aſtulpho ſubſcripta. Seruatur donationis monumentũ in Cathedralis, ſeu Baſilicæ Eccleſiæ Archiuo. Scripto equidem elocutionis barbaræ, & à tineis aliquantum corroſo.

Lubet verò hic barbarę elocutionis ſpecimen adſcribere, ne ab aliis deſideretur: prout namque effoſſum nuper aurum, & rude, eo pretioſius eſſe ſolet, quod nihil alterius metalli permiſtũ habeat; ità à magnis Viris rudi ſtylo ſubſcripta egregię donationis monumẽta, in pretio eſſe ſolent, & iucundiora, quam recentioris Auctoris quibuslibet eloquentiæ phaleris, & orationis ſuco obducta, ac verborum exornata pigmentis, quæ ſuſpecta magis; puriorque eniteſcit ſub puritate ſimplicitas; quæ quod mentiri neſciat, cetera, quamuis ad ornatum compoſita abhorret. Ita verò habet donatio.

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti , regnante Domino Karolo, & Pipino filio , excellentiſsimis Regi bus Francorum, & Longobardorum, & Patricijs, ſeù Romanorum Regnorum in Chriſti nomine , in Italia, Deo propitio, Vigeſimoſexto, & octauo decimo; ijsdemque temporibus, Viro glorioſiſsimo, Vinigiſo , ſummo Duce, anno feliciſsimo Ducatus eius octauo; ſeù Ludigari Comit. Ciuit. Aſculan. Menſe Iunij 2. Indict. 6. Ideo conſtat, quod ego Ludigarus, Comes Ciuitatis Aſculanæ, conſiderans me de mea retributione & pro mercede, & redēptione animę meæ, dono, & ad diē præſentis, trado in ſanctam Matrem Eccleſiam , in Epiſcopatu Aſculano , vel in venerationē Viri beatiſsimi Tuſtolphi, Epiſcopi aliquid de rebus proprietatis meæ, ideſt, in Aſculano Territorio ipſo monte Columnatę, cum ſepticenti modiorum, & in Forano modiorum quatuor centi, & medietate Eccleſia B. Petri, quæ ibidem modò extare videtur, cum dotis, & ornamentis, & in Triſago modiorum ſexcenti , & in Lomicciano, & in Velariana, pro ſingule petie poſite, modiorum octocenti, & Eccleſia Sanctæ Elenæ, *cum dotis , & ornamentis ſuis , & in illo ipſo monte, modia trecenta, &* Eccleſia S. Pauli, *cum dotis, & ornamentis ſuis , & in Valueneria , trecenti ſexaginta, & in Cerro modia trecenti nonaginta . Omnia iſta ſupraſcripta , Terra , cum pomis, & arboribus ſuis, & cum vineis , & oliuetis, Cannetis, Salcetis, cum ripis, riuis, cultis, & incultis, ſeruis, ancillis, cartulatis, præſtandacijs, liberis hominibus , & omnia ſuper ſe habentem in integrum. Et habet fines de Capo fine Vmbrida, & rigo maiori, de vno latere, fine Brita, de alio lateret fine Claro, & Clarata, de pede fine Trunti. Iſta omnia ſupraſcripta Terra eſt , inſimul tria millia quingenti, quinquaginta modiorum, omnia iſta. Scriptas res ſic dono, & ad pręſentem diem trado, Ego ſupraſcriptus Ludigarus......... Epiſcopo Aſculano, & tibi Domine Tuſtolphe, Epiſcope, vel ſucceſſoribus tuis, ad proprietatem dicti Epiſcopij , & poſsidendum, nullo impediente . Vndè pro iſta ſubſcripta donatione mea dediſti mihi tù Domine, Tuſtolpho Epiſcopo aliquid de rebus Epiſcopij tui propter ſtare, intrà Ciuitatem, & extrà , ideſt in ipſum Caſtellum in Iſola cum ipſa pertinentia, & ipſa Curte de Parignano, foris Pontem Soleſtanum, & ipſa Curte de Caſale, & ipſa Curte de Prepi, & ipſa Curte Lomenia , tantum diebus vitę meę , quod apud me habere teſtatus ſum, & hoc me repromitto . Ego ſupradictus Ludigari Comes*

mes

mes, tibi ſupraſcripto Tuſtolpho Epiſcopo, vel poſteris, ſucceſſoribus tuis; ſi autem quoque tempore quęſiero remouere, vexare, vel cauſare pręſumpſero, aut à quolibet homine defendere, vel antiſtare non potero. Ego ſupraſcriptus Ludigari Comes, vt alia tanta, tale reſtaurare debeo, quę dicitur Ferquide, quale in illa die videtur eſſe in extimatione, in ipſis ſupraſcriptis locis, vel vocabulis. Tibi Domino Tuſtolpho Epiſcopo, vel à poſteris ſucceſſoribus tuis, ad proprietatem, ſupraſcripto Epiſcopio poſſidendum. Cartula iſta in ſua permaneat firmitate. Actum in Aſculo, in loco, qui dicitur Carruſa, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti Octocenti Septuagintaquatuor. Quę verò carta, iſta donationis, ſcripſi Ego Elmericus Notarius, ex rogo Ludigari Comes, qui me ſcribere rogauit, &c. adſunt indè ſubſcriptiones ità

Ego Ludigari Comes, in hac charta à me facta propria manu mea ſignum s. Crucis feci ✠

Ego Karolus Imperator hanc cartulam à me laudatam & confirmatam derogo Ludigari Comes ſignum Crucis feci ✠

Ego Pippin Patricius, Romanorum Imperator ſignum Crucis feci ✠

Ego Vinigiſius Dux, & Marchio, ex rogo Ludigari Comes teſtis rogatus, ſignum Crucis feci ✠

Ego Suſeprundus à ſupraſcripto, Ludigari Comes, teſtis ſum rogatus, ſignum Crucis feci ✠

Ego Rodelantus à *s.s.* Ludigari Comes, teſtis ſum rogatus ſignum Crucis feci ✠

Ego Aſtolphus à *s.s.* Ludigari Comes, teſtis ſum rogatus ſignum Cruci s feci ✠

Vixit Tuſtolphus Iohannis VIII. Pontif. Maximi temporibus.

DE ARPALDO.

ARpaldus, Aſculanus Epiſcopus, duræ ceruicis, a ſuis Clericis apud Pontificem Maximum accuſatus fuit. Ad hunc extat B. Iohannis VI. Rom. Pontif. Epiſtola, qua illum arguit, quod ad Concilium accedere nuerit. Vixit Ioannes

annes anno circitèr Domini DCCII.

Epiſtola ccxxix. B. Iohanni Papæ VI.

Arguit eũ, quod ad Synodum non venerit, iubet ad ſe venire, vt ijs, quæ a ſuis Clericis obijciebantur, reſpondeat.

Epiſtolæ verba.

Reuerendiſs. & Sanctiſſimo Arpaldo Epiſcopo Aſculano.

Secundum Sacros Venerabilium Patrum Canones, Spiritu Dei conditos, & totius Mundi reuerentia conſecratos, pro Eccleſiaſticis duntaxat neceſsitatibus, ad eas quas nuper ſtatutis diebus celebrauimus Synodos miſsis, ex more auctoritatis noſtræ litteris, fraternitatem tuam debere occurrere modis omnibus decreuimus. Sed quia cæteris deuotè valdè venientibus, te minimè veniſſe; cum etiam & auditu didiceris, nos ſynodum celebrare, neque excuſationem tuam regulari tenore, in tractoria deſcriptam, nobis, & Sanctę Synodo, cauſã temeritatis, & inobedientiæ tuę, vt euidenter apparet, non direxiſſe comperimus, ne dilectionem tuam de hoc indiſcuſſam prætериiſſe videamur, hoc noſtrę auctoritatis Statuto iubemus, eam de præſenti, ſine aliqua mora, vel ambiguitate, ad nos debere venire, noſtriſque ſe obtutibus præſentare. Nam & Clerici tuę nos Eccleſię adierunt, reclamantes, multa ſe à tua perpeſſos fraternitate enormiter aduerſa, & contra regulam Eccleſiaſticam iniuſtè forę oppreſſos; quorum videlicet obiectionibus, coram noſtro Pręſulatu aſsiſtantem te oportet proculdubio reſpondere. Et ideo hac iuſsione noſtra percepta, occurrere ſtudeas, antequam Eccleſia tua maius ſchiſma, vel ſcandalum patiatur; quoniam ſi venire iam modò contempſeris, dignam excommunicationis à Sede Apoſtolica prolatam ſuſtinebis omninò cenſuram. Dat. 8. Kal. Decembris.

DE RICCONE.

RIcco, Epiſcoporum alter, qui Ludouicum Lotharii Imperatoris filium, Romam proficiſcentem comitati ſunt, qui quidem ſtimulis prauorum conſiliariorum ex agitatus, conſilium cœpit ſubiicere ſibi Romam Tyrannide. Cuius rei cauſa ſecum duxit exercitum; Compulſuſq; eſt, ad hoc facinus; ipſe malè conſultus Ludouicus, ab Epiſcopis, qui eum ſunt comitati, qui omnes in Sergium II. Romanum

Pon-

Digitized by Google

Pontificum odio flagrantes. Inter Epiſcopos recenſetur hic Ricco Aſculanus; ſocios habuit, inter alios , in Ludouici ſententiam concurrentes, Sigiſmundum Epiſcopum Eccleſiæ Aprutinenſis, Fratellum, Epiſcopum Eccleſiæ Camerinenſis, Giſum, Epiſcopum Eccleſiæ Firmanæ, Amadeum, Epiſcopum Eccleſiæ Pinnenſis, & alios, quos ex Adone Viennenſi recitat Baronius Annal. Tom. 10. ad Chriſti Annum Dcccxliiii. Pag. 15 Litt. C.

DE THEVDERANDO.

THeuderandus Epiſcopus Aſculanus, vixit anno Dccclиij. cuius Vicem geſſit Theuderanus Presbyter, ſubſcribens anathemati in Anaſtaſium, & s. Marcelli Presbyterum Cardinalem; hic enim propriam Parochiam deſerens in aliena, per multos annos viſus fuit immorari; quamobrem à Leone IV. fuit omnino ſubmotus Sacerdotali miniſterio, & anathemate fulguritus; contra quem ſubſcripſere Epiſcopi numero ſexaginta ſeptem, vt inquit Baron. ad hunc annum, Annalium Tomo X.

DE IOANNE II.

IOannes hic Epiſcopus interfuit Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis ad Cauam Metellinam conſeruationi anno Domini Mxcii. Vrbanus namque II. hoc anno in Prouinciam ſe contulit Picentinorum, atque apud Salernum, ad nobile Monaſterium Sanctæ Trinitatis perrexit, vt Baſilicam illic in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis erectam ſacris ritibus conſecraret: quod feliciter impleuit, vt indicat lapis ibidem inciſus, parieti affixus; indè conceſſit idem Vrbanus priuilegium à ſe ſubſcriptum, cui quidem ſubſcripſere, poſt Pontificem, nonnulli Epiſcopi, inter quos fuit Ioannes hic, Aſculanus Epiſcopus, vt ad hunc annum ſcribit Baronius Annal. Tom. XI. octauo decimo kal. Octobris xv. Indictione, Pontificatus Vrbani Papæ II. anno v. ità enim poſt Obdonem Albanenſem Epiſcopum ſubſcribit. *Ego Ioannes Aſcula-*

nus Epiſcopus ſubſcripſi. Hic primus Epiſcopus fortaſſe à Capitulo electus, cum anno MLXXIII. vſque ad Io. XXII. Epiſcoporum electio ſpectaret ad Capitulũ; vt ex compendio patet. Verum anno MXC. in ipſius gratiam facta fuit donatio multorum bonorum, à Tranſane Mayrandi F. Ciue Aſculano, ex rogito, vel Actis cuiuſdam Alberti publici Notarii.

DE CLIEL......

CLiel.......(neſcitur nominis clauſula) Epiſcopus, monumentum *S*. Auguſtini Picturis ornauit; vt ex marmore, in Sacrario Baſilicæ Eccleſiæ habetur. Tempus, quo floruerit ignoratur; vnde neceſſe eſt in obſcuriſſima ſæcula incidiſſe, rudis namque, & diu penitùs ignota, Barbariſmis fœdata omnis ſyllaba: ſic enim habet.

Hic iacet humatus in terris Amic.....
Regi Aeterne Auguſtinus Seſſ.cum ienit
S ſuos pro Chriſto......Æ coronatus, cui P.
P. Corpus Cliel.....Epiſcopus ex diber
ſis A.moris hac Pictor....circum-
dedit decoris in quæ modo. Propter An-
gelorum decoris conſortes animæ bonæ, illi
Qui pro Chriſti amore, ſuo antro circumfluxit
honorem.

DE FILERO.

FIlerus, cui donauit nonnulla bona in Territorio Aſculano Iſelbertus Iſelfredi filius, anno 925. indict. 13. menſe Octobri. Monumentum in Archiuo Cathedralis Eccleſiæ, circunſcripto charactere reperitur, & difficilis intellectus.

DE FVMONE.

Fumo reperitur anno 1000. in antiquis tabulis eiuſdem Eccleſiæ.

DE

Digitized by Google

DE EMMONIO.

EMmonius, Epiſcopus Aſculanus vixit ante Elperinum de quo infrà. Cuius Epiſcopi ſolam habeo memoriam ex quadam donationis chartula, vbi deeſt Indictio, & ſtipulationis tempus. In huius Aſculani Epiſcopi, Capitulique gratiam Leo VIII. qui vixit ann. Dcccclxv. confirmauit bona ab ipſis poſſeſſa, teſte Leone X. in diplomate dato Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris. die 11. Iunij MDXXI. Pontificatus eiuſdem ann. IX. de quo ſuo loco; Verum periit Leonis VIII. bulla; atque hoc ſolùm conſtat ex monumentis Cathedralis Eccleſiæ.

DE ELPERINO.

ELperinus ſucceſſit Emmonio. Vixit anno Dccclxx. Clarus hic donatione eidem facta, ab Oemundo Sigolfi filio, quam poſtmodum confirmauit Conradus II. anno MXXXVII. ex iiſdem monum.

DE ADAMO.

ADam Epiſcopus Aſculanus, & Abbas Farfenſis; vti ex Priuilegio Ottonis II. Dato Capuæ ad Non. Nouembris anno Dominicæ Incarnationis Dcccclxxxiij. Hic Epiſcopus multa Eccleſiæ Aſculanæ Canonicis largitus eſt. Donationes confirmauit idem Conradus; vt ex diplomate hic appoſito colligitur.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Otto, Diuina fauente Clementia Imperator. Omnium Ieſu Chriſti Eccleſiæ, noſtrorumque fidelium pręſentium, & futurorum nouerit Vniuerſitas, qualiter nos pro Dei amore, noſtræque remedio animę, Canonicis Sanctæ Dei Genitricis Marię, de Ciuitate Aſculana præceptum, à noſtris anteceſſoribus perfectum, v. g. Curticellam de Sancto Sauino, pertinentiæ de Communi Aſculano, ſub omni integritate, in ſua Canonica haben-

dam, cum omnibus adiacentijs, & aſpicientibus rebus, ſeruis, & ancillis ad eandem Curtem pertinentibus: manſa autem ibidem, quæ ſunt in Sancto Sauino, manſa duo; in Maltiniano Manſa IX. In Frondario manſa II. Item in Fundaniano manſa II. in Lunaniano manſa II. in Caſelle manſa II. cum ſeruis, & Vxoribus, & filijs eorum; in Ponticello manſa II. Curticellam de Ragiano, Curticellam de Gabiano, Curticellam de Cacabo: Curtem de Marciano, cum plebe Sancti Victoris, & Plebe Sanctæ Mariæ, & Plebe Sancti Petri, & Plebe Sancti Venantij, plebe Sancti Anthonii. Molendinum de Poſtercula, cum omnibus pertinentijs, & adiacentijs, quæ ADAM Epiſcopus ad eandem Canonicam Sanctæ Mariæ donauit, per noſtri præcepti paginam confirmamus, corroboramus, prout iuſtè, & legitimè poſſumus. Viri Sacerdotes, qui in ipſa Canonica manere videntur, habeant poteſtatem, qualiter ipſis placuerit, more hereditario, ordinare, & frui, vt...... Epiſcopis, qui in ipſa Eccleſia ordinati fuerint.... de ipſa Canonica quocunque modo, vel ingenio auferre, vel in beneficio, vel per donationes, vel permutationes, ſeu quocunque pacto, vel modo donare audeat; ſed liceat Sacerdotes de ipſa Canonica in perpetuum habere, & frui, & ordinare, qualiter ſecundum Domini voluntatem eſſe videbitur. Præcipientes igitur iubemus, vt nullus hominum, Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, vel aliqua noſtri Imperij magna, paruaque perſona prædictos Canonicos, de omnibus, quæ ſuperius diximus, inquietare, moleſtare, vel diſueſtire, ſine legali iudicio præſumat. Qui autem hoc fecerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem præfatis Canonicis. Quod vt verius credatur, manu propria præſentem paginam confirmantes, noſtro Sigillo...... iuſſimus inſigniri.

Signum Domini  Ottonis, inuictiſſimi Imperatoris

Heribertus Cancellarius, Vice Petri Epiſcopi Notarius. Data VIII. Kal. Iul. Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVII. Indict. IX. Anno verò Tertij Ottonis regnantis XIII.

XIII. Imperatoris verò primo. Actum in Piſtria feliciter Amen. Vixit Adam ſub Benedicto VII. Ioanne XIIII. & Ioanne XV. Summis Pontificibus.

DE BERNARDO I.

BErnardus huius nominis primus, Aſculanus Epiſcopus, vixit temporibus Conradi II. Romanorum Imperatoris Auguſti, à quo illi confirmata Aſculanæ Eccleſiæ conceſſa priuilegia; vti ex infraſcripto Diplomate conſtat.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, CHONRADVS Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrique fidelium præſentium ſcilicet, & futurorum nouerit induſtria, qualiter fidelis noſter Aſculanus Epiſcopus, nomine Bernardus, conſpectui noſtro præceptum quoddam protulit, in quo continebatur, quomodo anteceſſor noſter bonæ memoriæ, Otto Imperator, pro Dei nomine, & pro remedio animæ ſuæ eiuſdem Sanctæ Aſculanæ Eccleſiæ Præſulis nomine Adam, eiuſque ſucceſſoribus donauit, & per præceptum ſuæ Confirmationis corroborauit omnem Terram ſui Epiſcopij; tam ad matricem Eccleſiam pertinentem, infrà, & extrà Ciuitatem ſuam, quam ad cæteras Eccleſias maiores, & minores, videlicet, plebes, & Capellas, ſiue Monaſteria ad prædictam Eccleſiam reſpicientia, quorum vocabula hæc ſunt. Monaſterium Sancti Angeli, quod ſitum eſt infrà Ciuitatem, & Sancta Maria in Monte Sancto, & Sancti Saluatoris, iuxtà fluuium Aſum poſitum, ſeu nominatam Terram, quam Otmundus F. Otmundi *prenominato Adam Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ per chartulas dedit, & confirmauit, cum omnibus ſuis integritatibus, finibus, & adiacentijs ſuis, ſicut in* Otmundi *Cartula legitur, & quemadmodum Epiſcopus eidem Otmundo per preſtitum dedit;* Ac ipſe Otmundus *Eccleſiæ ſupradicti Epiſcopi, qui per precarium promiſit tantum res, quas preſtitum ipſe* Otmundus *accepit. habere debet diebus vitæ ſuæ, aut ſicut inquirere potuit, tam Epiſcopus, quamque ſuus nuncius, per inquiſitionem trium liberorum hominum, vt inueſtitus ſæpè nominatus* Otmundus *de ſua hæreditate, & tenebat, cum omnibus finibus, & terminis, quam per*


car-

cartulam dedit Eccleſiæ Epiſcopij; & ſicut inueſtitus erat Elperinus Epiſcopus anteceſſor Adam Epiſcopi, *ità inueſtita ſit Eccleſia, abſque moleſtatione omnium hominum, vſque in perpetuum, poſt eiuſdem Otmundi obitum, tam de ſua proprietate, & acquiſitione, quam de ſuę ipſius Eccleſiæ proprietate, quam ipſe detinuit; necnon omnia munimina Cartarum, ſeù aliquorum ſcriptorum eidem Aſculanæ Eccleſiæ pertinentium. Nos inſuper concedimus, & confirmamus eidem ſupraſcripto Epiſcopo Bernardo, eiuſque Succeſſoribus, omnem ipſam Terram de Summati, quam Maginardus, filius Sigolfi, per cartulam, & per traditionem dedit ad proprietatem pręfato Epiſcopo, ſuęque Sanctæ Eccleſię, ideſt Caſtellum de Troione, cum omnibus ſuis pertinentijs, & quicquid ſibi pertinebat per proprietatem, & per ſcriptum in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Canalcele, in Paſtina, in Florminiano, in Petroniano, in Ilice, cum ipſa Eccleſia Sancti Pauli, in Griſiano, in Coſe, & in Tellegiano, in Rapino, in Arcezano, in Cornu, in Acumulo, in Saxa, in Guaſtopomareſe, in Caſa Vetula, In Terraſino, in Pendino, in Colle ſpinoſo, in Salle, in Pernice, in Colle de Spada, in Tonzelino, in Carpenoſo, in Cotiano, in Sculcula, in Matrice, & omnia, quæ prædicto Epiſcopatui; tam in prædictorum Caſtrorum, quamque & omnia, quę in Summati ad proprietatem pertinent eidem; præfatæ Eccleſiæ, ſicut in Cartulis, & precarijs Otmundi, & Mainardi filij Sigolfi habetur, & legitur. Mercatum etiam vbicunque in ſuo Epiſcopatu voluiſſet, ſine contradictione cuiuslibet hominis, tàm infrà Ciuitatem, quam extra facere liceret. Monetam etiam in Ciuitate conſtruere, ad componendos nummos cuiuſcunque generis, Aſculana videlicet ſui Epiſcopi, ac liberè, & ſecurè currentia per totum noſtrum Regnum, & quicquid ad Regiam cenſuram, & poteſtatem noſtram pertinet, transfunderemus in eius, & ſucceſſorum illius ius & dominium per præceptum noſtræ confirmationis roborare, & donare, & confirmare dignaremur. Vndè verò & nos pia facta anteceſſoris noſtri ad memoriam reuocantes per* interuentum, & petitionem dilectæ Cōtectalis noſtræ ...... *gillæ Imperatricis, & Piligrini Archiepiſcopi, & Brunonis Archi Cancellarij eidem Epiſcopo BERNARDO, ſuiſque ſucceſſoribus omnia prædicta donauimus, & per huius noſtri præcepti approbationem corroborauimus, eo ordine, vt nullus*

Dux,

Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Scultarius, Gaſtaldus, ac publicæ rei exactor, magna, paruaque noſtri Regni perſona, diſueſtire, moleſtare, inquietare prædictum Bernardum, Aſculanæ Eccleſiæ Epiſcopum, eiuſque ſucceſſores, de omnibus ſupraſcriptis, aut à nobis prędeceſſoribus Imperatoribus, ſiuè Regibus conceſſis, & nobis modo per hoc præceptum confirmatis, & datis, vnquam interponere pręſumant, videlicet, tam de immobilibus rebus, ſeruis, & ancillis, liberis etiam hominibus, Mercatis, moneta, quam ei donauimus, piſcationibus, portulis, aquis, aquarumque ductibus, molendinis, cultis, & incultis; Silius, Foreſtis, & omnia, quę dici, vel nominari poſſunt; Ciuitatem, & Caſtella; & ſi inuentus fuerit, qui contra hoc noſtrum pręceptum facere tentauerit, ſciat, ſe compoſiturum, velle, nolle, mille libras auri optimi; medietatem noſtrę Kameræ, medietatem quidem ſępè nominato Bernardo Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt verius credatur, diligentiuſque obſeruetur, manu propria ſubter confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione iuſsimus inſigniri.

Signum Domini Conradi Romanorum Imperatoris Auguſti.



Bruno Cancellarius Vice Peligrini Archicancellarij recognoui. Datum anno Dominicę Incarnationis MXXXVII. Anno autem Domini Conradi II. Regnante XI. Imperante IX. Actum Podelbrannen feliciter.

Vixit Bernardus hic primus ſub Benedicto IX. Pontif. Maximo. V. Chonradus autem Imperator duobus poſt annis, ſuſcepta legatione à Caſs......venit in Italiam, & mulctato Pan-

Pandulphio, Capuano Principe, vt ait Leo Oſtienſis in Chronico Caſſ. Lib. 2. Cap. 66. Beneuentum conceſſit, atq; indè per Picenum agtum patriam repetens, expleto vix anno, defunctus, Henrico filio reliquit Imperium. Quod autem fuerit in Piceno, conſtat ex ſententia in gratiam Epiſcopi Aſculani, contra &c. quæ recondita eſt in Archiuo Cathedralis Eccleſiæ Aſculanæ.

DE BERNARDO II.

BErnardus Bernardum habuit ſucceſſorem. Hic ab Henrico III. multis donatis priuilegiis, vt in Diplomatibus inferius deſcribendis videtur. Hic equidem magni nominis Antiſtes, qui Aſculanam Eccleſiam ſua impenſa inſtaurauit; arguitur tamen à Petro Damiano in Epiſtola ad Cardinales, vti ſuperbus; ait enim, referente Baronio Tom. XI. Annalium ad Chriſti annum MLIX. quo quidem tempore vixit Bernardus hic Epiſcopus. *Numquam certè vidiſſe me memini Pontificales baculos tàm continuò radiantis metalli nitore contectos, ſicut erant, qui ab Eſculano, atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis. Vterque tamen, alter in Apulis finibus, Nicolao præſidente; alter in Lateranenſi Eccleſia Alexandro Papa, Romanis ſcilicet Pontificibus, ſunt deiecti; nec eis profuit, quod Pontifices ligneis inaurratis vſi ſint baculis: cum Sacerdotis meritum, non vitor efficiat veſtium; ſed ſpiritualium norma virtutum.* Hæc Petrus. At Henricus Imperator, in Bernardi gratiam quæ conceſſerit, ex diplomatibus percipite: ſic enim habet primum, ſub annum Domini MXLV.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Henricus Diuina fauente Clementia, Rex, omnium Sanctæ Dei Eccleſię, noſtrique fidelium, pręſentium ſcilicet, & futurorum nouerit induſtria, qualiter fidelis noſter Aſculanus Epiſcopus nomine BERNARDVS SECVNDVS conſpectui noſtro præceptum quoddam protulit, in quo continebatur, quod beatæ memoriæ Pater meus Imperator Chonradus pro Dei nomine, ac pro remedio animæ ſuæ, eiuſdem Aſculanę Eccleſię Pręſuli, nomine BERNARDO I. eiuſque ſucceſſoribus donauit, per pręceptum ſuę confirmationis corroborauit, Terram ſui Epi-

ſcopi

Digitized by Google

ſcopij, tam ad Matricem Eccleſiam pertinentem, quam etiam ad cęteras Eccleſias maiores, & minores, infrà, & extrà Ciuitatem ſuam, videlicet Plebes, Capellas, ſiuè Monaſteria ad prædictam Eccleſiam reſpicientia; necnon omneſeruitium, quod ipſi milites debent dare, vel facere mihi, & meis Nuntiis, & ad Marchiones eorum caſtra, infrà Epiſcopatum ſita, ſeù nominatim, Terram, quam Otmundus *filius* Otmundi *cuidam ADAM Epiſcopo eiuſdem loci, ſuæque Eccleſiæ per cartulas dedit, & confirmauit, cum omnibus integritatibus ſuis, finibus, & circumadiacentijs ſuis, ſicut in* Otmundi *Cartula habetur, & legitur; quemadmodum idem ADAM Epiſcopus eidem* Otmundo *per preſtitum dedit, ac ipſe* Otmundus *Eccleſiæ ſupradicti Epiſcopi, qui per precarium promiſit tantũ res, quas per prædictum ipſe* Otmundus *accepit, habere debet diebus vitæ ſuæ, ac ſicut inquirere poterit, tàm Epiſcopus, quam ſuus Nuntius per inquiſitionem trium liberorum hominum, vt inueſtitus Epiſcopus, ſæpè nominatus,* Otmundus *de ſua hæreditate, quam tenebat, cum omnibus finibus, & terminis, quam per cartulam dedit Eccleſiæ, & ſicut inueſtitus erat ELPERINVS Epiſcopus Anteceſſor ADAM Epiſcopi; ità inueſtita ſit Eccleſia, abſque moleſtatione omnium, vſque in perpetuum, poſt eiuſdem* Otmundi *obitum, tam de ſua proprietate, & acquiſitione, quamque de ſuæ ipſius Eccleſię proprietate, quam ipſe detinuit; necnon munimima cartarum, vel ſcriptorum eidem Aſculanæ Eccleſiæ pertinentium. Mercatum etiam, vbicunque in ſuo Epiſcopatu voluiſſet, ſine omni contradictione, tàm intrà Ciuitatem, quàm extrà facere ſibi liceret; monetam etiam in Ciuitate conſtruere, ad componendos nummos cuiuſcunque generis, liberè, ac licitè currendos per totum Regnum, & quicquid ad Regiam cenſuram, & poteſtatem pertinere viſum eſt. Vnde ergo & nos pia facta genitoris noſtri ad memoriam reuocantes, pro intuitu, & petitione dilectæ Contectalis noſtrę AGNETIS REGINÆ & HERIMANDI Archiepiſcopi & HVMFREDI noſtri Cancellarij, eidem Epiſcopo BERNARDO, ſuiſque ſucceſſoribus omnia ſupradicta donauimus, & in huius noſtri præcepti renouatione corroborauimus, eo tenore, vt nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Sculdalius, Gaſtaldus, vel vlla noſtri Regni magna, paruaque perſona diſueſtire, vel inquietare præſumat prædictum Epiſcopum BERNARDVM, eiuſque ſucceſſo-*

res, de omnibus ſupradictis, ab anteceſſoribus noſtris Imperatoribus, & Regibus conceſſis, & à nobis modo per hoc præceptum corroboratis, & datis. Si quis autem hoc noſtrum præceptum in aliquo infregerit, ſciat ſe.......... medietatem noſtræ Kameræ, & medietatem prędicto Epiſcopo BERNARDO, ſuiſque ſucceſſoribus. Quod vt veriùs credatur, & diligentiſſimè ab omnibus in perpetuum inconcuſſum conſeruetur, manu propria ſubtus firmauimus...............................insigniri voluimus

Signum ✠ Henrici Regis III. Romanorum inuictiſſimi. Humfredus Cancellarius, Vice Herimani Archicancellarij recognouit.

Datum IIII. Idus Iulii. Indictione XIII. Anno Dominicæ Incarnationis MXLV. Anno autem D. Henrici Regis XXXXII. XVI. Regni vero VII. Actum Coloniæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

Aliud extat eiuſdem Henrici diploma, in eiuſdem Bernardi II. gratiam, non tantum AGNETIS IMPERATRICIS, & Gebehardi Ratiſponenſis Ep. & Guntheri Canc. ſed etiam Victoris Papæ, vt infrà apparebit; Qui quidem Papa, vt lites, quæ intercedebant huic Aſculano, cum Aprutinis Antiſtitibus componeret, Roma egreſſus, Aſculum Interamnamque venit, teſte Mutio de Mutiis in Antiquitatibus Præcutinis, ad Ann. MLVII. Formula verò alterius Diplomatis hæc eſt.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. HENRICVS Diuina fauente Clementia Romanorum Auguſtus. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrique fidelium, præſentium ſcilicet, & futurorum nouerit induſtria, qualiter BERNARDVS II. Sanctę Eſculanę Eccleſiæ Epiſcopus, quæ extructa eſt in honorem Sanctę Dei Genitricis MARIÆ, & in qua requieuit Corpus Sancti EMIGDII, interuentu Domini VICTORIS P.P. ac petitione dilectæ contectalis noſtrę AGNETIS Imperatricis, & Gebehardi Ratiſponenſis Epiſcopi, & Guntheri noſtri Cancellarii, & à ſecretis noſtris, *adiens præfatus Epiſcopus Imperialem Excellentiam, petÿt, quatenus pro Domino, & Animę bonæ memoriæ CHONRADI patris noſtri remedio, tàm ipſi, quam ſuę Eccleſiæ res omnes Eſculano Epiſcopio quolibet*

Digitized by Google

libet iure pertinentes, à ſuiſque etiam prædeceſſoribus ante acquiſitas noſtræ pręceptalis authoritate, prout iuſtè, & legaliter poſſumus, cum omnibus mobilibus, & immobilibus, ſuperioribus, vel inferioribus, vel etiam cum omnibus pertinentijs, & adiacentijs ſuis, ſecundum pręcepta anteceſſorum Imperatorum, aut Regum, confirmare, & corroborare dignaremur. Cuius dignis petitionibus aurem accōmodantes, pręnominatę Eccleſię Eſculanę, dedicatæ in honorem Sanctę MARIÆ, & Sancti EMIGDII, prout iuſtè, & legaliter poſſumus, corroboramus, & confirmamus omnes res, & proprietates, & familias ad eandem Eccleſiam pertinentes, CIVITATEM ESCVLANAM *ex integro, cum ipſa ſua portione de Monaſterio S. Angeli, Monaſterium Sanctę Marię in Monteſancto poſitum, Monaſterium Sancti Saluatoris, poſitum iuxtà fluuium Aſum, Plebes, & Capellas maiores, & minores, iuſtè ad eandem Eccleſiam reſpicientes ſeù nominatim Terram, quam* Otmundus *filius* Otmundi, *pręfato Epiſcopio ad proprietatem dedit, & per cartulam confirmauit. Nos inſuper concedimus, & confirmamus eidem ſupraſcripto Epiſcopo, BERNARDO II. eiuſque ſucceſſoribus, omnem ipſam Terram de Summata, quam Maginardus filius Sigolphi ad proprietatem dedit, & per cartulam confirmauit idm dicto Epiſcopio, ideſt Caſtellum de Tiozono, cum Monaſterio Sancti Laurentij, atque omnibus ſuis pertinentijs, & quicquid pręnominato Maginardo pertinebat ad proprietatem, & pręſcriptum in Maſſa, in Marte, in Bagano, in Villa Magna, in Flaminiano, in Tlica, in Spinetule, in Api, in Cuſiano, in Teleniano, in Belenterio, in Coſe, in Bapino, in Colle Spinoſo, in Canalide, in Parſena, in Petroniano, in Aneniano, in Cornu, in Acumulo, in Salla, in Portice, in Fileto, in Colle de Spado, in Fonſolino, in Carpenolo, in Murdetto, in Cotiano, in Sculcula, in Matrice, & omnia, quæ prædicto Epiſcopatui, tam ſupradictorum Caſtrōrum, quorūcunq; omnia etiam, quæ in Summati ad proprietatem pertinent, eidemque præfatæ Eccleſiæ, ſicut in Cartulis, & precarijs* Otmundi, *& Maginardi filij Sigolfi habetur, & legitur. Inſuper confirmamus noſtra præceptali pagina, omnes inſcriptiones Communitatum, quas prænominatus Epiſcopus* BERNARDVS II. *à bonis hominibus in præteritis temporibus acquiſiuit, & in futuris eidem ſuperiùs nominatę Eccleſię acquirere poteſt, tam ipſe, quàm ſui ſucceſſores; acquiſita autem in ſuis temporibus nominatim, hæc*

ſunt. Caſtra, Aquilaria, Luco, Turre, Luciana, Scalelle, Ciuitella, Corſale, Ciniano, Cauſule, Venarupta, Colõnata, poſt Mõtes, Aſſiano, Poio de Villa Magna, qui Fildriano VIII. Montecoci, Spinetule, Ripa, Poio Sigolfi, Ilice, cum Turre Seſtelana, Elicetum, Cillinule, Corata, Colondelle, Saletto, Maſſa deramata, Caſelle, cum omnibus illorũ pertinentijs. Sancimus etiam eidem Eccleſiæ, pro firmitate, quod ſi eadem Eccleſiæ aliquo caſu ab igne crematæ fuerint, ſeù à prauis hominibus furatæ, vel ablatæ, ex noſtra Auctoritate, liceat Epiſcopum ibi pro tempore ordinatum ſe in placido decenſare, & inueſtituram Terræ, de qua contentio orta fuerit, tenore, ſecundum quod eius Anteceſſor inuentus fuit, & detinuit, donec........... ad placidum ſe conduxit. Super hęc omnia, permittimus ei, quoniam in noſtra fidelitate perſudauit, cõſiderãtes eò magis, quod in reſtauratione optimè vigilat, donauimus ei, quicquid nobis pertinet de Comitatu Aſculano, in fædere, & in placito, ſuiſque ſucceſſoribus. Mercatum etiam, vbicunque in ſuo Epiſcopatu voluiſſet, ſine contradictione cuiuslibet hominis, tàm intrà Ciuitatem, quàm extrà facere liceat. Monetam etiam in Ciuitate conſtruere, ad componendos nummos cuiuſuis generis, Aſculan videlicet........ Epiſcopis, liberè, & ſecurè currendos per totum noſtrum Regnum, & quicquid ad Regiam cenſuram, & poteſtatem noſtram pertinet, in eius transfundere, & ſucceſſorum eius ius, & dominium per pręceptum noſtræ conconfirmationis donamus, & corroboramus, eo ordine, vt nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Scultalius, Gaſtaldus, aut publicæ rei exactor, magna, paruaque noſtri Regni perſona, diſueſtire, moleſtare, inquietare prędictum Bernardũ II. Aſculanum Epiſcopum, eiuſq; ſucceſſores de omnibus ſupraſcriptis à noſtris prædeceſſoribus Imperatoribus, ſiuè Regibus conceſſis, aut a nobis modo per hoc præceptum confirmatis, & datis vnquam in tempore prę ſumat, videlicet tam de mobilibus, quàm de immobilibus rebus ſeruis, & ancillis, liberis etiam hominibus. Mercatus, monetã fodrum, & placitum, quæ ei donauimus, piſcationes cũ Portibus, Aquis, aquarumque decurſibus, Molendinis, Pratis, Paſculis, Cultis, & incultis, Siluis Ceruorum, ceterarumque ferarum foreſtis, Armentis, Gregibus, & omnia, quę dici, vel nominari poſſunt, eidem iuſtè fauentibus. Si quis igitur, quod minimè credimus, huius noſtræ Confirmationis præcepti Temerarius Violator aliquandò extiterit,

ſciat

Digitized by Google

ſtiat ſe compoſiturum auri optimi libras mille, medietatem K‸m erę noſtræ, & medietatē Bernardo II. Epiſc. ſuiſque ſucceſſoribus qui bus violentia illata fuerit; quod ut verius credatur, firmiuſq; ab omnibus obſeruetur, manu propria roborantes nostro ſigillo iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici III. ✠ Romanorum Imperatoris Auguſti.

Guntherus Cancell. Vice Hermandi Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognoui. Datum vi. Kal. Iunii, Ann. Dominicę Incarnationis 1056. indict. 9. anno Domini Henrici III. Ordinat. eius XXVIII. Regni verò 14. Imper. II. Actum Florentiæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

Adeſt magnum ſigillum cuiuſdam miſturæ, cui inſculpta Imperatoris imago, ſedētis dextera manu pallam rotundam tenentis, cum Cruce, & ſiniſtra baculum, & circumcirca legitur Henricus, &c.

Leonis IX. Diploma tale, eſt ex Archetypo deſumptum.

Leo Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei.

Bernardo II. *Epiſcopo Eccleſię, & Epiſcopatus Sanctæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ. & Beatiſsimi Martyris Emygdij, poſitæ in Comitatu Eſculano, intrà Ciuitatem, cunctiſque ſuis ſucceſſoribus canonicè illuc intrantibus, in perpetuum. Quia Diuina largitate, gratię Beato Petro, Apoſtolorum Principi, regere, diſpenſare, & ab omni prauorum infeſtatione munireq;, & tutela, conuenit nos, qui eius vice Apoſtolatus fungimur culmine, ſingulis Eccleſiæ iuſtæ protectionis manus porrigere, quatenus, quod illis ad tutaminis proficit fulcimentum, nos expediat à debito, quod debemus omnibus. Proinde rogatu Domini ſupra nominati BERNARDI, Epiſcopi Sanctę Eccleſiæ Aſculanæ, Apoſtolicę auctoritatis munimen concedente, & per eam præfato Epiſcopo, cunctiſque eius ſucceſſoribus mihi intheonizatis, quę ad honorem Dei Genitricis, ſemperque Virginis MARIÆ eſt dedicata, nec in inferioris liberalitatis præſcriptum, ſed obſtaculum, & totius protectionis Clypeum, priuilegij munimen conferimus, vt Eccleſia, quæ nomini Summi Omnipotentis Regis Martyrum eſt dedicata, ſit etiam ſummi militis, eius filij ſcripto protecta, gladioque defenſa; quod ideo Apoſtolica auctoritate prouidentes*

tes

dentes ſingula, quidquid iuſtè eidem deferetur Eccleſię, confirmamus, & corroboramus ipſi, vt nemo exindè eum audeat diſueſtire, vel moleſtare, ſeù aliquam inquietudinem illi inferre, ideſt Ciuitatẽ Eſculanam ex integro, cum ipſa ſua portione de Monaſterio Sancti Angeli, quod in ipſa Ciuitate eſt conſtructum, & Monaſterium Sanctæ Mariæ in Sancto Monte poſitum, cum omnibus iuſtè ſibi pertinentibus, vel quæ antea aliquorum iuſta datione legaliter pertinere poterunt. Caſtellum, quod dicitur Trigone, cum Monaſterio S. Laurentij, cum omnibus pertinentijs ſuis, Curtem de Maſſa, cum ipſo Poio de Valle Lucida, Curtẽ de Monte, Curtem de Razano, ſicut in Cartula Maginardi filij Sigolphi habetur, & legitur. Caſtra, quæ dicuntur Serculcula, Matrice, Spinetule, Curtem de Ilica, Curtem de Cariano, Curtem de Core, Curtem de Belenterio, Curtem de Flaminiano, Curtem de Api, Curtem de Terracina, Curtem de Bapino, Curtem de Guaſco Pomareſe, Curtem de Xaſa, Curtem de Salli. Curtem de Patauro. Curtem de Villa Magna, & omnia, quæ prædicto Epiſcopatui pertinẽt, tàm ſupradictorũ Caſtrorum, quam Curtem de Mõtaciolo intus Ciuitatem Spoletanam. Curtem de Paterno in loco, qui ponte dicitur, Curtẽ de primo Caſu, Gualdũ de laguine, in Nurſiã Caſam, Curtem infrà locum, vbi olim fuit Ciuitas; Curtem de Sala in eadem Nurzia, Gualdum de feſſo, Curtem Sauelli. In Comitatu item Eſculano, in loco, qui Aqua dicitur. Caſtellum de Luco, & Turrim de Fotiano, & Poium de Quinto Decimo, Curtem Mazzanam, cum ſalinis ſuis, Caſtellum de Murro, Caſtrum Fundanianum, Montem purum cum foreſtis, & ſyluis, cum Poio, quod Clamatoriũ dicitur, Plagæ, cum Caſtro Luſiano, Villa Magna, cum Podio, & Caſtello, Cicilianum, Montem caluum, Baiauum, Caſtrum de Gualdo, Curtem Angeli, Caſtrum Ligualianum, Curtem Pupillianam, Curtem Sancti Stephani, Curtem de Paterno. & Caſtrum de Spelunga, cum ipſa Curte de Valeriano, Curtem de Boſiano, Montem Andreæ, Poium Siluiſtum, quod eſt ante Caſtellum Guſianum, necnõ & Caſtrum de Spinetulo, cum Curte ſua, quæ Franciſca dicitur, Curtem Faſſianam, Curtem Præſtitulam, Poium Valenterium, Caſtellum de Octauo, Poium Gaminaldum, Curtem Geruinariam, Curtem Chriſianam, Curtem de Viuario, Curtem S. Felicis, Poium de Pignole, Curtem Sancti Martini, Caſtrum de Corato, cum Poio Eliceti, & Ciſimulæ Curtem in Popiliano, Curtem Laurentianam, Curtem Maldilianam,

Ca-

Digitized by Google

Caſtellum Caſtelli in Frondaria, Curtem Porilem, Curtem Dianam, Curtem de Quarto, Caſtellum de Poſtmontes, Curtem Capitinulam, Curtem Paternionis, cum Poio Auignonis, Gaſtellum de Callondata, cum ſuis Curtibus, Curtem Ciniani cum ſuo Caſtello, Curtem de Caſule, & Caſtellum de Vino. Hæc omnia ſupra nominata, cum plebibus, & Eccleſijs ſingulis, earumque dotalibus, cum ſeruis, & ancillis, Villulis, Maſſaritijs, & Commendatitijs, & Colonis ſingulis, cum Alpibus, & Montibus, ſiluis, pratis, paſcuis, vineis, oliuetis, cultis, & incultis, aquis, molendinis, Piſcarijs, Piſcatoribus, Salinis, Aquarumque decurſibus, necnon & armentis, equorumque foreſtijs, ſeù omnibus iuſtè ſibi pertinentibus, in integrum confirmamus, atque Apoſtolica auctoritate corroboramus. Decimas etiam, ſeù primitias, & cunctas oblationes fidelium virorum, & mortuorũ eidem Epiſcopatui, iuſtè, & canonicè pertinentes, ipſi iuxtà Canonicam inſtitutionem Sanctorum Patrum concedimus, ne aliquis Epiſcopus, alicuius auctoritate, vel poteſtate ſuffultus audeat abſque licentia, inibi, iuxtà prefati Epiſcopi ordinationes, ſeu conſtitutiones aliquas facere, vel iudicia diſponere, ſeu Clericos, aut Presbyteros ſynodo qualicunque diſtringere, vel fatigare; Statuentes igitur, Apoſtolica auctoritate, quæ ſeruanda eſt ab omnibus, & in omnibus, ſtatuimus, & ſub Anathemate conſtringimus, vt nullus Imperator ſiuè Rex, nullus Dux, vel Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldus, vel quilibet publicè pariter exactor, ſeù cuiuslibet nominis perſona, cuiuſcunque ſit ordinis, dignitatis, ſeu religionis, hanc pragmaticam Priuilegij ſanctionem audeat refragare, vel in quoquã confringere, quod qui tentauerit, à Beato Petro, Apoſtolorum Principe Anathemate diuino percuſſus intereat; quia Dei Genitricem, eique famulantes offendere non timuit, Deumque hoc inſpicere, pro nihilo duxit: conſeruator verò, Benedictione ſuffultus Apoſtolica, à Deo Omnipotente vitam conſequatur æternam.

Datum Kal. Iulii per manus Frid. Diaconi S.R.E. Bibliothecarii, & Cancellarii, vice Domini Herimandi Archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi, anno Domini Leonis IX. P.P. IV. Indict. 5. Actum Beneuenti, in Dei nomine feliciter. Amen.

Victoris verò II. eidem Bernardo conceſſum diploma eſt.

Eiſdem

eiſdem verbis deſcriptum, cum ſuperiori Leonis. Subſcriptio verò eſt, quæ ſequitur.

Ità in Plumbo addita in medio hæc verba.

IESVS CHRISTVS, PETRVS, PAVLVS.

Victoris Primæ Sedis Epiſcopi, & Vniuerſalis P.P.II. Datum IV.Non.Ianuarij, per manus Hildebrandi S. R. E. Subdiaconi Vice Hermandi Apoſtolicæ Sedis Archicancellarii,, ann.1.Domini Victoris PP.II.Indict.VIII.Datum Romæ in Dei nomine feliciter. Amen.

Interfuit noſter Bernardus II. Concilio Romano, ſub Nicolao II. celebrato, anno 1059. Menſe Aprili. Nec abs re erit, Henrici III.Imp.ſententiam referre, in gratiam Bernardi latam, contra Albaſiam Abbatiſſam, anno 1074. in qua, præter alios, Sigemanus numeratur Epiſcopus Fulginatenſis, hucuſque ſcriptoribus ignotus. Monumentum tale eſt.

Sententia Henrici III.Imperat.in gratiam Bernardi II Aſculani Epiſcopi contra Albaſiam Abbatiſſam.

DVm in Dei nomine, in Comitatu Firmano, in loco, qui dicitur ad S. Marotum in Placito, reſidebat Dominus Henricus Imp.cum Henrico Sacri Palatii Cancellario, ad iuſtitiam faciendam, deliberandam, reſidentibus cum eo, Bonofilio Iudice Imperiali, & Papienſi Vgone, filio Grimaldi, Tranſmundo, filio Raſelgardi, Artone, filio Odemundi, Giſelberto, filio Giſelmandi, Epiſcopo Eremanno de Firmo, Epiſc. Sigemanno de Fuligno, Fulcho filio Alberti, Vgone filio Petri, Ladone filio Carloni, & reliquis pluribus. Ibiq; in eorum veniens præſentiã Dominus Bernardus Secundus, Epiſcopus Epiſcopi Sanctæ Eſculanæ Eccleſiæ, ſimul cum Vrſo Aduocato ſuo, & cepit dicere. Domine Seniorum Imp. iam plures vires me reclamaui ad vos de Albaſia, muliere Pandulfi, de illa Curte de Heliceto, & de illo Caſtello de Corata, cum omni ſua pertinentia, quod ipſa tenet contra me malo ordine, & contradicte.....terrogauit ſupradictã Albaſiam, quid ſibi pertinuiſſet ſupra dicta res, illa reſpondit, quod ſuus Maritus commutaſſet cum Atto, filio Choni; tunc ſupradictus Imp. interrogauit ſupradictũ Iudicem,

dicem, Domine interrogante eam, vbi eſſet ſuus Doctor, vel ſi habet teſtimonia, tunc interrogauit eam ſupra dictus Imp. ſi habuiſſet Doctorem, vel teſtimonia; tum dixit ſupradicta Albaſia; non poſſum hic habere Doctorem, vel teſtimonii, quia ego deprecata sũ Vos, vt Veſtram Epiſcopalẽ illis mandaſſetis; illi nolũt venire mecum in veſtram præſentiam. In eadem hora, Dominus Imp. quando tale audiuit, dixit ad ſupradictum Iudicem, quæ exinde fuiſſet lex, tunc ſuprad. Iudex Bonfilius reſpondit, & dixit, Domine lex eſt, vt facias illam refutare ad ſupradictum Epiſcopum illam inueſtituram, de illa ſupradicta re, quòd faciatis facere infrà ſeipſum Epiſcopum, à ſupradicta Albaſia, ſalua querela, & vos debetis inueſtire ſupradictum Epiſcopum, & ſuum Aduocatum in perpetuum. Tunc Dominus Imperator, quando tale audiuit, fecit ſupradictã Albaſiã ad ſupradictũ Epiſcopum refutare ipſas præfatas res, ſicut ſupradictus Iudex iudicauit; & per fuſtem, quem in manu tenebat ſupradictus Imperator, inueſtiuit ipſas ſupraſcriptas ad ſupraſcriptum Epiſcopum, & ſupraſcriptum Aduocatum ad ſupraſcriptum Epiſcopatũ in perpetuum. Inſuper miſit ſuum bannum ſupra prædictum Epiſcopum, & ſuper iàm prædicta Curte Helicero, & ſupradictum Caſtellum, cum ſua pertinentia, vt nullus quilibet homo audeat iam dictum Epiſcopum, vel ſuum ſucceſſorem, ad partem iam dicti Epiſcopii exindè diſueſtire, moleſtare, vel inquietare, ſine legale iudicio. Qui contrafecerit, centũ libras auri ſe compoſiturũ agnoſcat; medietatẽ Cameræ noſtræ, & medietatẽ pro dicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & a notitia, qualem acta etiam cauſa fieri ammonuerunt. Quidem & Ego Falcho Notarius Sacri Palatii, ex iuriſdictione ſupradicti Imper. & Iudicum ammonitione ſcripſi. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1946. Actum in Comitatu Firmano, ad Sanctum Maonum; in Dei nomine feliciter. Amen.

Ego Henricus Imp. ſubſcripſi.
Ego Henricus Cancellarius ſubſcripſi.
Ego Panfilius Imperialis Iud. & Papienſis interfui.
Ego Adamus Iud. Firmanus interfui.

Ii Ego

DE STEPHANO.

STephanus comperitur Epiſcopus Aſculanus, poſt Bernardum II. Habeo illius memoriam ex cartula donationis ipſi facta à Sciolfo Tranſmundi F. manu Petri Notarii, anno ſexageſimonono, ſupra milleſimum, Menſe Septembri, Indictione V. Donauit Sciolfus medietatem Caſtri Ciuitellæ, & multa alia; vt in dicta donationis cartula, quæ ſeruatur inter domeſtica monumenta nobilis Viri Titi Guidarocchi, Patricii Aſculani patet. Vixit, Alex. II. Summo Pont. Huius Epiſcopi temporibus, hoc eſt anno ſuperius notato, fuit conſtructa Turris ad Diui Petri, in Caſtello, vbi ſic legitur.

HÆC TVRRIS EST FACTA
IN ANNO MILLESIMO SEXA-
GESIMONONO INCARNATIO-
NIS DOMINI NOSTRI.

DE ALBERICO.

ALbericus, Aſculanæ Eccleſiæ Epiſcopus, vixit anno MCIV. vti colligitur ex ſcriptis Monaſterii Sancti Angeli Magni: hoc enim anno dono dedit Domnæ Dodæ Abbatiſſæ, cæteriſque dicti Monaſterii Sacris Veſtalibus quædam bona in territorio Plagiarum, rogatu Sciolfi, Anſonis F. Menſe Decembri. Scriptura equidem barbara eſt, in cuius calce ſic legitur.

✠ Ego Domnus Albericus Epiſcopus, hac cartula concambiationis rogaui, & confirmaui, & atteſtibus roboraui, & ſubſcripſi.

Habetur eiuſdem Alberici Epiſcopi, & alterius eiuſdem nominis, Archidiaconi memoria, ab anno MCXXV. ſub Honorio II. in gradibus pauimenti antè Aram maximam Cathedralis Eccleſiæ. Vixit antè Honorium, etiam temporibus Paſchalis II. Gelaſii II. & Caliſti II.

DE PRESBYTERO.

PResbyter Epiſcopus diù Aſculanam rexit Eccleſiam; illius namque reperitur memoria ab anno Domini MCXXXVII. vſque ad annum MCLXV. Hic primus Aſculanorum Antiſtitum ab Imperatore Chonrado II. in Principum conſortium receptus, vt infrà patebit; Ad huius Epiſcopi poſtulationem, Lotharius Imperator priuilegia Aſculanæ Eccleſiæ conceſſa ab aliis confirmauit, dato diplomate, cuius tenor talis eſt.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis

Diploma Lotharij Epiſcopo Aſculano conceſſum.

Lotharius, Diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator Auguſtus. Iuſtum eſt, & omnino Imperialē decet munificentiā, inter ceteras Eccleſias, eas potiſſimum amplecti, quæ de Imperio ſunt, & ad noſtram ſpecialiter ſpectant defenſionem. Proindè omnium fidelium noſtrorum, tàm futurorum, quam præſentium induſtriam noſſe volumus, qualiter nos inſtinctu Conſortis noſtræ RICHINIÆ, annuente fideli noſtro Henrico, Ratiſponenſi Epiſcopo, & Archicancellario noſtro, *Eſculanæ Eccleſiæ omnem ſuæ dignitatis integritatem conſeruare neceſſarium duximus*. Ad quod, & exemplo anteceſſorum noſtrorum Regum, & Imperatorũ informamur, & non minus deuotio, & ſeruitiũ eiuſdem Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi PRESBYTERI nomine, ad id nos accendit. Quem Imperiali liberalitate, per omnia amplectentes, confirmamus ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus, *& donamus* Comitatum *Eſculanum ex integro, omneſque pertinentias, quas vel modo tenet, vel iure tenere debet*. Confirmamus, & donamus ei, ſuiſque ſucceſſoribus Eſculanam Ciuitatem, cum omni diſtrictu Imperiali, necnon familijs, & pertinentijs ipſius; Monaſterium videlicet Sancti Angeli, in eadem Ciuitate constructum, quod Iuris noſtri eſſe dignoſcitur, quod donamus, & confirmamus eidem Eccleſiæ Eſculanæ,


atten-

Digitized by Google

attendentes deuotiſſimum prædicti Epiſcopi Presbyteri ſeruitium Monaſterium quoque Sanctæ Mariæ, in Monteſancto poſitum, Monaſterium Sancti Laurentii, iuxta Caſtellum Troione poſitum, cum omnibus pertinentijs ſuis. Monaſterium etiam s. Petri in Cerreto, quod Tranſaticus filius Teodini, pro remedio animę ſuę, ſupradicto Epiſ. & Eſculanę dedit Eccleſiæ. Terram quoque, quam Otmundus, filius Otmundi eidem dedit Eccleſiæ. Confirmamus, & donamus ipſi Terram de Summati, quam Mainardus, filius Sigolfi eidē obtulit, tempore Bernardi II. Epiſcopi, ideſt Caſtellum de Troione, de Valle lucida....tonem, & quicquid prænominato Mainardo proprietatis iure pertinebat, in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Villa Magna, in Flaminiano, in Ilica, in Spinetule, in Api, in Griſiano, in Telleniano, in Belenterio, in Coſe, in Rapino, in Saſa, in Guaſto Pomareſe, in Caſa Vetula, in Theralino, in Pennino, in Colle Spinoſo, in Cananicle, in Paſtina, in Petroniano, in Auezano, in Cornu, in Acumulo, in Sallo, in Pernice, in Filetta, in Colle de Spada, in Tonſolino, in Carpenoſo, in Muſiclo, in Cotiano, in Sculcula, in Matrice. Caſtellum Colle altum, cum Eremo, & pertinentiis ſuis. Omnia quoq; tempore prædicti Bernardi Epiſc. acquiſita, Aquilariā videlicet, Lucum, Turrem Fucianam, Scallelam, Ciuitellā, Caſulam, Auſulū, Columnatam, Poſmontem, Oſtiarium, Poium de Villa Magna, Filtrianum, Podium de Iuliano, Caſtinianum, Octactuum, Montemcocū, Spinctū, Montem de Caſtanea, Ripā, cum ipſo Poio Sigolfi, Ilicem, cum Turre Siſterana, Licetum, Sinule, Coratā, Ancarianū, Colondelle, Saletto, Carrufa, Maltinianū, Cantalupum, cum Ripa Curuaria, & alias Ripas, Maltam, Deramatam, Caſelle, Murrum; quod vi ablatum prædicto Epiſcopo Presbytero reſtitui iuſſimus, Fundanianum, Pineā, Liſianum, Toleſianū, Ripā, cum Podio de Vallicella, Porchanum, Montem Andreæ, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ; Podium Meghenardi. Præterea Terram, quā dedit Otto, filius Traſmundi, prænominatæ Eccleſiæ, Venā Ruptam, Oliuolum, Palumnianum, Valerianum. Confirmamus etiam eiuſdem proprietatis Olettam, & de alia oblatione,

latione, medietatem de Caſtello Patrinione, cum omnibus poſſeſſionum prænominatarum pertinentijs, *Super hæc omnia remittimus, & condonamus eidem Eccleſiæ pro ſeruitio fidelis noſtri ſępius nominati Epiſcopi, quicquid nobis pertinet de Comitatu Eſculano, in fodro, & in placito.* Mercatum quoque, vbicunq; in totó ſuo Epiſcopatu voluerit, infrà, & extrà, Ciuitatem Epiſcopi, dictæ Ciuitatis liceat ſine contradictione alicuius, monetam quoque, vbi voluerint, habeant, & faciant. Horũ omnium ſupradictorum ius, & dominium eidem Eccleſiæ, auctoritate priuilegii noſtri, eo ordine confirmamus, vt nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes; nulla denique magna, paruaque perſona in his omnibus ſupradictis præfatam Eccleſiam moleſtare, diſueſtire, aut inquietare præſumat. Si quis verò contra hoc, quod non credimus, præſumere poterit, centum libras auri Cameræ noſtræ, & totidem ipſi componat Eccleſiæ. Quod vt veriùs credatur, & ab omnibus diligentiùs cuſtodiatur, præſentem indè cartam ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Signum D. Lotharij Imperatoris in-



III. Romanorum uictiſsimi.

Ego Ricardus, Vice Henrici Archicancellarij recognoui. Data Anno Incarnationis Dominicæ MCXXXVII. indictione XV. Kalend. Decembris, anno verò Regni Regis Lotharij XII. Imperij VI.

Actum Salerni, in Chriſti nomine feliciter Amen.

Hic idem Presbyter Epiſcopus Eccleſiam Sancti Petri in Caſtello conſecrauit, anno MCXLII. Sic enim legitur in Altari Sancti Benedicti Martyris, intrà dictam Eccleſiam.

A. D.

Digitized by Google

A.D.INC.MCXLII.P.ÆSCVLANVS.EPISC.CVM.
T.SENOGALIENSI.ETEGVBINO.EPISC.
HANC.ECCLESIAM.CONSECRAVIT.VI.D AVG.P.
DIAC.CVM.PRESBYTERO.STABIL.HVIVS.ECCL.
PRIOR.HOC.FIERI.STVDVIT.

Conceſſit Ramburgæ Abbatiſſæ Monaſterii Sancti Angeli multa bona, anno Domini MCXXXI. vt ex monumentis dicti Monaſterii patet.

Anno verò centeſimo quinquageſimo ſupra milleſimũ, fuit adſcriptus ab Imperatore Chonrado Principum conſortio, eique ab eodem confirmata ampliſſimè omnia ab ipſo poſſeſſa. Lubet verò hic de more exſcribere Auguſtum diploma, quod tale eſt.

Chonr.Imper.Diploma Presbytero Epiſc. Aſculano, Principum Conſortio adſcripto conceſſum.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Chonradus, diuina fauente Clementia, Romanorum Rex II. ac ſemper Auguſtus. Decet Imperialem magnificentiam eas Eccleſias potiſſimum fouere, & amplecti, quæ de Imperio ſunt, & ſpecialiter ad noſtram defenſionem ſpectare dignoſcuntur. Quo circa, fidelium noſtrorum omnium, tàm præſentium, quàm futurorum nouerit induſtria, qualiter Nos Principum noſtrorum precibus, ſuadente quoque Vvibaldo Abbate Compagenſe, Eccleſiæ Eſculanæ omnem dignitatis ſuæ integritatem conſeruare dignum duximus. Exemplo quoque Anteceſſorum noſtrorum, Regum, & Imperatorum inſtruimur, & informamur; & nihilominus magna deuotio, magnumque ſeruitium eiuſdem Eccleſiæ Venerabilis Epiſcopi, nomine PRESBYTERI, venientis ad Nos in Alemaniam, ad id nos accendit, & inuitat. Quem honeſtiſſimè recepimus, eumque de Regalibus inueſtientes in CONSORTIVM PRINCIPVM NOSRORVM ſuſcepimus; cui etiã omnia bona ſuæ Eccleſiæ, omniaque Eccleſiæ ſuæ iura, quæ vel tempore ſuo, ſuorumque prædeceſſorum amiſſa ſunt, per corporalem inueſtituram reddidimus, & alia, quæ à nobis petiit; videlicet, Totam Terram mutorum, Colle

pa-


pagane, Lempa, Siluagroſſa, Ilgiam, Pharaonem, ſecundum cordis noſtri ſereniſſimam çquitatem, reſpectum ſui ſeruitii, donauimus diligenter, & conceſſimus, cum adiacentiis, & pertinentijs ſuis omnibus. *Donantes, & confirmantes ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus, Comitatum Eſculanum ex integro, omneſque pertinentias, quas vel nunc tenet, vel de iure debet tenere.* Confirmamus, & donamus ei, *ſuiſque ſucceſſoribus, Ciuitatem Eſculanam, cum toto Imperiali diſtrictu; necnon familijs, omnibuſque pertinentijs ipſius. Monaſterium videlicet Sancti Angeli, in eadem Ciuitate conſtructum, quod iuris noſtri eſſe dignoſcitur,* quod donamus, & confirmamus eidem Eſculanæ Eccleſiæ, attendentes prædicti Epiſcopi Presbyteri deuotiſſimum ſeruitiũ; Monaſterium etiã Sanctæ Mariæ in Monteſancto ædificatũ, Monaſterium S. Laurentii, iuxtà Caſtrum Trione poſitum, cum omnibus ſuis pertinentiis, Monaſterium quoque Sancti Petri in Cerreto, quod Tranſaricus, filius Teodini, pro remedio animæ ſuæ, eidem Epiſcopo, & ſupradictæ Eſculanæ Eccleſiæ dedit. Confirmamus etiam, & donamus ipſi Terram, quam Otmundus filius Otmundi eidem Eccleſiæ dedit, & Terram de Summati, quam Mainhardus, filius Sigolfi, tẽpore Epiſcopi Bernardi II. ibidem conceſſit, & dedit; ideſt Caſtellum de Troione, Vallem Lucidam, Vagizonem, & quicquid prænominato Mainhardo, iure proprietatis pertinebat, in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Villa magna, in Flaminiano, in Ilica; in Spinetule, in Api, in Griſiano, in Telleniano, in Bellentino, in Choſe, in Rapino, in Saſa, in Guaſto Pomarele, in Caſa Vetula, in Terrortine, in Pennino, in Colle Spinoſo, in Cananicle, in Paſtina, in Petroniano, in Auezano, in Cornu, in Acumulo, in Sallo, in Pernice, in Colle de Spado, in Philetta, in Carpenulo, in Tenſolino, in Cotiano, in Aluſiclo, in Sculcula, in Matrice. Caſtellum Colle altum, cum Eremo, & pertinentiis ſuis. Omnia quoq; aquiſita tempore Bernardi prædicti Epiſc. videlicet Aquilaniam, Lucum, Turrem Fucianam, Scalelle, Ciuitellam, Caſulam, Auiulum, Colonnatam, Poſmontem, Maltinianum, Offianum, Poium de Villa Magna, Podium de Iuliano, Filicianum, Caſtinianum, Ottauum, Montem Cocum, Spinetulum,

Digitized by Google

tulum, Montem de Caſtanea, Ripam, cum ipſo *Poio* Sigolfi, Iiicem, cum Turri Silterana, Licetum, Cilinule, Corana, Ancarianum, Colondelle, Saletto, Carrufa, Cantalupum, cum Ripa Curuaria, & alias Ripas, Malta, Deramata, Murrum, Caſelle, Fundanianum, Liſianum, Pineam, Tolenianum, Ripam, cum Podio de Vallicella, Porclanum, Montē Andreæ, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, Podium Maginardi. Prçterea Terram, quam dedit *Arto filius Tranſmundi* prænominatæ Eccleſiæ, Venam ruptam, Valerianum, & Olettum, Oliualum, Palumnianum. Adhuc etiam confirmamus Pater.........ne, cum adiacentiis, & pertinentiis ſuis; necnon etiam Terram, quam Iacobus, & Translaricus, filii iam prænominati Translarici, præfato Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ, per cartulam donationis dederunt, videlicet, *Caſtellum Milianum*, & vbicunque eorum........alitas eſſe dinoſcitur, in Caſtello ſcilicet Sereto, aliiſque locis. Inſuper *donationem, quam Mattheus Comes Aprutinus ex teſtamento, idem ſæpè dicto Epiſcopo, & Eccleſiç ſuæ dedit*, videlicet totam hæreditatem Aimerardi, & Gualfredi, quam in Caſtello Spinetulo tenebant, cum ſuo Campo manuali, ſub ipſo Caſtello in plano poſito. Caſtellum quoque Mozanum, à filiis *Tranſmundi eidem Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ donatum*, cum antiqua poſſeſſione *præfata Eccleſiç*: Terram etiam, quam Mattafellone eidem Epiſcopo, & ſupranominatæ Eccleſiæ dedit, ideſt Caſtella, Collatum, & Lucum, & partem ſuam de Actineo, & hæreditatem ſuam totam, vbicunque inuenta fuerit. Confirmamus etiam eidem Eccleſiæ, Caſtellum Montem mori, quod præfato Epiſcopo *Vbaldus Cardinalis reddidit*. Super hæc omnia, remittimus, & condonamus eidem Eccleſiæ, pro ſeruitio fidelis noſtri ſæpius nominati Epiſcopi, quicquid nobis *pertinet de Eſculano Comitatu, in placito, & in fodro*. Vbicunque etiam voluerint, mercatum in toto ſuo Epiſcopatu, ſine alicuius contradictionē, Epiſcopis eiuſdem Ciuitatis, infrà, & extrà Ciuitatē liceat: habere monetā quoq; vbi voluerint, faciant, & habeant. Auctoritate noſtri Priuilegii confirmamus ius, & dominium ſupranominatæ Eccleſiæ horum ſupradictorum omnium, eo ordine, vt nullus Dux, Archie-

piſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna perſona, ſiuè parua, præfatam Eccleſiam in his omnibus prædictis inquietare, diſueſtire, aut moleſtare audeat. Si quis verò, quod non credimus, contrà hoc præſumpſerit, centum libras auri Cameræ noſtræ, & eidem Eccleſiæ totidem componat. Quod vt verius credatur, & ab omnibus diligentiùs cuſtodiatur, præſentem indè cartam Sigillo noſtro iuſſimus inſigniri.

Signum D. Chon- *radi, Regis Roma-*
norum *Secundi.*



Ego Arnoldus, Cancellarius, vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognoui.

Data pridiè Idus Martij, indict. X. Anno Dominicæ Incarnationis MCL. Regnante Chonrado Rege Secundo Romanorum, anno Regni eius XIII. Actum Nurimbergh in nomine Chriſti feliciter. Amen.

Legitur de hoc eodem Epiſcopo ad Ædes Leonidæ Terniani; Aſculi, in pulcherrimo marmore, literis ſemibarbaris, ità.

Hæc eſt cepta Domus poſt partum Virginis, anno
Milleno, Centeno, Quinto, biſque triceno.
Hereſe Romæ olet; Fridericus at Imperat Orbi.
Huic vt Stella preeſt lux Præſul PRESBYTER Vrbi.
Hanc cum prole domum Comes VValterius agit,
Marſilio, Ioachim poſt hos, geminoque nepote
Iacintus fertur, poſt hunc Odoriſius alter.
Hæc cano. Tranſmundus, cui ſit ſine crimine Mundus.
Has Ricienatus ſculpſit res Apulus Vgo.

Quo

Quo quidem anno conſtructa etiam Eccleſia fuit in honorem Sancti Hilarii, extra Vrbis mœnia; ità enim legitur in pariete.

Hoc opus eſt factum poſt Partum Virginis, anno
Quinto milleno decimo bis terque triceno.

Cuius Monaſterium diu à Congregatione Sanctæ Crucis de Auellana poſſeſſum, &c.

Vixit Presbyter in Aſculano Epiſcopatu, Celeſtino II. Iulio II. Eugenio II. Anaſtaſio IV. Hadriano IV. & Alexandro III. Summis Pontificibus.

DE TRANSMVNDO.

TRanſmundus, poſt Presbyterum hanc rexit Eccleſiam. Fuit Aſculanæ Eccleſiæ Archipresbyter, & fortaſſe prædictorum carminum Auctor. Aliquid ſimile ei intercedit cum Aczolino, & Scintillo, ſociiſque, in monumentis Aſculanis, ſcilicet, quod ipſe, & eius hæredes, annuatim Eſculanę Eccleſiæ tribuere tenentur ſpallam vnam, cum Lonza, in Natiuitate Domini, & vnam Salmam muſti in ſuo tempore, & pro Eccleſia Sancti Laurentii, vnam ſalmam muſti, & duos denarios de Capitulo, & alia, &c. Anno Dominicæ Incarnationis 1177. Tranſmundo Præſule, Alexander Papa III. anno 1179. Raynaldum Archidiaconum, reliquoſque Canonicos Aſculanæ Eccleſiæ in tutelam B. Petri ſuſcepit. Diploma quod ſequitur huiuſmodi eſt.

Diploma Alexandri III. Pontif. Max. Raynaldo Archipresbytero, & veteris Aſculanæ Eccleſiæ Canonicis.

Alexander Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei.

Dilectis filiis, Raynaldo Archidiacono, Mattheo Archipresbytero, & Canonicis Eſculanæ Eccleſiæ, tàm præſentibus, quàm futuris, canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Quoties illud à nobis petitur, quod Religioni, & honeſtati conuenire dignoſcitur, animo nos decet libenter concede-

re, & petentium de ſideriis congruum ſuffragium impertiri: ea propter, Dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Canonicam veſtram ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti priuilegio communiuimus; ſtatuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, & quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum, iuſtè, & Canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeù aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis de' ſtirpe ſucceſſoribus; & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet, Caſtrum Maltignanum, Caſtrum Poſmōtes, Caſtrum Columnatæ, cum Eccleſijs eorum, & omnibus ſuis pertinentiis, riuis, paſcuis, terris cultis, & incultis, molendinis, arboribus fructiferis, & infructiferis, aquis, aquarum decurſibus; plebem Sancti Victoris, & Plebem Sancti Venantii, & Plebem Sanctæ Mariæ inter Vineas, Eccleſiam Sancti Petri ad........... Eccleſiam Sancti Eraſmi, & plebem de Pagano, cum Capitulo, & mortuariis, plebem de Cruce, plebem Sancti Anthimi, Plebem de Caſaregnano, cum omnibus pertinentiis, & poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam Sancti Benedicti de Fontagrano, cum omnibusvannis, & gualterio, cum ſorte ſua, & Guidino, Eccleſiam S. Mariæ de Podio, cum Benedicto Dominici, & cum cōſortibus ſuis, Eccleſiam Sancti Stephani, cum filiis Amiconis, Thederade, Eccleſiam Sancti Laurentii de Riuo, & Adam cum Nepote ſuo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Marzano, Eccleſiam ſancti Pauli, & ius, quod habetis in Sancto Venantio de Plagis, Eccleſiam Sancti Benedicti, in Palaretta, Eccleſiam s. Mariæ in Yeneti, & quartam partem ſancti Petri ad Collem, Eccleſiam ſancti Maximi, in Summati, domum filiorum, & Nepotum Aſiani Roberti, cum tenimentis, & ſeruitiis eorum, ſeruitium Simonis, cum beneficio ſuo, domum Odoniſcam cum tenimento, & ſeruitio ſuo, & omnia bona, quæ Azo Valentini dedit, & conceſſit in Canonica veſtra, & bona omnia, quæ Gerallus dedit, & conceſſit eidem Eccleſiæ; domum Aponiſcam, & ſeruitium beneficii Nicolai Stephani,

phani, & ſeruitium, quod Griſo Primicerius Eccleſiæ veſtrę in obitu ſuo reliquit, videlicet ſpallam, cum lonza, & Sarcinam muſti, cum hominio, & fidelitate hæredum ſuorum, Eccleſiam ſancti Petri inter ſulcos, Eccleſiam ſancti Iuuenalis, Terram in Capite Pontis Maioris, iuxtà vineam Epiſcopi, Eccleſiam ſanctæ Mariæ in plano, Eccleſiam ſancti Laurentij, iuxta Pontem Soleſtanum, & ſeruitium quinque denariorum Henrici, quos filij ſtabilis Caſtelli, & hęredes eorum Eccleſiæ veſtræ annuatim perſoluendum debent, Eccleſiam Sancti Petri in Pane perdito, in Tolegnano, ſeruitium, quod filij Actutij Presbyteri Ioannis, videlicet duos denarios Henrici, annuatim Eccleſiæ veſtrę perſoluere debent, cum hominio, & fidelitate, & ius, quod habetis in Sancto Nicolao, ad Canalem, Eccleſiam Sancti Petri in Caſtello, & medietatem oblationum defunctorum de Summati, & omnia, quæ Canonica veſtra infrà, & extrà Ciuitatem iuſtè habet, vel eſt habitura. Ad hęc, auctoritate noſtra Apoſtolica indulgemus, quod ſi aliqui de Epiſcopatu veſtro impoſitionis, aut in alia bona Canonicæ veſtræ violentiam exercuerint, vel rapinam, & ad ſecundam, vel tertiam commonitionem veſtram, præſumptionem ſuam dirigere, emendare contempſerint, Epiſcopo veſtro ipſos ad ſecundam, vel tertiam requiſitionem veſtram, deuotè, & humiliter, per conuenientia interualla temporis facta, volente, vel non volente corrigere, pax vobis ſit de auctoritate veſtra, in eos interdicti, & excommunicationis ſententiam promulgare. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Canonicam temerè perturbare.

Ego Alexander Cathol. Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Vbaldus Oſtienſis Epiſcopus.
Ego Theodinus, S. Rufinæ Sedis Epiſcopus.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Io. Neor. Io. & Pauli Presb. Card.
Ego Cintius Presb. Card. tit. S. Ceciliæ.
Ego Vgo Presb. Card. Tit. S. Clementis.
Ego Mattheus Presb. Card. Tit. S. Marcelli.

Ego

Ego Ardiccio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Gratian. Diac. Card. SS. Coſmi, & Damiani.
Ego Ioannes Diac. Card. S. Angeli.
Ego Mattheus S. Mariæ Noua Diac. Card.

Data Agnani, per D. Dayſen. S. R. E. Subdiaconum. vix. Kal. Nouembris, Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ MCLXXIIII. Pontif. verò D. Alexandri Papæ III. anno XXI.

Habetur eiuſdem Epiſcopi memoria, in quadam lite pro iuribus Epiſcopalibus, in Caſtro Muzzano, ſcripta anno 1224. probant teſtes fuiſſe dictum Caſtrum ſub ditione Eccleſiæ Eſculanæ, temporibus Tranſmundi Epiſcopi, &c.

DE GISONE.

GIſonis, Epiſcopi Aſculani extat dumtaxat memoria in quibuſdam Celeſtini P. P. III. Bullis, in Deſiderii, Rectoris Eccleſiæ Sancti Nicolai in Ponticulo gratiam expeditis, ſub annum à Chriſto nato nonageſimumprimum, ſupra milleſimum, & centeſimum. Hic donauit Ecclaſiam Sancti Secundi Deſiderio prædicto, vt verbis Raynaldi Epiſcopi ſucceſſoris, teſtatur Celeſtinus, dum ſic inquit.

Concedimus, & confirmamus tibi Eccleſiam S. Secundi, ſicut Prædeceſſor Giſo Epiſcopus beatæ memoriæ tibi dedit.

De illo nullam alibi mentionē fieri animaduerto; puto autem virū fuiſſe ſanctitatis opinione celebrem; cum Raynaldus illum beatæ memoriæ virum prædicet; vt in Bullis, quas alibi pro temporis ratione retulimus, habetur. Hoc eodem Præſule, vt puto, Alexand. III. confirmauit Eccleſiæ Eſculanæ iura ſua, Data.........per.......Dayſen S. R. E. Subdiaconum; Nono kal. Nouemb. Indict. XIII. Incarnationis Dominicæ MCLXXIX. Pont. Max. Alex. P. P. III. ann. XXI.

DE RAYNALDO.

RAynaldus primus ex Archidiacono, vt puto, factus Epiſcopus, (tres enim aliàs Aſculanam rexiſſe Eccleſiā di-

Digitized by Google

diuerſis temporibus, colligo; de quibus abundè ſuis locis dicemus infra) ſucceſſit Gitoni. Illius memoria habetur nobiliſſimis in Diplomatibus, ab anno MCLXXXIII. vſque ad annum MCXCIII. Ne autem pretioſa ſcriptorum monumenta, iam ferè obliterata, membranæque multis in locis corroſæ, & puluere penè obrutæ, intereant penitus, illas hic adſcribere non me piget, vt ſaltem eas editione ab interitu, & obliuione vindicem.

Diploma Friderici Ænobarbi conceſſum Raynaldo Epiſcopo Aſculano.

Fridericus Ænobarbus ad Raynaldi Epiſcopi intuitum, quod hic ſequitur, conceſſit priuilegium.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator Auguſt. Inter varia humanæ conditionis vota, & opera hoc potiſſimum fore cenſemus ad ſalutem animarum, ſi Eccleſiis Dei, & Eccleſiaſticis perſonis ſolertiæ noſtræ ſtudium efficaciter impendentes, eas non ſolum in iure ſuo conſeruamus; verũ etiam diſperſa, recolligenda, fracta, reconſolidanda, & quæ in præſentiarum poſſidentur, feliciter augenda Imperiali virtute fouemus, ac defenſamus. Studentes ergo laudum titulo, probatamque honeſtatem Venerabilis Eſculanæ Eccleſiæ, quæ licet propè fines Imperii noſtri longè ſita ſit, tamen lucem bonæ opinionis ſuæ nobis cominus effundit; libenter etiam annuentes precibus dilecti noſtri RAYNALDI, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, ad exemplum prædeceſſorũ noſtrorum diuerſorum Regum, & Imperatorum, Henrici III. & Lotharii III. & Regis Chonradi II. Patris noſtri, notum facimus, tàm ſucceſſiuę poſteritati, quàm præſentium induſtriæ, quod nos præſcriptæ Eccleſiæ, & prænominatum Epiſcopum, & Congregationem eius in perpetuum, & Succeſſores eorum, & omnia ipſorum bona, mobilia, & immobilia, quæ nunc habent, vel in poſterum, præſtante Deo, iuſtè poterunt adipiſci, ſub protectione defenſionis noſtræ ſuſcepimus, & ex mera liberalitate, atque conſcientia concedimus


mus eis, atque donamus,& Imperiali auctoritate confirmamus omnia iura Eccleſiæ ſuæ, quæ vel nunc habent, vel tempore ſuo, vel prædeceſſorum ſuorum neglecta ſunt, & nominatim totam Terram mutorum, Collē paganū, Lempā, Siluam groſſam, Iſolam, Pharaonem, cum omnibus adiacentiis ſuis. Comitatum quoque Eſculanum, ex integro, omneſque pertinentias, quas modò tenent, vel de iure tenere debent, & Ciuitatem Eſculanam, cum toto Imperiali diſtrictu; necnon familis, omnibusque pertinentiis ſuis; Monaſterium videlicet Sancti Angeli in eadem Ciuitate conſtructum, quod iuris noſtri dignoſcitur, & Monaſterium Sanctæ Mariæ in Monte ſancto ædificatum, Monaſterium S. Laurentij, iuxtà Caſtrum Trione poſitum, cū omnibus pertinentiis ſuis; Monaſterium S. Petri in Cerreto, quod Translaricus, filius Theodini, pro remedio animæ ſuæ, Eſculanæ Eccleſiæ, & Epiſcopo dedit. Terram quoque, quam Otmūdus, filius Otmundi eidem Eccleſiæ dedit, & Terram de Sūmata, quam Maginardus filius Sigolfi, tempore Epiſcopi BERNARDI Secundi ibidem conceſſit, & dedit. Item Caſtellum Trione, Vallem Lucidam, Fagerone, & quicquid prænominato Maginardo, veræ proprietatis pertinebat, in Maſſa, in Marte, in Bazano, in Villa magna, in Flaminiano, in Ilica, in Spinetule, in Api, in Oreliano, in Teloniano, in Belenterio, in Chote, in Rapino, in Saxa, in Guaſtopomareſe, in Caſa vetula, in Teraſino, in Pennino, in Colle Spinoſo, in Comanicle, in Paſtina, in Petroniano, in Auezano, in Cornu, in Acumulo, in Saxa, in Pernice, in Colle de Spada, in Filetra, in Carpenolo, in Tollerino, in Couano, in Muſceto, in Sculcula, in Matrice: Caſtellum Colle altum, cum Eremo, & pertinētiis ſuis, Roccham Galli, & omnia acquiſita tempore Bernardi prædicti Epiſcopi, videlicet, Aquilariam, Lucum, Turrem Fucianam, Scalelle, Ciuitellam, Caſulam, Auſulum, Colomnatam, Poſmontem, Maltinianum, Offianum, Poium de Villa Magna, Podium de Iuliano, Filicianum, Caſtinianum, Ortauum, Montem Cocum, Spinetulum, Montem de Caſtanea, Ripam, cum ipſo Podio Sigolfi, Ilicem, cum Turre Silterana, Licetum, Cilintle, Coratā,

An-

Ancarianum, Colondelle, Saletto, Caruſum, Cantalupum, cum ripa Curuaria, & alias Ripas, Quatrellā, Maltam Deramatā, Murrū, Caſelle, Fūdanianū, Liſianū, Pinea, Tolenianū, Ripā, cum Podio de Vallicella, Porchianū, Montē Andreæ, cum Eccleſia S. Mariæ, Podium Mainardi, Venamruptam, Valerianum, Olettā, totā terram Sinebaldi Attonis, Olinolam, Palumnianū, Speluncam Tre. ..Becianum, Tufum Morice, Caſtellum Caſtellumi, Pantur........cum adiacentiis, & pertinentiis ſuis; necnon Terram, quam Iacobus, & Tranſari us, filii prænominati Translarici PRESBYTERO Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ per cartulam dederunt, videlicet Caſtellum Milianum, & Lexium, Rubum.............dinoſcitur, Caſtellum Aponcanum, in ſupradicta donatione, quam Mattheus, Comes Aprutinus iàm ſæpè dicto Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ dedit, in totam hæreditatem Aimerardi, & Gualfredi, quam in Caſtello Spinetulo........ ſub ipſo caſtello in plano poſito, Caſtellum quoque Muzzanum, Caſtellum Collotum, Caſtellum de Cruce, Caſtellum Caſtaneum, Caſtellum de Mada, Caſtellum de Pezo, cum tota Terra filiorum Sigolfi. filii Odomundi; Hominium etiam, & fidelitatem filiorum Attonis, & Tranſmundi de Aquauiua, de Terra, quā habent in Comitatu Eſculano, & de Terra etiam, quam Mataſellone eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ dedit. Item Caſtella, Collutum, Lucum, & partem tertiam de Atineo, & totam hæreditatē ſuam, quocunq; habeat loco. Inſuper Caſtellum Montemmori, cum pertinentiis ſuis. Ad augmentum quoque noſtræ Imperialis gratiæ, remittimus, & condonamus dictæ Eccleſiæ, & Epiſcopo quicquid nobis pertinet in Eſculano Comitatu, in placido..............& in placito. Et vbicunque voluerit in toto Epiſcopatu ſuo, intra Ciuitatem, & extrà liceat ei conſtituere mercatum; & vbi voluerit, infrà hos terminos, cudere monetam, ſalua in omnibus his ſupranumeratis dignitate Imperialis excellentiæ. Statuimus ergo, & Imperiali auctor. ſancimus, vt nullus PONTIFEX, nullus Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nullus Dux, nullus Marchio, neque Comes, neque Vicecomes, neque Capitaneus, nulla Ciuitas, nullum Commune, nullaue Poteſtas,

nulla denique perſona, humilis, vel alta, Secularis, vel Eccleſiaſtica, hoc Maieſtatis noſtræ priuilegium audeat violare, ſeu Eſculanam Eccleſiam, & Epiſcopum eius, & Canonicos in poſſeſſione, Iure, & dominio prædictarum rerum, omniumque bonorum ſuorum, præſentium, & futurorum aliquibus iniuriis calumniarum, ſiuè damnis præſumat attentare. Quod qui fecerit, in vltionem temeritatis ſuæ, centum libras auri componat, dimidium Imperiali Cameræ, & reliquum iniuriam paſſis. Huic vti teſtes ſunt, Gulielmus Aſtenſis Epiſcopus, Bonifacius Nouarienſis Epiſcopus, Pandulfus, Abbas Farfenſis, Petrus, Vrbis Præfectus, Bertoldus Legatus Italiæ, Conradus Dux Spoletanus, Comes Henricus de Dietle, Comes Simon de Spanherm, Vandericus Bollande, Comes Rainaldus de Falerna, Reinaldus Comitis Monaldi, Otto de Monticellis, Otto de Bran.·.........Otto de Palumbaria, Rudolphus Camerarius.

Signum mei, Friderici Romanorum Imperatoris Inuictiſſimi.



Ego Gotefridus, Imperialis Aulæ Cancellarius, Vice Philippi Colomenſis Archiepiſcopi, & Italiæ Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnat. MCLXXXV. Indict. IV. Regnante D. Friderico, Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni eius XXXIV. Imperij verò XXXII.

Datum apud Cucurionem, in Territorio Spoletano, in Nomine Domini, xiiii. Kal. Octobris. Adeſt Signum, & pen-

Digitized by Google

pendet aurea Bulla, cum ipſius Imperat. imagine, & his literis. FRIDERICVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVGVSTVS. Et in auerſa parte viſitur inſculpta VRBS ROMA, & hic verſus.

ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI.

Diploma equidem munificentiſſimum, & ampliſſimum, ambitionis tamen, & faſtus plenum.


Raynaldi verò Epiſc. extat etiam clara memoria, circiter annum MCXXXVII. ex Henrici VI. diplomate, dato Eſculi, indictione VI. II. Kal. Auguſti: Teſtis adhibitus in priuilegio, in Monaſterii S Angeli, Amelgardæque Abbatiſſæ gratia conceſſo, quod equidem alibi, pro temporis ratione retulimus. Cuius item notitia habetur in bullis Celeſtini, anno MCXCI. & MCXCI. necnon Innocentii III. Celeſtini Bullas confirmantis, anno MCCVI. Pontificatus verò V. Fuit quoque teſtis in quodam alio priuilegio, ab eodem Henrico VI. conceſſo, in Berardi Aſculani Archidiaconi, Medici, & ipſius Imperatoris à Sacris gratiam; de quo ſuo loco fuſius. Diploma datum apud Tianum, anno MCXCV. anno autem MCXCIII. idem munificentiſſimus Auguſtus, hoc precibus ipſius quoque Raynaldi conceſſit.

Diploma Henrici VI. Imper. Rom. Raynaldo Epiſcopo Aſculano conceſſum.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Henricus VI. Diuina fauente Clementia, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Ad humanæ vitæ ſtatum felicem conſequendum, & bonorum meritorum præmium Salutis æternæ adipiſcendum nobis proficere ſperamus, ſi hanc ad Eccleſiarum Dei profectum adhibeamus operam, vt non ſolùm eas in bona tranquillitatis habitudine conſeruemus, verum etiã noſtræ magnificentiæ munificentiam in memorialem, piè, ac liberaliter impendamus. Qua ſanè conſideratione inducti, notum facimus Vniuerſis, tùm præſentis, tum futuræ ætatis Imperij fidelibus, quod nos fidem ſinceram, & deuotionem Raynaldi Epiſcopi Aſculani, necnon fideliſſimi noſtri Magiſtri BERARDI, cuius obſequia multimoda nobis

placita præ oculis habemus; ſupplicatione præcipua inuitati, eidem Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Eſculanę concedimus, atque donamus Cantalupum, vtramq; Ripam, Querquellare, cum Eccleſia Sãcti Ægidij, & Caſali, Faraonẽ, lempam, Collem Paganum, Sanctam Crucem de Maſſa, Iuspatronatus, & Dominium, quod Comes Reinaldus videbatur habere in Monte Sancto, & quicquid idem Comes, vel homines ſui habuerunt in Fundaniano, cum omnibus ſupradictorum pertinentijs, Terris, Eccleſijs, Vineis, aquis, aquarumq; decurſibus, molendinis, & quibuſcunque rebus alijs. Quæ omnia prædicto Epiſcopo, & Eccleſiæ Eſculanę, ipſiuſque Epiſcopi ſucceſſoribus, præſenti pagina confirmantes, ſtatuimus, & Imperiali auctoritate ſancimus, vt nulla omninò perſona, ſæcularis, vel Eccleſiaſtica illam audeat infringere, vel aliquo temeritatis auſu ei præſumat obuiare. Quod qui fecerit, in vltionem pœnæ LX libras auri puriſſimi componat, quarum medietatem Cameræ noſtræ, reliquam verò partem paſſis iniuriã ſolui iubemus. Huius rei teſtes ſunt, Otto Friſigenſis Epiſcopus, Vvalterus, Tianeus Epiſcopus, Atto, Aprutinus Epiſcopus, Emecho Comes de Cocligero, Burgundius de Noueremberg, Albertus, Comes de Iparchein, Arnoldus de Horembe, Rudolfus de Kiſyloure, Henricus Marſcalcus de Callendin, Rainaldus de Lutra, & alij quàmplures.

Signum D. Henrici Imperatoris



Sexti Romanorum Inuictiſsimi.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCXCIII. Indictione XI. Regnante Domino Henrico Sexto, Romanorum Imperatore glorioſsimo, anno Regni eius XXIV. Imperij verò III. Datum apud Luceram, pridiè Nonas Iulij.

Ray-

Raynaldum hunc vixiſſe reor in Aſculano Epiſcopatu, ad annum vſque ducenteſimum tertium ſupra milleſimum: eo enim anno, V. Idus Auguſti, Eccleſia Sancti Emigdij de Fulca, in Valle Caſtellana fuit conſecrata per Attonẽ Epiſcopum Aprutinum, Aſculana Eccleſia ſuo Paſtore orbata, rogatu, precibuſque Cataldi Archidiaconi Aſculani, & Manſibiliæ, Monaſterij Sancti Angeli magni Abbatiſſæ, ex dicti Monaſterij monumentis. Quo tempore, Eccleſiaſtico interdicto fuit Aſculana Ciuitas icta. Conſtat id ex minaci Innocentij III. Bulla, Data Velletri eodem anno, XV. Kal Octob. Pontif. anno V.§ Hic idem Raynaldus Epiſcopus an. 1142. Ind. X. menſe Octobri, conceſſit Petro, Priori Eccleſiæ Sancti Petri in Caſtello Eccleſiã prædictam, vt in ea COETVS CANONICVS, qui ſecundum Deum, & B. Auguſtini Regulam in eodem loco inſtitutus erat, in perpetuum inuiolabiliter obſeruaretur. Confirmauit conceſſionem Celeſtini III. datis literis Laterani XV. Kal. Feb. Pont. ann. II. ex Mon. Cathed. Eccleſiæ. Ad hunc eundem Epiſcopum extat reſcriptum Innocentij III. vt habetur in Cap. Sicut Tit. ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant.

DE RAYNALDO II.

Raynaldum, de quo ſupra, ſequitur eiuſdem nominis alius Epiſcopus, cuius habetur notitia in ſcriptis ſolũmodò Monaſterij Sancti Angeli magni, anno 1208. Conceſſit hic quædam bona Manſibiliç Abbatiſſæ, ex Rogitu Salimbeni Notarij, hoc anno, die 26. Iunij.

DE PETRO I.

PEtrus Epiſcopus Aſculanus floruit ſub Ottone IV. Romanorum Imperatore, & vixit anno circitèr MCCXV. vt infrà: ad cuius intuitum, priuilegium, quod ſequitur, cõceſſit Otto Imperator ſupradictus.

Di-

Diploma Ottonis IV. Rom. Imper. Petro Aſculano Epiſcopo conceſſum.

Otto Quartus, Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Notum facimus Vniuerſis præſentem paginã inſpecturis, quod veniente ad præſentiam noſtram dilecto fideli noſtro PETRO Eſculano Epiſcopo, ipſum, prout decuit, tàm honeſtum, & prudentem virum, & ſpecialiter nobis dilectum, benignè recepimus, & pro affectu ipſum honorauimus. Regalibus quoque Eſculanæ Eccleſiæ, cum Comitatu, & vniuerſis eius pertinentijs, cum omni iuriſdictione, & honore, excepto Imperiali, eum inueſtiuimus. Ad hæc quoque, inſpecta honeſtate ipſius Epiſcopi, quem ſemper dileximus .... in honorẽ, atque vtilitatẽ ipſius intendere decreuimus, de Imperiali Clementia, ipſum, & eius Eccleſiam, cum Comitatu, & vniuerſis pertinentijs ſuis, in ſpecialem protectionem regalem noſtram recepimus, Imperiali edicto ſtrictè præcipientes, vt nemini licitum ſit, ipſum vel in Comitatu, vel in aliquibus, quę ad ipſum pertinent, vel etiã quencunq; ſibi ſubiectorum hominum lædere, vel aliquo grauamine moleſtare. Quod qui facere præſumpſerit, in ſuę præſumptionis pęnam, centum libras argenti puriſſimi cõponat, quarum medietas fiſco noſtro; reliqua verò medietas iniuriam paſſo perſoluatur.

Datum apud Caſtellum Florent. VI. Kal. Nouembris, anno ſcilicet 1209. Indictione XIII. Pendet ſignum Imperatoris, cum Sigillo cereo. PETRVS hic Epiſcopus, in gratiam Nicolai, Andronicique Presbyterorum, aliorumque Sanctæ Mariæ inter Vineas Clericorum, ſuper decimarum confirmatione conceſſit priuilegium, quod ſcripſit Ma........nens, à glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Henrico notarius conſtitutus, indictione III. anno M.,........XV. VI. Kal. Octobris, tempore Innocentij P.P. III. anno Apoſtolatus eius octauo decimo, Regnante Domino Friderico Romanorum Rege, in Imperatorem electo. Huius Epiſcopi temporibus, Diuus Franciſcus, Eremitarum inſtitutor, Aſculum venit; quid

quid verò egerit, audiamus Lucam Vadingum Hibernum, anno MCCXII. & iterum Aſculum venit anno MCCXV. Huius etiam Epiſcopi temporibus, Amata quædam, nobilis Aſculana fundauit Monaſterium ſub Inuocatione SS. Matthæi Apoſtoli, & Antonij Abbatis, quod ſuſcepit in Apoſtolicam fidem Innocentius III. confirmauitque bona omnia ab illo poſſeſſa, datis literis. ....an. XIII Kal. Iunij Pont. an. X Laudatur eadem Amata ab Epiſcopo Aſculano, ſub Indictione XIII. menſe.........Innoc. PP. III. an. XII.

DE ALTEGRVNO.

ALtegrunus præfuit Eccleſiæ Aſculanæ Anno Domini circiter MCCXXII. Hic multa conceſſit Iſabeliç Sancti Angeli magni Abbatiſſæ, decimare ſcilicet vt poſſet in plagis, & alibi. Conſtat id ex conceſſionis cartula, manu Salimbeni, Pontificalis Aulæ Notarij, die vltima Martij, eodem anno, ſub Honorio III.

DE NICOLAO I.

NIcolai I. Aſculanorum Pręſulis memoria vna tantum in Cartula inuenitur, anno Domini MCCXXVI. inter eiuſdem Monaſterii ſcriptas membranas, ſub Honorio III. ſiuè huius, ſiuè ſucceſſoris temporibus. In porta ad pontem Soleſtanum, ità legitur, rudibus carminibus ſcriptum.

Annis tranſactis terdenis mille ducenis, &c.

DE PETRO II.

PEtrus ſecundus de Narbona, factus eſt Epiſcopus Aſculanus anno MCCCLXXV. Vixit anno MCCCLXXXV ſub Vrbano VI.

DE

DE MARCELLINO.

MArcellinus Epiſcopus vixit anno MCCXXXIII. hoc enim anno, die X. Menſis Aprilis, Indict. VI. Pontificatus Greg IX. anno VII. ſe recepiſſe, habuiſſeque fatetur à Paulo, Petro, Bonifacio, & Alberto fratribus de Turre, duas ſupra ſexaginta vncias boni, & legalis auri, quod ipſi Aſculanæ Eccleſiæ ſoluere tenebantur. Eſt inſuper inſerta eiuſdem conceſſio quędam, in Veſtalium Sanctę *Mariæ*, in plano Sancti Panfilii gratiam, in Epiſtola CCXXXIIX. regiſtri Vaticani, quam Lucas Vadingus Hibernus inſeruit Hiſtoriæ Seraphicæ, ad annum MCCXXXV. *Tenorem* autem ait GREGORIVS IX. *literarum ipſius Epiſcopi ad cautelam duximus, pręſenti Priuilegio inſerendum, qui ta........*

Marcellini Aſculani Epiſcopi priuilegium Veſtalibus Sancti Damiani, Aſcul. conceſſum.

Marcellinus miſeratione diuina, Eſculanus Epiſcopus, Dilectis in Chriſto Filiabus, Abbatiſſis, Monialibus incluſis, de ordine Sancti Damiani Monaſterii glorioſæ Virginis Mariæ....... .... Sancti Gregorii Eſculani ſalutem, & benedictionem.

Cum vos, diuina gratia inſpirante, Monaſterium glorioſæ Virginis Mariæ, extra Ciuitatem Eſculanam, in loco, qui dicitur, plana.... .. Panfilo conſtruxeritis, ea propter, &c. Decernimus, &c. Datum Peruſii, per manus Magiſtri Gulielmi S R. E. Vicecancellarii, VII Kal Septembris. Indict. VIII. Incarnationis Domini anno MCCXXXV. Pontificatus verò Greg. PP. IX. ann. IX.

DE MATTHÆO.

MAtthęus ſucceſſit Marcellino. Hic confirmauit Gualtredo Archipresbytero, & Capitulo Aſculano decimas vinearum, in territorio Toloniani, à Riuo putrido, vſ-

que

que ad ſanctum Nicolaum, à Canali vſque ad Brittam, & flumen Truentum, conceſſas a Raynaldo; ac addidit ſpecialem etiam decimam, à Ponte maiore, & à Riuo Carpineto, pergendo per Sanctam Iuſtam, & Sanctum Laurentium de Riuo, & per Sanctam Mariam in Paterno, & Riuum Marinum, diuertendo in flumen Truentum. Conſtat ex conceſſione, data anno Domini MCCXXX. VII. Kal. Maii. Pont. Gregor. PP. IX. ann. XI.

In feudum redegit Caſtrum Venęruptæ. Recepit Caſtrum Porchiani à Raynaldo Bodaroci.

DE THEODORINO II.

THeodorinus, huius nominis II. Aſculanorum Antiſtes numeratur, poſt Matthæum. Huius habeo memoriã ex Archiuo Sancti Antonii Abbatis, anno MCCXXXXI. Commendat ſiquidem ſacras Veſtales Ciſterſienſis Cœtus, in Monaſterio Sancti Antonii, religioſè degentes, omnibus Chriſti fidelibus, rogans, vt eiſdem Veſtalibus eleemoſynas elargiantur munificè. Datum Eſculi, anno 1241. Menſe Maio xiiii. Indict. Huic Epiſcopo recens conſecrato mandat Gregorius IV. vt annuo cenſu dimidiæ libræ ceræ contentus, nil amplius ſperare debeat à Monaſterio S. Angeli Aſculani cœtus S Damiani. Datum Laterani Idibus Iunij, Pontificatus ann. xIII.

Inſtauratio Caſtri Murri facta à Domino Raynaldo Bodaroci, anno 1239. Electio verò Abbatis Montis S. à Theodorino facta MCCLVI.

DE THEODORO.

THeodorus præfuit Aſculanæ Eccleſiæ, poſt Theodorinum. Illius habetur mentio in quodam dumtaxat procurationis mandato, à Domno Raynaldo Hilario, atque Hilario eius fratre, aliiſque, in Sancti victoris Eccleſia, Beneficiatis Clericis, poteſtate agendi facta cuidã Bonaretto, eiuſdem Eccleſiæ Sindico, & Curatori, veniamque, eorum no-

mine impetrandi à Theodorino Epiſcopo, omnium criminum ab iiſdem perpetratorum, atque inſuper licentiæ obtinendæ vt cooptaret Meliorem Gualterium Filium in Cœtum ſuum, & Eccleſiæ Sancti Victoris Clericum, anno MCCXLVI indict. III. die Iunii xi. Ab hoc verò vſque ad annum MCCLX. nullius, nomine Epiſcopi monumentum inuenio; quo temporis ſpatio, Petrus Miſeratione Diuina Tit. Sancti Georgij, ad uelum aureum, Diaconus Cardinalis Apoſtolicæ ſedis Legatus, Eſculanam redintegrauit Eccleſiam, Terris Summatinis; vt ex illius conſtat reſcripto, Recaneti dato III. Idus Martij, anno MCCL. Innocentius inſuper IV. his temporibus, reſtrictum duodenarium Canonicorum numerum, ab Archipresbytero, & Aſculanæ Eccleſiæ Canonicis, confirmauit, datis literis Peruſii, II. Idus Auguſti ann. x. quo etiam, quæ ſtatuerant, Prætor, Aſculanorumque Conſilium in Eccleſiaſticæ libertatis gratiã, contra Laicos, idem Summus Pontifex confirmauit, Laterani X kal. Decembris. Alexander quinetiam III. ad Epiſcopi, Capitulique petitionem, has confirmationis bonorum expediuit Bullas, eodem anno.

Alexandri III. Pont. Max. Bulla Theodoro Epiſcopo, & Capitulo Eſculano conceſſa.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Capituli Aſculani ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum, ſicut ex parte veſtra fuerit propoſitum coram Nobis, quod claræ memoriæ Lottarius, & Fridericus II. Romanorum Imperatores, aliique fideles, Columnellam, Coratam, Ancaranum, Salinum, Cantalupum, Ripam Quatrellariam, Iſclam, Pharaonem, Colpaganum, Roccam de Camiliano, Carrufam, & quædam alia bona Eſculanens; & Aprutinens. Diœceſis, Eccleſiæ veſtræ, prout ſpectabat ad eos, pietatis intuitu, duxerint conferenda, ut in eorum literis indè confectis dicitur plenius contineri. Nos veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, collationes huiuſmodi,

ſicut

Digitized by Google

ſicut piè, & prouidè factæ ſunt, ratas habentes, & gratas, ipſas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,& Beatorum, Petri,& Pauli,Apoſtolorum eiuſdem ſe nouerit incurſurum. Datum Neapoli III. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno I. Anno verò huius Pontificis II. reſtituta Eccleſiæ Eſculanæ Caſtra, occupata à Nurſinis. Extat declaratio facta à Nurſinorum Curatore, in gratiam Ciuitatis, & Eſculani Epiſcopatus. Idemque Pontificatus anno IV Theodoro adhùc Aſculanorum Epiſcopo fortaſſe in humanis agente, mandauit Priori Sancti Petri in Caſtello, vt ad Capituli Aſculanæ Eccleſiæ intuitum............eos, qui dum deberent in Eccleſiam prædictam ingredi per oſtium, & ibidem iuxta..... tum Apoſtolicum, aſſequi quod intendebant, fulti ſæculari potentia, in eandem Eccleſiam temeritate propria ſe intruſerant, in Chorum intrauerant, Cameras occuparant....... ... rant Cellarum, panem, & vinum, & alia bona communia ipſius Eccleſiæ violen.............tate acceperant, & vſurparant. Datum Anagniæ xiv. kal. Aprilis Pontificatus anno IV Per hæc tempora dedicata Eccleſia in S. Petri Martyris honorem; cui aliquando ipſe Sanctus præfuerat Præſul. Canonizationis Bulla ſeruatur in Monaſterio.

DE RAYNALDO III.

RAynaldus III. fuit in humanis,ab annis MCCLX. vſque ad annũ MCCLXXXV. Hic facultatem conceſſit religioſæ vitæ, in ædibus propè Ripas fluuii Caſtellani, iuxtà Sancti Spiritus Monaſterium, fratribus, Giſoni, & Matthęo, Raynaldi Donadei, necnon Ioanni, Aſculanis ciuibus vtique pijs, ſub indict. 3. die xiv. Septembris MCCL. ſubſcripſit hic idem Canoni ſancito,in Concilio Lugdunenſi II. à Gregorio P. P. X. pro Romani Pontificis electione à Clero

die Veneris xiii. Menſis Iunij, Pont. Domini Gregorij PP. X. anno III. ex Lib. 4. de modo eligendi Pontifices. Idemque Raynaldus Epiſcopus conceſſit fratri Bonaguro, procuratori tunc temporis, & poſtmodum primati Præſuli Monaſterij Sancti Angeli de Vulturino, Cœtus Eremitarum Sancti Benedicti Abbatis, immunitatem ab omni Iure Epiſcopali Emphytheotico, tàm pro dicto Monaſterio, quàm pro reliquis Cellis, & Eccleſijs, poſſeſſis à fratribus eiuſdem Cœtus in Aſculana Diçceſi excepta, dumtaxat iuriſdictione cauſarum. quæ ſunt diſcuſſæ coram Diœceſano, conſeruationis Altarium, & Eccleſiarum, & Ordinum Clericorum; idque prima Decembris, Indictione I. anno 1273. Donauit inſuper, anno 1273. Indictione IV. die 13. Ianuarii, Veſtalibus Sancti Spiritus, Eccleſiam, iuraque ipſius Eccleſiæ de Picolle. Raynaldi huius Epiſcopatus tempore, quia Manfredo, Tarentino Principi, & Vberto Marchioni Pelauicino, aliiſque Eccleſiæ perſecutoribus adhærebat Aſculana Ciuitas, Eccleſiaſtico idcircò damnata eſt interdicto: hinc Vrbanus IV. factus Pontifex anno 1261. dignas commemoratione hortatorias expediuit Bullas, quarum tenor hic eſt.

Vrbani IV. Pont. Max Interdictum contra Ciuitatem Aſculanam.

VRBANVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Poteſtati, Capitaneo, Conſilio, & Communi Eſculano, ſpiritum Conſilij ſanioris.

Nauicellæ Petri, quàm Nobis, licet indignis Omnipotens Dominus committere voluit, ſuſcepto regimine, priuſquàm eius de litoribus fune ſoluto, ſinuoſa illius vela ventis explicitè traderemus, mens noſtra conſilio perpenſo diſpoſuit, ſic tumido bellorum, & diſcordiæ fluctu, quibus Mare huius ſæculi vbique, ac præſertim in partibus Italiæ, irruentibus ventis è regione deſerti, illudque concutientibus, æſtuat, illo nobis cooperante, qui mari, & ventis imperat, & ſtatuit procellas in auras auſtrales pacis, & concordiæ, lenitate

nitate ſubſternere, vt cum in altum ipſius ſęculi pelagus eadem Nauicula noſtra fuerit, auctore Domino, gubernatione perducta, ſedatis vndique procelloſis turbinibus, placida, & quieta, poſſit æquora, officioſa remorum repercuſſione ſulcare, ac ad Portum ſalutis, ſuauis flaminis aura ipſius reuerberante lintea, feliciter peruenire. Huiuſmodi autem ſalubris intentionis noſtræ propoſitum, quod noſter animus non ſine deuota inſpiratione concepit, cupientes ad vos, quos à fidelitate, ac deuotione Romanæ Matris Eccleſiæ quædam quaſi leuitas mentium, aliquorum forſan duro regimine prouocata, & exaſperata ſubduxit, in huius noſtræ nouitatis initio, eò propenſiori, & attentiori conuertere ſtudio, quò clariori, & firmiori certitudine tenemus, & nouimus, Marchiam eandem principaliùs, & peculiarius ad eandem pertinere Eccleſiam, voſque ſpecialiùs, & pleniùs ipſi Eccleſiæ, eiuſque temporali Dominio ſubiacere. Nam licet erga præfatam Eccleſiam, veſtram Matrem, & Dominam vſi fueritis hactenus, & vtamini duritia priuilegiorum; quia tamen tenera matris affectio de duris etiam filiis eam cogitare compellit, cum nunquam ſic genitrix poſſit natorum ſuorum exceſſibus prouocari, quin ipſa natiui fœderis vnione conſtricta, de illis ſemper, velut timens, & peruigil meditatrix, dignum fore præuidimus, ad conuerſionem veſtram, primitiua noſtræ ſollicitudinis ſtudia deriuare, ac laborare conſtanter ad hoc, vt relicta perditionis via, qua periculoſè inceditis, ad ſalutis, & rectitudinis tramitem tutò, ac celeriter redeatis.

Et quidem noſtis quod Apoſtolica Sedes circà proſperum, & felicem ſtatum dictæ Marchiæ, ſub diuerſitate temporum adhibuit, quam potuit, opem, & operam efficacem; nec ignoratis, quot perſecutiones, quot vexationes, quot moleſtias, & preſſuras, occaſione Marchiæ ipſius eadem Eccleſia pertulit, & quot labores, quotque ſumptus ineſtimabiles pro ipſius defenſione, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, qui fuere pro tempore, ſubierunt. Et licet ipſa Sedes frequenter pro illa perſecutorum inualeſcente Tyrannide, duras, & aſperas aduerſitatum perſenſerit

Digitized by Google

ſerit punctiones; nunquàm tamen ab eiuſdem Marchiæ defenſione, ſuique profectus proſecutione ceſſauit; ſed velut tenera mater, & diligens, pro ipſius populo ſemper ſtetit, & obſeruauit multum aduerſus peſtilentiæ Principes, qui conati ſunt illam ab ipſius Sedis fidelitate ſubtrahere, ſuæque ſubdere ſeruituti. Cum igitur horum omnium notitiam habeatis, non indignè miramur, quod vos ad prædictam Sedem deuotionem debitam non habentes, neque recognoſcentes beneficia vobis ab ipſa collata, ſuaue ipſius iugum, onuſq; leue, non ſinè ingratitudinis, & inconſtantiæ nota, impudenter, & imprudenter effugere, & aſpero perſecutorum eius dominio voluntariè colla ſubmittere præſumpſiſtis, nequaquam conſiderantes, quod Viperea perſecutorum ipſorum generatio, in ſubiectos ſibi populos non cedere Scorpionibus, ac illato latere vulnere conſueuit. Nam ſi olim ſæcularium Principum Cęſarea nos arctante potentia, nonnunquam ab ipſius ſedis deuotione duxeritis diuertendum, vis, & metus, qui cadere poterat in conſtantes, vos ſuper hoc reddere potuit forſitan in aliquibus excuſatos; ſed nunc, cum operante Regis æterni clemẽtia, quæ curuat Imperia, potentatus perſequentium Imperatorum, & Principum ceſſauerunt; nec eſt qui poſſit vos violenter, inuitos ſub ſua ſeruitute tenere; ad nulla excuſationis ſuffragia poteritis habere recurſum, ſi voluntariè aduerſario Eccleſiæ vlteriùs adhęrendo, non curaueritis ad ſinum ipſius Eccleſiæ, qui non clauditur ad illam redeuntibus, cum omni humilitate redire, & offerre ſibi pœnitentiæ munera, & contriti cordis, & humilitatis ſpiritus holocauſta. Verum, quia regiminis aſperitas, qua vos fortè aliqui, quibus erat tunc Marchia eadem à dicta Sede commiſſa, iniuſtis vos vexabant conditionibus, & indebitis exactionibus moleſtabant, cauſam vobis rebellionis huiuſmodi dicitur præbuiſſe; cum tamen nullæ tribulationum aquæ veſtram erga præfatam debuiſſent extinguere charitatem. Nos conijcientes ex præteritis qualiter agi debeat in futuris, ac volentes vobis in hac parte ſpecialiter prouidere, tali perſonæ Eccleſiaſticæ curam, & regimen ipſius Marchiæ duximus

com-

committenda, cuius fidei firmitatem in multis arduis iàm probatam præfata Eccleſia experimento cognouit, & quæ vos in omni benignitate, & humanitate tractabit; ſcietque Marchiam ipſam lucidis iuſtitiæ, ac pacis operibus, quæ potiſſimæ requiruntur in Præſide, auctore Domino, feliciter gubernare. Ideoque Vniuerſitatem veſtram monemus, rogamus, & hortamur attentè, & obſecramus per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, per Apoſtolica vobis ſcripta; nihilominùs diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus attendentes prouidè, quod Generalis Pater, & Paſtor totius fidei Chriſtianę de veſtra ſalute ſollicitus, ad communionem fidelium, extra quam culpæ, & tranſgreſſiones veſtræ vos poſuiſſe noſcuntur, paternis monitis, & exhortationibus vos inuitat; penſantes etiam, quantum honori veſtro expediat, & famæ, aduerſario Eccleſiæ prædictæ relicto, vt toto corde conuerſi ad Dominum, eiuſdem adhærendo Communioni, ac eius parendo humiliter beneplacitis, & mandatis, ſicut diurnam curam habetis, gratiam, ſtatim receptis pręſentibus, de huiuſmodi conuerſione veſtra ſollicitè cogitare, & ad dulces memoratæ Sedis amplexus, quæ vos extenſis brachijs clementer exoptat, & expectat, omni prorsùs dilatione, & difficultate remotis, redire curetis; ſcituri pro certo, quod in Nobis inuenietis, dante Domino, miſericordiam, gratiam, & fauorem, & in prædicta Eccleſia, quicquid in benigna, & pia Matre conſueuit à filijs inueniri. Datum Viterbii 15. Kalend. Decembris, Pontific. noſtri anno primo.

Anno verò ſui Pontificatus III. mandat idem Summus Pontifex, vt ſtrictiori interdicto premat Aſculanus Antiſtes Aſculanam Vrbem. Actum apud Vrbē Rotæ Idibus Ianuarij. Clemens quoque IV. qui Vrbano ſucceſſit in Pontificatu, viuente adhùc Raynaldo Epiſcopo, mandat S. tit. Sancti Martini presbytero Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, vt compellat Regni Siciliæ Iuſtitiarium ad relaxandum quædam loca ad Aſculanam Eccleſiam, Aſculanoſque Ciues ſpectantia, per ipſum Iuſtitiarium occupata. Literarum tenor talis eſt.

Clementis

Clementis IV. Pontif. Max. Bulla in Aſculana Eccl. gratiam.

CLEMENS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio S. tit. Sancti Martini Presb. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Venerabilis Fr. noſter D. Epiſcopus Eſculanus nuper nobis expoſuit, quod Iuſtitiarius cariſſimi in Chriſto filij C. Siciliæ Regis illuſtris in Aprutio, deputatus, ad terram Eccleſiæ manus irreuerenter extendens, ESCVLVM NOVVM, Terram de Summati, cum ſuis pertinentijs, Arquatam, & quædam alia Caſtra, & poſſeſſiones, ſita circa Marchiæ Anconitanę, & Siciliæ Regni fines; quorum aliqua ſpecialiter ad Apoſtolicæ Sedis, quædam verò ad Eccleſiæ Eſculanæ dominium, & etiam ad Eſculanos Ciues pertinere noſcuntur, hoſtiliter, & violenter inuaſit, compellens nobiles viros, Iohannem, Gulielmi, Rogerium de Colloto, Iacobum de Monte Caluo, & nonnullos alios Eſculanæ Ciuitatis, & eius diſtrictus, Eccleſiæ Romanæ Vaſſallos, ad exhibendum ſibi, nomine dicti Regis, fidelitatis, & homagii iuramentum. Vnde, cum talis iniuria non ſit aliquatenus toleranda, volumus, & per Apoſtolica tibi ſcripta firmiter præcipiendo, mandamus, quatenus ea, quæ de præmiſſis, tàm ad Roman. quàm ad Eſculan. ſeù Ciues eoſdem ſpectantibus inueneris, vel cognoueris, taliter occupata ſinè dilatione recuperare procures, in eundem Iuſtitiarium, & quoslibet ſequaces ipſius, alioſque contradictores, & rebelles, ſi qui fuerint, ſublato cuiuslibet appellationis obſtaculo, cenſuram Eccleſiaſticam exercendo; adhibiturus nihilominus contra tales, ſecularis brachium poteſtatis, ſi extiterit oportunum. Datum Viterbii 8. kal. Decembris, Pontif. noſtri anno II. qui erat ab Orbe Redempto 1266. quo etiam anno mandauit Priori S. Petri in Caſtello, ut Iura Epiſcopi defenderet, datis item literis Viterbii xii. kal. Decembris.

Digitized by

DE BONOIOANNE.

BOnusIoannes ſuffectus eſt in defuncti Raynaldi locum; anno Domini 1281. confirmauit Honorius IV. electionem à Capitulo factam, datis Bullis vt infrà.

Bulla Honorij Papæ, Clero, & Diœceſi Aſculanæ data.

HONORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, Clero Ciuitatis, & Diœceſis Eſculan. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum Eccleſia Aſçulana per obitum bonæ memoriæ R. Paſtoris Epiſcopi Eſculani ſolatio deſtituta, dilecti filii, Archidiaconus, & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die ad eligendum præfixa, conuenientes in vnum, ac deliberantes, eidem Eccleſiæ de Paſtore, per viam ſcrutinij, prouidere ad ſcrutandum cunctorum vota, tres fide dignos de ipſo Collegio aſſumpſerunt, qui ſincerè, & ſigillatim ſua, & aliorum omnium vota ſcrutati, mox publicauerunt eadem in communi. Quorum publicatione facta, compertum extitit, quod ſex ex Canonicis ipſius Eccleſiæ, qui erant in vniuerſo vndecim numero, de quo Venerabilis frater noſter, Bonus Ioannes, Aſculanus Epiſcopus tùm temporis exiſtebat in ipſum B. idque B. in Azonem, Canonicum Bononienſem ſuos præbuerant conſenſus, reliquis quatuor nolentibus in aliquem conſentire, quanquam fuiſſent ſuper hoc à prædictis ſcrutatoribus requiſiti; & deindè facta collatione meriti ad meritum, numeri ad numerum, zeli ad zelum, vnus de prædictis ſcrutatoribus, vice ſua, & omnium illorum, qui in ipſum B. conſenſerunt, & de ipſorum mandato, eundem B. in Epiſcopum Eſculanum elegit, qui ad eorundem inſtantiam, electioni eiuſmodi conſenſit. Cumque præfatus B. propter hoc, infrà tempus à Iure ſtatutum, ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſet, ac præſentato, felicis recordationis Martino P.P. prædeceſſori noſtro, eiuſdem electionis decreto, ex parte

dicti B. & prædictorum ipſum eligentium, vt electionem ipſam confirmaret, ſibi fuiſſet humiliter ſupplicatum; quia Abamons, vnus de quatuor prædictis ſe opponebat electioni prædictæ, idem prædeceſſor huiuſmodi negotium dilecto filio noſtro Iordano, Sancti Euſtachii Diacono Cardinali audiendum commiſit; coram quo, poſt citationes de mandato ipſius Cardinalis factas, in audientia publica, ut eſt moris, præfato B. & dicto Abamonte comparentibus, & lite inter ipſum B.& pręfatum Abamontem, in ipſo negotio legitimè conteſtata; tandem cum pro parte dicti Abamontis nihil rationabile contra dictum B. ſeu formam electionis prædictæ fuiſſet probatum, idem Cardinalis, iuris ordine obſeruato, ad ipſius B. inſtantiam, in negotio ipſo concluſit; ac poſt multum, procuratores ipſius Abamontis, ab eo, ad hoc ſpecialiter conſtituti, in ipſius Cardinalis præſentia ſpontè huiuſmodi quæſtioni ceſſerunt; ſicque memoratus prædeceſſor dicti Cardinalis, ſuper pręmiſſis relatione audita, cum reperiſſet prædictam electionem Canonicam extitiſſe, perſonam præfati B. per venerabilem fratrem L. Epiſcopum Oſtienſem, & dilectum filium noſtrũ, Comitem tit. Sanctorum, Marcellini, & Petri presbyterum, dictumq; Iordanum, Cardinales examinari mandauit; ac demum facta ſibi per eoſdem, Epiſcopum, & Cardinales relatione fideli, quia electionem ipſam inuenit de perſona idonea canonicè celebratam, de fratrum ſuorum conſilio, de quorum numero tunc eramus, eandem electionem auctoritate Apoſtolica confirmauit, & ſic præfatum B. præfecit ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, ſibique fecit ſubſequenter per eundem Oſtienſem Epiſcopum, munus conſecrationis impendi. Verum, quia literæ ſuper pręmiſſis, ſub nomine dicti Prædeceſſoris confectæ, non fuerunt cum bulla bullatæ, Nos factum prædeceſſoris eiuſdem in hac parte fauorabiliter proſequẽtes, Vniuerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Epiſcopo, tanquam Patri, & Paſtori animarum veſtrarum, plenè, & humiliter attendentes, obedientiam, & reuerentiam debitam ſibi exhibere curetis; alioquin ſententiam, quam ipſe propter hoc rite tulerit

lerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus eam, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

Datum Romæ, apud Sanctam Sabinam, Idibus Decemb. Pontificatus noſtri anno primo.

Bullam lubens exſcripſi, vt inchoatam pro more Aſculanorum Epiſcop. ſeriem aliquo, ſiuè Pōtificio, ſiuè Imperiali, aut ſaltem autentico ſcribæ probarem monumento; atque etiam vt antiquam in Aſculana Eccleſia ſeruatam eligendi à Capitulo Epiſcopi conſuetudinem, modumque oculis ſubiicerem. Hinc facili coniectura ducor vt credam, vetuſtiores ferè omnes Aſculanorum Antiſtites, Aſculo oriundos, ſiuè incolas, & Aſculanæ eiuſdem Eccleſiæ alumnos extitiſſe, priuſquàm ad præſulatus apicem fuiſſent euecti. Cęterum, non tantùm Epiſcopi nominandi fuit penès Canonicos facultas antiquitùs, Sede vacante; ſed in defuncti etiam Canonici locum ſubrogabant alium. Hinc Nicolaus IV. Pontifex Maximus, patria & ipſe Aſculanus, in humanis adhùc agente Bono Iohanne Epiſcopo, de plenitudine poteſtatis, abſque vllo indulti præiudicio, in Canonicum Eſculanum, Giſmundum Anſerici F. promouit, non obſtantibus, inquiens, quibuslibet eiuſdem Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudine contrariis, iuramento, Confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel alia quauis firmitate vallatis; vti ex Bullis Datis Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem VII. Idus Decembris, Pontificatus ſui anno II. patet. Qui quidem Nicolaus, ſuperiori anno, Eſculano huic Epiſcopo mandat, vt corrigere faciat Statutum à Poteſtate, Communi, & Conſilio Eſculanorum factum, quod nemo poſſit ire ad molendina Monaſterij Sancti Angeli; cum id ſit contra libertatem Eccleſiaſticam; prouiſo tamen, ne Epiſcopus in Vniuerſitatem Eſculanæ Ciuitatis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam proferat, niſi à Summo Pontifice ſuper hoc mandatum receperit ſpeciale. Datum Reatæ, Idibus Septembris, Pontificatus anno primo. Idemque ſimilem mittit Bullam Poteſtati, Conſilio, & Communi Eſculano, vt ſcilicet eiuſmodi reuocent edictum. Data eſt eo-

Nn 2 dem

dem die; Anno verò ſecundo, iiſdem mandat, vt præfatum corrigant ſtatutum. Fuit autem tunc temporis, Aſculi Prętor Stephanus Columna. Bulla equidem minax eſt, & ſuaſoria, quam hic deſcribere non piget.

Bulla Nicolai Papæ IV. Miſſa Poteſtati, Conſilio, & Communi Aſculano de corrigendo Statuto.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis Filijs, Poteſtati, Conſilio, & Communi Eſculanis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.
Turbamur, & premimur, cũ perſonę, maximè ſexus fragilitate imbecilles, à potentibus opprimũtur; ſed illæ præcipuè, quæ ob reuerentiam Saluatoris, ſe ipſius obſequijs perpetuò deuouentes, piis merentur auxilijs confoueri. Sanè nuper ad aures noſtras, non ſinè admiratione multa, peruenit, quod vos ad dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſam, & Conuentum Monaſterii Sancti Angeli Eſculani, Ordinis Sanctæ Claræ, non habentes in earum paupertate compaſſionis affectum; immò illas potiùs damnis, & iniurijs opprimere innitentes, temeritate propria ſtatuiſtis, vt nullus ad Molendina dicti Monaſterii, quæ eadem Abbatiſſa, & Conuentus, in flumine Caſtellani obtinere noſcuntur, accedere audeat ad molendum, contrafacientibus impoſitis certis pœnis; & vt etiam huiuſmodi Statutum in detrimentum dicti Monaſterij plenius obſeruetur, deſtrui feciſtis vias, per quas ad dicta molendina habebatur acceſſus; ex quo fit, vt eædem, Abbatiſſa, & Conuentus, de dictis Molendinis, ex quorum prouentibus magna, immò maior pars ſubſtentationis ſuę proueniebat, eiſdem nullum poſſunt commodum reportare, in ipſarum, & dicti Monaſterij graue præiudicium, & grauamen. Super quo, eædem, Abbatiſſa, & Conuentus, ad Apoſtolicę prouiſionis remedium recurrerunt. Nos itaque Statutum huiuſmodi, vtpotè contrà libertatem Eccleſiaſticam aptemptatum, iniquum penitus reputantes, Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis nihilominus

nus ſcripta mandantes, quatenus Statutum huiuſmodi, & alia ſimilia reuocetis, in præiudicium dicti Monaſterij attẽptata, illa nullatenùs in poſterum earum præiudicium reſumpturi; nec volentes ire ad huiuſmodi Molendina dicti Monaſterii, ad molendum, impedire vllatenus præſumatis, quin potiùs eiſdem, Abbatiſſæ, & Conuentui de damnis, quæ occaſione huiuſmodi incurrerint, ob diuinam, & Apoſtolicæ Sedis reuerentiam, ſatisfactionem plenam, & debitam impertiri. Huiuſmodi autem preces noſtras, & mandata talitèr impleturi, quod exindè à Deo Vobis .... & à Nobis digna proueniat actio gratiarum. Datũ Reatæ, Nonis Auguſti, Pontificatus ann. II. Honorius IIII. huius Epiſcopi temporibus, ſub Apoſtolicum patrocinium Cœnobium Sancti Laurentij de Plagis, propè Aſculum Anno 1286. Pont. II. ſuſcepit.

Boni Iohannis verò Epiſcopi memoriam habeo etiam ex lapide, ad Eccleſiam Sancti Spiritus, propè mœnia Ciuitatis, vbi ſic legitur barbaro charactere.

Hoc opus factum fuit, ſub anno Domini 1289. Indictione ſecunda, tempore Domini Nicolai Papæ IV. & tempore Domini Boni Iohannis Epiſcopi Eſcoli, & Dominæ Marinę Abbatiſſę, & Domini Bonicuntij, Sindici Monaſterij Sancti Spiritus, & Sanctæ Claræ, & tempore Domini Bonifacij P.P. Octaui, ſub anno Domini MCCLXXXXV. Indictione octaua, & dicti Domini Epiſcopi, & Dominæ Iacobæ Abbatiſſæ, & Domini Sindici prædicti, ſub vocabulis Sancti Spiritus, & Sanctæ Elenę, & Sancti Lucæ, & Sanctorum Liberij, & Baſilii, & Sancti Nicolai, & Sa...... ......Anno verò MCCLXXXVII. conſecrauit Altare Sanctorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, in Eccleſia Cathedrali, & conceſſit indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum, viſitantibus idem Altare quotlibet anno, à die cõſecrationis, per totã octauam. Conſtat id ex conceſſione data Aſculi, anno verò quo ſupra Ind. XIV. Conceſſerunt eidem altari quadraginta alios dies, de vera indulgentia, Bernardus Auximanus, Accurſius Piſaurienſis Ro............. Aprutinus, Fridericus Senogallienſis, & ego Betitanus, Epiſcopi; vt cõſtat ex conceſsionibus, & ſub-

ſubſcriptionibus, cum Sigillis pendentibus Mortuus eſt Bonus Iohannes, & in illius locum ſuffectus B..........Peruſinus, Canonicus Rauennas, anno 1310. Pontificatus Clem. V. Annno ſeptimo.

DE BONINSIGNA.

Bonus Bonũ ſequitur Boninſigna, ſuffectus in Bonioannis Epiſcopi locum. Fuit hic & Aſculanus Canonicus; Patria tamen Peruſinus. Bullam eius confirmationis non adſcribo, quia ad manus nõ habeo; cuius tamẽ memoria eiuſdẽ eſt tenoris ac ſuperius relata, ad Boni Iohannis confirmationem. Habetur inſuper huius Epiſcopi memoria, anno MCCCXIII. quo conceſſit fratri Rogerio, Hoſpitalerio Hoſpitalis Sancti Emygdii, pro alimoniis, & ſuſtentatione pauperum, & infirmorum, ad Hoſpitalem prædictum confluentium, ac in eo iacentium, quartam partem mortuariorum totius Ciuitatis Aſculanæ, die circitèr xvi. Menſis Ianuarij. Mortuus eſt ſub finem Clementis V. Pontificatus, anno MCCCXV Verum antequàm Boninſigna ex hac migraret vita, conceſſit Indulgentiam dierum XI. confratribus congregationis nuper Aſculi excitatę, ſub Inuocatione LAVDIS Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Matris eius. Datum Aſculi, anno 1313. Indictione 11. die 15. Ianuarij.

DE RAYNALDO IV.

Raynaldus IIII. ex Canonico Subdiacono Aſculanę Eccleſiæ electus eſt Epiſcopus. Extant Bullæ, tùm electionis, tùm confirmationis Io: PP. XXII. Pontificatus anno primo, qui eſt ab orbe redempto MCCCXVI. quarum tenorem duximus hic deſcribendum.

Bullæ

Bullæ electionis, tùm confirmationis Raynaldi Epiſc. Aſcul. data à Pontif. Max. Iohanne XXII.

Ioannes Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs, Poteſtati, Capitaneo, Conſilio, & Communi Eſculano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cura Paſtoralis officij, nobis quanquàm immeritis, ſuperna diſpoſitione commiſſa, iugitèr pulſat, & excitat mentem noſtram, vt de vniuerſis Orbis Eccleſijs ſollicitè cogitemus; ſed earum ſollicitudo fortiùs animam noſtram vrget, quę immediatè ſubeſſe Romanæ Eccleſiæ dinoſcuntur, quaſquè proprijs Paſtoribus deſtitutas, vacationum incommodis expoſitas intuemur, vt per noſtræ prouidentiæ ſtudium curioſum, ipſis in paſtores viri præficiantur idonei, qui ſciant, & poſſint iiſdem Eccleſijs præeſſe vtilitèr, & prodeſſe. Pridem ſiquidem Eccleſia Eſculana, ad dictam Romanam Eccleſiam, nullo medio pertinente, per obitum bonæ memoriæ Boninſignæ, Epiſcopi Eſculani, Paſtoris dilecti filij ſolatio deſtituta, Nicolaus Archidiaconus, & Capitulũ eiuſdem Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commodè intereſſe, die pro facienda Epiſcopi ſubſtitutione præfixa, conuenientes in vnum, & deliberantes ad id fore per viam ſcrutinij procedendum, tres de ipſis fide dignos, videlicet dictum Archidiaconum, & Giſmundum, Anſatici, & Iacobum Acuntij, Canonicos ipſius Eccleſiæ, ad ſcrutandum vota ſua, & aliorum Canonicorum Eccleſiæ præfatæ, ibidem præſentium, concorditer aſſumpſerunt; cumque Archidiaconus, Giſmundus, & Iacobus ſupradicti, primo ſua, & deindè ſuorum ſociorum Canonicorum, in dicto Capitulo vota ſcrut......... Sigillatim diligentia inquiſiſſent, ac ea demum in ſcriptis redacta publicaſſent, illicò ....muni compertum eſt, quod faciente illo, qui concordiam diligit, omnes prædicti, qui proceſs................ huiuſmodi electione, conuenerunt, in dilectum filium Raynaldum, electum Aſculanum Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, in Subdiaconatus ordine, & ætate legitima conſtitutum, direxerunt

rexerunt vnanimiter vota ſua; ſicque idem Giſmundus, ſuo, & dictorum Collegarum ſuorum, & aliorum prædictorum de dicto Capitulo, nomine, & poteſtate ſibi ab ijſdem conceſſa, eundem Raynaldum electum in Epiſcopum Eſculanũ elegit, electionem huiuſmodi coram eiſdem, Capitulo, & demùm coram Clero, & Populo Ciuitatis Eſculanæ ſolemniter publicauit, idemque Raynaldus electus, quam cæteri procuratores, ab eodem Capitulo, ad Sedem Apoſtolicam, propter hoc ſpecialiter deſtinati, nobis præſentato ipſius electionis decreto, humiliter ſupplicarunt, vt dignaremur electionem huiuſmodi confirmare in his omnibus ſtatutis, à Iure, temporibus præteritis obſeruatis. Nos itaque tam electionem prædictam, quàm perſonam ipſius Raynaldi electi, per Venerabilem Fratrem Berengarium Epiſcopum Tuſculanum, & dilectos filios noſtros Gulielmum tit. Sanctæ Cęciliç Presbyterum, & Neapoliorem, tit. Sancti Adriani Diaconum, Cardinales examinare fecimus diligenter, & facta nobis ex indè à dictis, Epiſcopo, & Cardinalibus relatione fideli, quia eandem electionem inuenimus de eodem Raynaldo electo perſona idonea, cuius literarum ſcientia, morum elegantia, vitæ virtus, diſcretionis maturitas, aliaq; inſignium dona virtutum, eidemque Raynaldo electo deſuper conceſſarum noſcuntur laudabilitèr ſuffragari, canonicè celebratam, illam de ipſorum, Epiſcopi, Cardinalium, aliorumque fratrum noſtrorum conſilio, & auctoritate Apoſtolica confirmauimus, ac ipſum Raynaldum electum dictæ Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem eiuſdem, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus plenariè committendo, in eo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod dicta Eccleſia, ſub ſuo felici regimine, dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia, ſalubriter, & proſperè dirigetur. Quocirca Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus præfatum electũ deuotè recipientes, & honeſtè tractantes, ipſi electo, in recuperandis, & in manutenendis iuribus eiuſdem Eccleſiæ Eſculanæ fauorabiles aſſiſtendo, eius ſalubribus mandatis, & mo-

monitis humiliter intendatis, ità quod ipſe, in vobis, deuotionis filios reperiſſe lætetur, voſque in eo patrem habeatis aſſiduè gratioſum.

Datum Auenioni VII. kal. Iulii, Pontificatus noſtri annò primo. Ab eodem Epiſcopo lapis Benedictus in fundatione Eccleſiæ Sancti Lucæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ità habet, propè Eccleſiam Sancti Antonij Abbatis extrà muros.

✠ A.D.MCCCXXIII.FVNDATA.EST. ISTA.ECCLESIA.S.LVCÆ.ET.MARIÆ.MAGDALENÆ.CVM. LAPIDE.BENEDICTO.XVII.KAL.AVG.

Huius tempore Epiſcopatus, floruit Ciccus, Magiſtri Simonis F. Stabilis Eſculanus, Mathematicorum anteſignanus. Per hæc eadem tempora vixit Dominicus Sacci, Ciuis Eſculanus. Hic ſimulata ſanctitate, Xenodochium ad Portam Toſiliam, permiſſu Raynaldi, Eſculanorum Epiſcopi, ſuſcipiendis peregrinis, & infirmis curandis deſtinatum, ære proprio conſtruxit; quique etiam, ſumpto vili habitu, in Polixi montis cacumine cęnobiolum ædificauit, ibique relictis, domo, filiis, & vxore, Pizocharum, Pizochorumque Inſtitutorem ſe fecit. Libros compoſuit deliramentis plenos, quos igni tradi mandauit Fr. Emygdius Eſculanus Minorita, in Piceno, aduerſus Hæreticam prauitatem generalis Inquiſitor. Fuit poſtea, velut in eundem relapſus errorem vltimo affectus ſupplicio. Affirmauit hic nebulo, ſe Dei Filium eſſe, miracula propria virtute facere, luxuriam non eſſe peccatum, Chriſtianorum filios ſinè baptiſmate decedentes, in fide parentum ſaluari, licere tàm viris, quàm feminis, publicè nudatis veſtibus, pro peccatorũ expiatione, ſe ipſos flagellare. Acta eius cauſa primum Aſculi, indè Auenioni, coram ſummo Pontifice Ioanne XXII. Tandẽ fratris Petri de Penna, quod Oppidũ eſt in agro Piceno, Firmanę Diæceſis, ſententia, Aſculi, Curiæ traditus eſt ſęculari, ex proceſſu apud Eremitas Auguſtinianos. Iohannes autem Summus Pontifex, anno VII. Pontificatus, ad Archidiaconi, Canonicorum, Capitulique Aſculani intuitum,

rexerunt vnanimiter vota ſua; ſicque idem Giſmundus, ſuo, & dictorum Collegarum ſuorum, & aliorum prædictorum de dicto Capitulo, nomine, & poteſtate ſibi ab ijſdem conceſſa. eundem Raynaldum electum in Epiſcopum Eſculanũ elegit, electionem huiuſmodi coram eiſdem, Capitulo, & demùm coram Clero, & Populo Ciuitatis Eſculanæ ſolemniter publicauit, idemque Raynaldus electus, quam cæteri procuratores, ab eodem Capitulo, ad Sedem Apoſtolicam, propter hoc ſpecialiter deſtinati, nobis præſentato ipſius electionis decreto, humiliter ſupplicarunt, vt dignaremur electionem huiuſmodi confirmare in his omnibus ſtatutis, à Iure, temporibus præteritis obſeruatis. Nos itaque tam electionem prædictam, quàm perſonam ipſius Raynaldi electi, per Venerabilem Fratrem Berengarium Epiſcopum Tuſculanum, & dilectos filios noſtros Gulielmum tit. Sanctæ Cęcilię Presbyterum, & Neapoliorem, tit. Sancti Adriani Diaconum, Cardinales examinare fecimus diligenter, & facta nobis ex indè à dictis, Epiſcopo, & Cardinalibus relatione fideli, quia eandem electionem inuenimus de eodem Raynaldo electo perſona idonea, cuius literarum ſcientia, morum elegantia, vitæ virtus, diſcretionis maturitas, aliaq; inſignium dona virtutum, eidemque Raynaldo electo deſuper conceſſarum noſcuntur laudabilitèr ſuffragari, canonicè celebratam, illam de ipſorum, Epiſcopi, Cardinalium, aliorumque fratrum noſtrorum conſilio, & auctoritate Apoſtolica confirmauimus, ac ipſum Raynaldum electum dictæ Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem eiuſdem, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus plenariè committendo, in eo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod dicta Eccleſia, ſub ſuo felici regimine, dextera Domini ſibi aſſiſtente propitia, ſalubriter, & proſperè dirigetur. Quocirca Vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus præfatum electũ deuotè recipientes, & honeſtè tractantes, ipſi electo, in recuperandis, & in manutenendis iuribus eiuſdem Eccleſiæ Eſculanæ fauorabiles aſſiſtendo, eius ſalubribus mandatis, &

mo-

monitis humiliter intendatis, itȧ quod ipſe, in vobis, deuotionis filios reperiſſe lætetur, voſque in eo patrem habeatis aſſiduè gratioſum.

Datum Auenioni VII. kal. Iulii, Pontificatus noſtri annò primo. Ab eodem Epiſcopo lapis Benedictus in fundatione Eccleſiæ Sancti Lucæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, itȧ habet, propè Eccleſiam Sancti Antonij Abbatis extrȧ muros.

✠ A.D.MCCCXXIII.FVNDATA.EST. ISTA.ECCLESIA.S.LVCÆ.ET.MARIÆ.MAGDALENÆ.CVM. LAPIDE.BENEDICTO.XVII.KAL.AVG.

Huius tempore Epiſcopatus, floruit Ciccus, Magiſtri Simonis F. Stabilis Eſculanus, Mathematicorum anteſignanus. Per hæc eadem tempora vixit Dominicus Sacci, Ciuis Eſculanus. Hic ſimulata ſanctitate, Xenodochium ad Portam Toſiliam, permiſſu Raynaldi, Eſculanorum Epiſcopi, ſuſcipiendis peregrinis, & infirmis curandis deſtinatum, ære proprio conſtruxit; quique etiam, ſumpto vili habitu, in Polixi montis cacumine cęnobiolum ædificauit, ibique relictis, domo, filiis, & vxore, Pizocharum, Pizochorumque Inſtitutorem ſe fecit. Libros compoſuit deliramentis plenos, quos igni tradi mandauit Fr. Emygdius Eſculanus Minorita, in Piceno, aduerſus Hæreticam prauitatem generalis Inquiſitor. Fuit poſtea, velut in eundem relapſus errorem vltimo affectus ſupplicio. Affirmauit hic nebulo, ſe Dei Filium eſſe, miracula propria virtute facere, luxuriam non eſſe peccatum, Chriſtianorum filios ſinè baptiſmate decedentes, in fide parentum ſaluari, licere tȧm viris, quȧm feminis, publicè nudatis veſtibus, prò peccatorũ expiatione, ſe ipſos flagellare. Acta eius cauſa primum Aſculi, indè Auenioni, coram ſummo Pontifice Ioanne XXII. Tandẽ fratris Petri de Penna, quod Oppidũ eſt in agro Piceno, Firmanę Diæceſis, ſententia, Aſculi, Curiæ traditus eſt ſęculari, ex proceſſu apud Eremitas Auguſtinianos. Iohannes autem Summus Pontifex, anno VII. Pontificatus, ad Archidiaconi, Canonicorum, Capitulique Aſculani intuitum,

duas direxit Bullas Epiſcopo Aprutino; quarum prima data Auenioni, Idibus Martij; alia verò eidem Epiſcopo, nec non Præpoſito Sancti Petri in Campogalano, & Archipresbytero Sancti Flauiani Aprutinæ Diœceſis, kal. Maii, quibus mandat, ut iura Capituli defendāt, & cenſuras in bonorum Eſculanæ detemptores promulgent.

Habeo Raynaldi Epiſcopi memoriam, ad annum vſque 1339. quo quidem anno, indictione VII. die prima Iulii, tempore Domini Benedicti P.P. XI. dicti XII Raynaldus hic conceſſit Priori, & Canonicis Eccleſię Sancti Petri in Caſtello, inueſtituram omnium bonorum Eccleſiæ Sancti Ægidii ad Cinnum. Familia Raynaldi, ex qua iſte fortaſſe, aliique eiuſdem nominis ſupranominati Epiſcopi duxerunt originem, Ranalla vulgò dicta, diù floruit viris, & potentia, Aſculi. Plures numerantur huius familiæ proceres; de quibus fuſius, pro temporum ratione, à nobis alibi dicetur. Modò verò extincta eſt; de qua ſatis ſit meminiſſe Conradi Raynaldi I. C. teſtis adhibiti in abſolutionis ab interdicto Bulla, ab Ægidio Albernotio S. R. E. Cardinali, totius, pro Sede Apoſtolica, Italiæ Legato, expedita in Aſculanorum gratiā, anno MCCCLVI. die iij. Iunii. Fuerunt enim ipſe Conradus, & Angelus Bouirannus, item I. C. Boni Iohannis, ſuperiùs nominati Epiſcopi fortaſſe conſanguineus, intimi familiares ipſius Ægidij; necnon meminiſſe iuuat etiam Nicolai Raynaldi, militis Hieroſolymitani, atque Sancti Georgii ad Salmarias Aquas præceptoris, qui arbiter electus, vnà cum fratre Bartholomæo Vanni, Aſculano item Ciue, Cœtus Sancti Auguſtini, Sacræ Theologiæ Magiſtro, Epiſcopo Catarenſi, ad lites dirimendas, quæ de nobilis feminæ Lixiæ de Vazzano, hæreditate vigebāt inter Sacras, Hieroſolymitanam, Auguſtinianamque Religiones. Vixit anno MCCCLXXXIII. Bullarum verò tenorem non alienum duximus hic exhibere. Ita vero habet prima.

Bulla

Bulla I. Ioannis XXII. Pont. Max. de Lite inter Ieroſol. & Auguſt. Religiones, Epiſcopo Aprutino data.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Venerabili fratri Epiſcopo Aprutino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Sua nobis, dilecti filii, Archidiaconus, & Capitulum Eccleſiæ Eſculanæ petitione monſtrarunt, quod nonnulli Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, tàm religioſæ, quàm ſæculares, etiam in dignitatibus, & præſulatibus conſtituti; necnon Comites, Barones, & Nobiles, milites, & alii laici Eſculanen. Ciuitatis, & Diœceſis, qui caſtra, villas, domos, terras, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, molendina, & nonnulla alia bona immobilia, quæ ab eadem Eccleſia in feudum, vel ſub cenſu annuo, ſeù redditu teneat quandoque locis religioſis, & Eccleſijs, Eccleſiaſticiſque perſonis, interdùm nonnullis perſonis potentibus, atque laicis vendere, atque donare, & ad perpetuum cenſum concedere, ac deinceps alios infeudare, & alias eadem alienare; necnon quibuſdam huiuſmodi Caſtris, villis, terris, poſſeſſionibus, atque aliis prædictis nouas ſeruitutes imponere de facto, cum de Iure non poſſent, abſque ipſorum, Archidiaconi, & Capituli aſſenſu, temeritate propria præſumpſerunt; ſicque illi, prætextu venditionis, donationis, conceſſionis, infeudationis, & alienationis huiuſmodi, in Caſtris, Villis, Terris, poſſeſſionibus, & alijs ſupradictis bonis quodammodo ius Dominij ſibi vendicare contendunt, & interdum, per ipſos, illa in alios, & per illos ſæpè in perſonam tertiam, & deinceps ipſis, Archidiacono, & Capitulo non requiſitis, nec conſentientibus transferuntur. Vndè cum ex hoc Eccleſia prædicta non modicam ſubſtineat læſionem, ijdem, Archidiaconus, & Capitulū nobis humiliter ſupplicarunt, vt prouidere ſuper hoc, indemnitati ipſius Eccleſiæ, paterna ſollicitudine curaremus. Nos itaque prædictorum, Archidiaconi, & Capituli precibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ità, infeudationes, ſeù alia præmiſſa ab ijſdem perſonis Religioſis, Cle-

ricis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militibus, & alijs prædictis, contrà iuſtitiam attemptatas, in irritum reuocare, & ne ab eis ſimilia de cetero attemptentur, auctoritate noſtra firmiter inhibere procures; prouiſo ne in terram prędictorum Comitum, & Baronum, ac nobilium excõmunicationis, vel Interdicti ſententiam proferas, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, compellas veritatis teſtimonium perhibere. Datum Auenioni, Idibus Martij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Alia verò ita habet.

Alia eiuſdem Pontificis Bulla.

Iohannes Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Epiſcopo Aprutinenſi, & Dilectis filijs, Præpoſito Sancti Petri in Campogalano, & Archipresbytero Sancti Flauiani, Aprutinenſ. Diæceſis Eccleſiarum ſalutem, & Apoſtolicam Benedectionem. Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, præſidentes circa curam Eccleſiarum omnium ſolertia reddimur, & indefeſsè ſolliciti, vt iuxtà debitum Paſtoralis Officij, eorum occurramus diſpendijs, & profectibus, & diuina cooperante clemẽtia, ſalubriter intendamus. Sanè, dilectorum filiorum, Archidiaconi, & Capituli Eccleſiæ Eſculanæ conqueſtione percipimus, quod nonnulli Venerabiles fratres noſtri, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, tàm religioſæ, quàm ſeculares; necnon Comites, Barones, Nobiles, ac Milites, & Vniuerſitates Ciuitatum, Caſtrorum, & Villarum, & alij Laici Ciuitatis, & Dięceſis Eſculanen. & parum vicinarum, occuparunt, & occupare fecerunt Eccleſias, Capellas, Caſtra, Terras, Villas, poſſeſſiones, caſalia, prata, molendina, nemora, piſcarias, paſcua, cenſus, redditus, & prouentus, iura, iuriſdictiones, & nonnulla alia bona immobilia, & mobilia, ad Eccleſiam ipſam ſpectantia, & ea detinent occupata, ſeù huiuſmodi detinentibus præſtant auxilium, & fa-

fauorem. Quodque Clericos, homines, & Colonos, in terris, poſſeſſionibus, locis ad Eccleſiam ipſam ſpectantibus conſiſtentes, inuadere, capere, & carceri mancipare, ac etiã detinere præſumunt; equos etiam, oues, boues, & nonnulla alia bona eorum incendio concremare præſumpſerunt hactenus, & præſumunt. Nonnullæ quoque aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeculares, & regulares; Comites quoque, Barones, & nobiles, Vniuerſitates, & ſingulares perſonæ Ciuitatis, Diœceſis, & partium prædictarum, de redditibus, prouentibus, & iuribus, cenſibus, & rebus aliis ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, eiſdem, Archidiacono, & Capitulo, in Eccleſiis, Capellis, ac caſtris, Villis, caſalibus, terris, poſſeſſionibus, pratis, paſcuis, molendinis, ſiluis, piſcarijs, cenſibus, redditibus, prouẽtibus, iuribus, iuriſdictionibus, ac rebus aliis ad eandem Eccleſiã ſpectantibus, multiplices inferunt moleſtias, & iacturas. Quarè dicti, Archidiaconus, & Capitulum nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum valdè difficile reddatur eiſdem, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ſibi ſuper hoc, paterna diligentia dignaremur. Nos igitur, aduerſus occupantes, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, volentes iiſdẽ, Archidiacono, & Capitulo remedio vti, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel vnus veſtrum, per vos, vel per alium, ſiue per alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſeruatores, & Iudices, præfatis, Archidiacono, & Capitulo efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eos, ſuper præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, ab eiſdem, vel quibuſcunque aliis occupatoribus, detemptoribus, moleſtatoribus, prçſumptoribus, & iniuriatoribus indebitè moleſtari; vel ſibi grauamina, ſeu damna, vel iniurias irrogari, facturi dictis, Archidiacono, & Capitulo, cum ab eis, ſeu procuratoribus ipſorum, vel eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet, ſuper reſtitutione Eccleſiarum, Capellarum, Caſtrorum, Villarum, Caſalium, terrarum,

poſ-

poſſeſſionum, pratorum, molendinorum, paſcuorum, iurium, iuriſdictionum, & bonorum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & prouentuum, cenſuum, & aliorum quorumcunque bonorum prædictorum; necnon de quibuslibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis, præſentibus, & futuris, ſibi, tàm in perſonis, quam bonis prædictis illatis, & etiam inferendis, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, de plano, & ſinè ſtrepitu, & figura iudicij. In alijs verò, prout qualitas ipſorum exegerit iuſtitiæ complementum. Occupatores, ſeù detemptores, moleſtatores, ſeù præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocunque, quotieſcunque expedierit, per cēſuram Eccleſiaſticam, appellatione propoſita, compeſcendo; inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis; non obſtante bulla fel.rec. Bonifacii PP.VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne Iudices, & conſeruatores à Sede deputati potentia extrà Ciuitatem, & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiuè alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltrà vnam dietam à fine Diœceſis eorūdem trahere præſumant; ſeu quid de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, moleſtijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt, pęnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis. Conſeruatores ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunque Conſtitutionibus, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tàm de Iudicibus delegatis, quàm de conſeruatoribus, & alijs editis, quæ noſtræ poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſque libero exercitio quomodolibet obuiare; dummodò vltrà duas dietas aliquis extrà ſuam Ciuitatem, & Diœceſim, auctoritate præſentium non trahatur; ſeù ſi aliquibus communiter, vel diuiſim potētia ſit à Sede per indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici; ſeù extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, & locis, ordinibus, & nominibus

pro-

proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis Indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertã veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat, quomodolibet, & de qua, cuiuſque toto tenore de verbo ad verbum, in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialiter. Cæterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque à dato præſentium, ſit vobis, & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cæptis, & non cæptis præſentibus, & futuris perpetua poteſtas, & iuriſdictio attributa, vt in eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram vobis cæpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, & cuiuslibet veſtrum, in præſentibus omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, Conſtitutione prædicta ſuper Conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante, præſentibus, poſt quinquennium minimè valituris. Datum Auenioni Kalend. Maij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

DE ISAACH.

FR. Iſaach Aſculanus Epiſcopus, fuit ex Cœtu Sancti Benedicti, & olim Monaſterij de Candiano, Patauinæ Diœceſis Abbas. Vixit Anno MCCCXXXXVII. Conceſſit facultatem Canonicis eligendi deputatos ad reformandum Aſculanæ Eccleſiæ ſtatum. Anno verò MCCCXLIX. menſe Maio, fuit coniectus a Galeotto Malateſta, Aſculanorum Tyranno in ergaſtulum, apud Caſſarum, vna cum Angelo, Benedicto, & Nicolao fratribus. vbi permanſit vſq; ad VIII. Idus Aprilis, anni MCCCL. Habeo ipſius etiam notitiam ex cartula, hoc eodem anno, indict. III. die XXIIX. quo ſuſcepit in Epiſcopalem tutelam Nicolutium, cæteroſque Ec-

Eccleſiæ Sancti Sabini fratres, Clemente VI. Pontifice Maximo.

DE PAVLO I.

PAulus ſucceſſit in Epiſcopatu Iſaacho. Hic Aquilanus Ciuis, vixit anno MCCCLIV. Meminit huius Epiſcopi Franciſcus Timidei F. in actis Epiſcopalibus eius anni, indictione 7. die prima Iulii tempore D. Innocentij PP. VI. Mandauit hic Iacobo Timidei, Clerico Eccleſiæ ſanctæ Mariæ inter vineas, vti executioni mandaret teſtamentum Dominæ Lixiæ, Martelliſci filiæ de Fazano, vt fuſius ex Actis ſupradicti Franciſci Timidei F. quæ ſeruantur in Archiuo Sancti Auguſtini, patet. Huius, necnon Iſaach, & Raynaldi Epiſcoporum temporibus, ſemper ferè Eccleſiæ fuit Aſculana Ciuitas ſubiectas interdicto, vigētibus, Iohanne XXII Benedicto XII. Clemente VI. & Innocentio VI. Summis Romanis Pontificibus. Huius fortaſſe Epiſcopi temporibus, Vrbanus V. confirmauit bona, per Eccleſiam, & Canonicos poſſeſſa, Data bulla apud Montem Flaſconem v. Non. Maij. Pont. anno VIII.

DE ISAACH II.

ISaach II. Benedicti F. Ciuis, Epiſcopus, Palatinus Comes, & Princeps Aſculanus conceſſit Indulgentiam XL. dierum viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Valle Fatarina. Conſtat id ex Archiuo Sancti Auguſtini, data bulla Aſculi, anno MCCCLVII. indict. X. die 10. Auguſti, ſub Innocentio VI. Superiori verò anno reperitur teſtis abſolutionis ab Ægidio S. R. E. Card. Epiſcopo, Sabini PP. Legato, Aſculanis conceſſæ; vt abundè conſtat, ex Actis Cauutij Silueſtri F. Petri nep. Aſculani Notarii, anno Domini 1356. indict. 9. & die 14. menſis Iunij, Pontific. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Innocentii PP. VI. anno 4. Huic etiam ab eodem Ægidio facta facultas pronunciandi ſummam pecuniarum, ob rebelliones commiſſas ab Aſculanis ſoluendam,

dam,

Digitized by Google

dam, vt in 4. & 6. conſtat. Obiit anno 1358. die ſeptima Iulij, at ſepultus in Eccleſia Sancti Auguſtini, vbi nullum legitur Epitaphium.

DE VITALI.

FR. Vitalis de Bononia, ſucceſſit Iſaacho. Rexit Aſculanam Eccleſiam, ab anno 1358 vſque ad 1360. quo ad Teatinam tranſiit, de illo Ferdinandus Vghellus.

DE HENRICO.

HEnricus de Seſſa, qui quidem anno ſuperiori fuerat eiuſdem Ægidii, Sabinenſis Epiſcopi, in Marchia, in ſpiritualibus, Iudex Generalis, Capellanus, & Auditor, fuit Aſculanus Antiſtes; cuius inuenio memoriam in Archiuo Sancti Auguſtini, ſub indictione tertiadecima, anno 7. Pontificatus Innocentii, diuina prouidentia PP. VI. Huius vicē geſſit Iohannes Epiſcopus Senogallienſis, qui Indulgentiam XL. dierum conceſſit viſitantibus quibuſdam diebus feſtiuis, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Valle Fatarina, in territorio Caſteneani, tum temporis Aſculanæ Diœceſis. Hic idem Henricus, qui Aſculanos ab interdicto abſoluit, eiuſdem Ægidii mandato, vt fuſiùs à nobis alibi memoratum, præfuit Aſculanæ Eccleſiæ, ab anno 1360. vſque ad annum 1362.

DE AGAPITO.

AGapitus ex nobiliſiſſima Columnenſium familia, Romanus, electus Aſculanæ Eccleſię Antiſtes, anno 1366. quam gubernauit ad annum vſque 1369. Viſitauit Diœceſim, & conſecrauit Eccleſiam Sanctæ Mariæ Caſtri Spinetuli, quo Sacerdotio nunc fruimus tenui noſtro merito. Fuit S. R. E. Cardinalis.......ſub Vrbano V.

DE IOHANNE II.

IOhannes hic Secundus, Eques Neapolitanus, ex inclyta Aquauiua Familia, ſucceſſit Agapito in Aſculano Epiſcopatu, ſub Vrbano V. Bulla ſeruatur in Archiuo Ciuitatis Aſculi. Habeo illius memoriam anno 1370. & 1372. ſedente Gregorio XI. cuius quidem temporibus, anno ſcilicet 1472. conſecrata fuit Eccleſia Sancti Franciſci, die 16. Iunii, ex chronico manuſcripto; translatus vero ad Archiepiſcopatum...............

DE ANTHEO.

ANtheus Iohannis Aquauiuæ ſucceſſor, cognomine caret, & patria.........ignoratur. Fuit Epiſcopus anno 1375. prout habetur in manu ſcriptis Epiſcopalis Archiui, ſedente Gregorio XI.

DE PETRO II.

PEtrus II. de Narbona, factus eſt Epiſcopus Aſculanus, anno MCCCLXXV. & vixit anno MCCCXXXV. ſub Vrbano VI.

DE ANTONIO.

ANtonius, ex familia de Archionibus, nobilis Romanus, ſucceſſit Petro, & fuit S. R. E. Cardinalis. Vixit ſub Vrbano VI. anno 1340 Viſitur Aſculi in Epiſcopatu illius ſtemma in lapide inciſum.

DE PETRO II.

PEtrus alius, poſt Antonium, reperitur Epiſcopus, anno circiter 1397. Indict. V. ſub Bonifacio IX. die 10. Septembris, indictione 4. conceſſit facultatem fratribus Sancti Auguſtini, conſtruendi Eccleſiam Sanctæ Mariæ Aſſumptionis.

DE

DE IOHANNE III.

IOhannes III. de Firmonibus nobilis Firmanus, relicto Sauonenſi Epiſcopatū factus, eſt Aſcul. Antiſtes, ann. 1406. fuit in Marchia, vice Domini Gregorii PP. XII. & pro S. R. E. Theſaurarius generalis. Quinque tantum annis rexit Aſculanam, ex qua ad Firmanā migrauit Eccleſ. ſubſcripſit in Concilio Conſtantienſi Seſſ. 20. tam pro ſe ipſo, quam pro Archiepiſcopo Brunduſino, ac pro Abbate S. Nicolai de Auſino, ex Tom. 4. Concil.

DE NARDINO.

NArdinus Aſculanus, ex Archidiacono factus Epiſcopus, anno Domini 1411. vt ex Bullis Gregorij, datis Ca...... vii. kal. Sept. Pontif. anno V. ſuffectus eſt in Iohannis Firmani locum, ſub Gregorio XII. Fuit hic ex clara Dalmontica familia; cuius maiores Palarettæ Comites vocabantur. Vixit vſque ad annum 1420 De illo plura leguntur in Archiuo Epiſcopali. Fratrem habuit Leonardum nomine, Ladiſlai Regis à Camera, à cuius obitu, idem Rex Comitatus dignitatem Dalmonticæ reſtituit familiæ. Lubet hic nobilis extinctæ ſtirpis meminiſſe, Regiumque deſcripſiſſe Diploma, quod ſic expreſſum.

Diploma Ladiſlai Hungariæ Regis, Nardino Aſculano Epiſcopo conceſſum.

LADISLAVS, Dei gratia Hungariæ, Hieruſalē, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramę, Seruiæ, Galitiæ, Ladomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex, Prouincię, Forcalquerii, & Pedemontis Comes, vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris. Ad dignorum extollenda merita, & teſtimonia virtuti reddenda, circunſpectionis regalis inſtinctus pręcipuè moueri debet, & excitari conſequenter Regiæ benignitatis affectus, circa il-

los præſertim, quos nobilitate generis, ſtrenuitateque perſonarum, probata fides, & conſtantia, magis dignos, & benemeritos facit, & obſequiorum impenſa, cum præconiis multis, de laudis, & virtutũ donis, amplè decorauit, quia dum fides, & meritum in vnum conueniunt, virtus, & obſequium in iiſdem ſe iungunt, gratitudo euidenter conſurgit, quàm Regiæ Præſidentiæ prouiſa conſideratio non omittit. Cum itaque vir nobilis, Leonardus de Dalmontibus, de Exculo, deuotus, fidelis, & Cambellanus noſter, dilectus maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, vt cum à centum annis, & vltrà, & ab eo tempore, cuius in contrarium memoria non exiſtit, ſui priſci, ataui, & anteceſſores fuerint Comites Palarettæ, Comitatus Exculi, & priuilegiũ ipſis Comitatus dignitatis, propter immenſas nouitates, & mutationes ſtatus ipſius Ciuitatis Exculi deperditum fuerit; ipſeque exponens, licet dictum locum Palarettæ habuerit, & poſſederit, ac habeat, & poſſideat pacificè, & quietè, tanquàm rem ſuam, ſinè contradictione alicuius dictam dignitatem exercere non poteſt, ex defectu præfati priuilegij deperditi, vt profertur, dignaremur, ſibi, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus dictæ dignitatis priuilegium de nouo concedere, ipſoſque dignitate Comitatus huiuſmodi decorare. Nos autem conſiderantes internè, quantum dictus Leonardus ſuis laudabilibus meritis, & virtuoſis operibus clareat, qui nullis ſuæ perſonæ pepercit ſumptibus, periculis, & expenſis obſequendo nobis in tempore oportuno; ad eius propterea dignitatem grato animo non immeritò, ac decorem, vt ipſe, dictique ſui heredes, & poſteri celebri honoris titulo illuſtrentur, ex præmiſſis, & aliis digne mouentibus mentem noſtram, eundem Leonardum, tanquàm benemeritum, atque dignum, ipſiuſque prædictos heredes, & poſteros, Comites dicti loci Palarettæ, præſentium ſerie, certa noſtra ſcientia ordinamus, ipſoſque in perpetuum dignitate, honore, & titulo Comitatus ipſius Palarettæ decoramus, & pariter inſignimus. Ipſo Leonardo exinde, per Maieſtatis noſtrę vexillum, ſicut in ſimilibus eſt moris, principaliter inueſtito, receptoque per nos, ab eo, ſolito in talibus

bus iuramento. Volentes, decernentes, & expreſsè mandantes, quatenus præfatus Leonardus, velut huiuſmodi honoris Comitatus titulo, per noſtram Celſitudinem, taliter inſignitus, & nunc, & antea, donec vixerit; & deindè præfati ſui heredes, & poſteri, Comites dicti loci Palarettæ vocari, nuncupari, buccinari, & intitulari debeant ab omnibus, tàm in literis, & ſcripturis, quam in aliis actibus quibuſcunque; necnon vti, & gaudere vbilibet de cetero illis honoribus, priuilegiis, immunitatibus, franchigiis, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, prærogatiuis, & gratijs, quibus ceteri alii Comites conſimilium locorum dicti Comitatus potiuntur, & gaudent, & potiri, & gaudere ſoliti ſunt, & debent. In cuius rei teſtimonium, præſentes literas exindè fieri fecimus, & magno pendente Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus muniri.

Datum Neapoli, per manus viri magnifici Bernardi Zuruli, de Neapoli, militis, Logothetæ, & Protonotarii, Regni noſtri Siciliæ Collateralis, Conſiliarij, & fidelis noſtri dilecti. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo tertio decimo, die vigeſimo nono Menſis Decembris, ſextæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno Vigeſimo ſexto. Ex hac etiam illuſtri progenie ortum habuit Pandulphus, qui meruit apud Venetos peditum generoſus, & ſtrenuus Conteſtabilis. Vixit anno circiter MCCCCXXIX. teſte Odecano Veronenſi.

DE PETRO III.

PEtrus hic Tertius, Liuerotti filius, Ciuis Aſculanus, primùm Epiſcopus Anconæ; indè ad Aſculanam euectus Eccleſiam, vixit anno 1420. ſub Martino V. Pontifice Maximo. Extant tranſlationis Bullæ, penès electos Aſculanos Ciues, qui Petrum hunc Epiſcopum, gentilem ſuum prædicant; reclamantibus tamen Scalzacanis, qui & ipſi coniecturis quibuſdam ſuum eſſe contendunt. Parum vixit in Epiſcopatu. Bullarum verò tenorem hic exſcribendum duximus.

Martini V. Pontif. Max. Bulla Petro III. Aſculano Epiſcopo conceſſa.

MARTINVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs, Populo Ciuitatis, & Diœceſis Eſculanæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Apoſtolatus officium, quanquam inſufficientibus meritis nobis ex alto commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, vtiliter exequi, coadiuuante Domino, cupientes, ſolliciti corde reddimur, & ſolertes, vt cum de ipſarum, præſertim Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectarum regiminibus agitur committendis, tales eis paſtores preficere ſtudeamus, qui commiſſum ſibi gregem Domicum ſciant, non ſolum doctrina verbi, ſed etiam exemplo boni operis informare commiſſas ſibi Eccleſias in ſtatu pacifico, & tranquillo velint, & valeant, Duce Domino, feliciter regere, & ſalubriter gubernare. Dudum ſiquidem bo. mem. Nardino Epiſcopo Eſculano, regiminis Eccleſiæ Eſculanæ, eidem Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectæ, præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum vacaret, vtilem, & idoneam, per Apoſtolicæ Sedis prouidentiam, præeſſe perſonam, prouiſionem ipſius Eccleſiæ, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſeruandam, decernentes ex tunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hijs, per quoſcunque, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret, attemptari poſtmodùm, verò præfata Eccleſia Eſculan. per obitum dicti Nardini Epiſcopi, qui extrà Romanam Curiam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta nos vacatione, huiuſmodi, fide dignis relatibus intellecta, ac ad prouiſionem ipſius Eccleſiæ celerem, & felicem, de qua nullus præter nos ea vice ſe intromittere potuerat, ſiuè poterat, reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſoliicitis ſtudijs intendentes, poſt deliberationem, quam ſuper hijs cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad dilectum

ctum filium Petrum, Liuerotti Eſculani, tùm Anconitani Electum, conſideratis grandium virtutum donis, quibus perſonam ſuam, prout fide dignorum teſtimonio accepimus, diuina gratia inſigniuit, & quod idem Petrus electus, qui regimini Anconitanæ Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuit, dictam Eſculanam Eccleſiam ſciet, & poterit, auctore Domino, vtiliter regere, & feliciter gubernare, conuertimus oculos noſtræ mentis. Intendentes itaque tam dictæ Eſculanæ Eccleſiæ, quam eius gregi Dominico ſalubriter prouidere, præfatum Petrum electum, à vinculo, quo eidem Anconitanæ Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, prædictum Petrum electum ad dictam Eſculanenſ. Eccleſiam auctoritate Apoſtolica tranſtulimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem dictæ Eſculanæ Eccleſiæ, eidem, à Petro electo, in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, liberamque ipſi tribuendo licentiam ad eandem Eſculanam Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe, fiduciaque cōceptis, quod dirigente Domino actus ſuos, præfata Eſculanen. Eccleſia, per ipſius Petri electi induſtriæ, & circunſpectionis ſtudtum fructuoſum regetur vtiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocircà Vniuerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus eundem Petrum electum, tanquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum deuotè ſuſcipiētes, & debita honorificentia proſequentes, ipſius ſalubribus monitis, & mandatis humiliter intendatis; ità quod ipſe in Vobis, deuotionis filios, & Vos in eo, per conſequens, Patrem inueniſſe beneuolum gaudeatis.

Datum Florentiæ ij. Kal. Februar. Pontificatus noſtri anno III. Pendet plumbum, cum imaginibus Sanctorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum, pro parte; ex alia verò extant literę, Martinus PP. V. Gratis de mandato Domini Noſtri PP IO. DE MONTE MONACHO, Gratis, demandato Domini Noſtri PP. H. Tauſen.

DE

DE PETRO IV.

Petrus Petro ſubrogatus, Anconitanus Aſculano; fuit namque Petri Liuerotti F. Aſculani ſucceſſor Petrus, ex Comitibus Caſtri Feretti, probatæ nobilitatis patricius Anconitanus; æquum quippè fuerat, vt duæ in Piceno æquiſſimo iunctæ fœdere Ciuitates, equeſtris ordinis Epiſcopum eiuſdem nominis, eodem ferè tempore ſibi inuicem mutuarent. Ceterum ipſe parùm etiam vixit in Aſculano Præſulatu. Legitur duntaxat illius memoria ab Anno 1421. vſque ad annum MCCCCXXII. Martino V. Pontif. Max. De illo agit gentilis eius Iulius Ferrettus in Tractatu de Nauigationes.

DE PAVLO II.

Paulus huius nominis ſecundus, Aſculanæ Eccleſiæ Præſul, ex Nobili Albertorum Familia, Florentinus, ſucceſsit Petro IV. vixitque Martini V. atque Eugenij IV. Sūmorum Pontificum temporibus, cuius ad annum vſque trigeſimum Octauum ſuprà milleſimum quadriginteſimum continuata Epiſcopalibus in Bullarijs extat memoria. Illud verò ſolūmodò prętereundū eſſe, minimè exiſtimaui, quod inter ſacri Diuæ Margaretæ Cœnobij legitur monumenta, hunc ſcilicet Epiſcopum ſui Capituli conſenſu prænominatum conceſſiſſe Cœnobium Venerabili cuidam Abbatiſſæ PAVLÆ, Iuſti Nerci F. quæ è Florentia, Tertij ordinis Diui Franciſci habitum aſſumeret, Aſculum veniens, ſumptu ſuo maximo conlato, Ædes, & Diuæ Margharitę iam collabentes inſtaurauit, anno Chriſti MCCCCXXIIX. Sancti Philippi, Congregationis Oratorii Fundatoris gentilem conſanguineam, Aſculani Cœnobij inſtauratricem, & Abbatiſſam hic memoraſſe, gratum cunctis futurum exiſtimaui.

DE

Digitized by Google

DE PETRO V.

PEtrus V. ex inclyta Sfortia de Attendulis familia, Comitis Franciſci frater germanus, Pauli de Albertis in Aſculana Eccleſia ſucceſsor, vixit ad annum vſq; 1442. Qua quidem tempeſtate, non ROMANA dumtaxat, Orbis Eccleſiarum parens, & magiſtra; ſed minor quælibet etiam Eccleſia diuturna paſſa eſt ſchiſmata, depoſito in Baſileenſi Concilio, ſeù potiùs conciliabulo, Eugenio IV. Hinc Aſculanam Cathedram duo quoque per illa tempora occupabant Antiſtites; Paulus hic Sfortia, vnus fuit ab Eugenio IV. conſtitutus; alter verò LAVRENTIVS appellatus eſt, Dominici filius de Rotella, cuius poſteri ab ipſo Electo, de Electis, Aſculi nuncupantur. Hic à Martino V. Pontifice Maximo primum creatus Archidiaconus Conſtantiæ, IX. Kal. Decembris, Pontificatus ipſius anno primo, in defuncti Onuphrij Aſculani locum, qui etiam literarum Apoſtolicarum ſcriptor, & abbreuiator cũ eſſet, extrà Romanã Curiam diem clauſit extremum; vt legitur in Bullis; Paulo poſtmodùm de Albertis, Epiſcopo obeunte, fuit illius electus ſucceſſor in Concilio Baſileenſi, V. Idus Iulij. At de Laurentio nulla omninò in Epiſcopali Grammatophylacio legitur ſcripta memoria, qui Sfortiana tunc maximè vigẽte in Piceno potentia fortaſſe perteritus, nunquam in Patria eſt auſus exercere iuriſdictionem. Seruat gentilis ſui Bullas, Hyacinthus de Electis, presbyter Sacerdos, quas infrà adſcribere non pigebit; licet enim noſtram non rexerit Eccleſiam, Epiſcopi tamen titulum retinuit, & nomen; vir equidem ſolertiſſimus, vixitque ad extremam vſque ſenectutis metam; ſub Iulio namque II. Pontifice Maximo, fuit Vrbis Romæ Gubernator, & Vicecancellarius anno MDXI. principemque, poſt S. R.E. Cardinales, in Lateranenſi Concilio occupauit locum.

Per hæc eadẽ tempora, Franciſcus Sfortia Vice Comes, bellator ille Celeberrimus Aſcul. cum eſſet Tyrannus, pro ſuæ animæ ſalute, & in Leonardi fratris memoriam, cuius

corpus in maiori quieſcit Eccleſia, Lincolae Montis F. de Tebaldeſchis, Aſculani perduellis, in fiſcum relata bona omnia Aſculanæ adiecit Canonicæ.

DE FR. VALERIO.

VEnerabilis, & religioſus Vir fr. Valerius de Paſqualibus, de Mediolano, electus Epiſcopus Aſculanus, in locum defuncti Fratris Petri Sfortiæ de Attendulis, anno 1442. vt conſtat ex Franciſci Sfortiæ Vice Comitis literis ad quendam Baltaſarem, de Fidelibus, Aſculanum Ciuem, quem ſupradicti Epiſcopi nomine............ conſtituit in Epiſcopatu adminiſtrando. Datum Æſij, die ſexta Decembris 1442. Cui verò addictus fuerit Religioni, & habitui, ignoro; ac de illo nulla penitus alia mentio in Actis Epiſcopalibus.

DE VALENTINO.

VAlentinus, poſt Petrum, legitur Aſculanæ Cathedræ Epiſcopus. Hic, ſiuè vſitatum illius ſæculi morem ſecutus; ſiue carens vero cognomine, à Patria nuncupatus de Nurſia. Singulari equidem ſtudio non ſemel à Ciuibus nonnullis Narnienſibus contẽdimus, vt nos Valentini huius Epiſcopi docerent progeniem; ſed hùcnſque & ipſis ignota. Vixit verò ſub Eugenio IV. anno MCCCCXLV.

DE ANGELO.

ANgelus & ipſe Valentini in præſulatu ſucceſſor, patria Romanus, ex clara Capranicorum familia. Fuit autem Apoſtolicus delegatus Nuntius in Sancti Bernardini Senenſis canonizatione. Notus ex actis Epiſcopalis Curiæ ab anno MCCCCXLVII. vſque ad annum MCCCCLI. ſub Nicolao V. Celebris eſt etiam in Hiſtoria Aquilana, apud Bernardinum Cyrillum, & in Hiſtoria Seraphica, Part. III. Vicarium habuit Conradum Marcellinum, Baſilicæ Principis,

Digitized by Google

cipis Apoſtolorum de Vrbe Canonicum: vt quibuſdam in Bullis Nicolai V. datis Romæ apud S.Petrum, anno 1451. 17. Kal.Iunii, Pontificat.ann.V. patet. Creatus Cardinalis, à Pio II.anno 1460.

DE IOHANNE FRANCISCO.

IOhannes Franciſcus,ex Monaldẽſiũ celeberrima familia, Vrbeuetanus,anno Chriſti 1452. abdicato Patriæ Epiſcopatu,factus eſt Aſcul. Antiſtes. Fuit verò apud ſuos factionibus addictus, in quẽ plura coniecta crimina ab Vrbeuetano populo,ann.1462.relictis ſibi hæredibus, Achille,Buccij fratris filio,& Raynaldo Bernardi Monaldẽſis filio.Eius corpus in Eccl.Cęnobii Spineti, apud Vrbẽ veterem conditum eſt. Arã maximam S. Mariæ illius Ciuitatis dotauit, & figuris exornauit. Cenſum etiam Aræ,in Sancti Britii honorem extructæ, auxit, & multa inſuper largitus eſt dona Eccleſiis Caſtrorum paternę ditionis Collelongi, Ripauclæ, Sancti Venantii, Palazibouarini, Orſali, Sancti Viti, atque Rochæ Sternæ; vti ſuſius apud Alphonſũ Ciccarellũ videre eſt Hiſtoriarum Familiæ Monaldenſium Lib.3.& 4.De illo etiam Cyprianus Manentes, ac Monaldus de Ceruaria, in Patriis Annalibus. Huius Epiſcopi temporibus expulſæ ſacræ Veſtales S. Angeli Monaſterio, & conceſſa Eccleſia, & ædes Monachis Oliuetanis a Pio II. Summo Pontifice.

DE PETRO VI.

PEtrus VI. de Valle, Romanus, patricio ſanguine oriundus, duobus tantum annis poſt Iohannem Franciſcum Monaldenſem, vixit in Aſculana Eccleſia antiſtes. Legitur illius memoria anno 1463. vſque ad annum 1464. ſub Paulo II.

DE PROSPERO.

PRoſper Caſarellus item patricio ſanguine Romanus, ſucceſſit Petro de Valle, vixitque Epiſcopus ab anno

1464. vſque ad annum MCCCCCVI. Hic ex integro ferè Epiſcopalem reparauit Aulam, vt ex inſcriptione patet, quę ſic legitur.

SISTO IV. PONT. MAX.
PROSPER. CAFARELLVS. VRBE
ROMA. GNRE. CLARO. EPISC. ET.
PRIN. ASCVL. SVO. CVM. CA-
PITVLO. SACRAM. HANC. Æ-
DEM. VETVSTATE. OBSOLETAM.
CONLABENTEMQ; A FVNDA-
MENTIS. RESTITVIT. AN. SAL.
CHRISTI. MCCCCLXXXII.

Extat alia quoque inſcriptio de reſtituta etiam à fundamentis Cathedrali Eccleſia, in hæc verba.

PROSPER. CAFARELLVS. VRBE. ROM.
NOBILI. GENERE. NATVS. PONT. ET. PRI. ASCVL.
AVCTO. EPISC. CENSV. RESTITVTOR.
SVA INDVSTRIA, ATQVE. IMPENSA. ÆDES.
VET. A. FVNDAMEN. INSTAVRANDAS.
CVRAVIT. AN. SAL. MCCCCLXXXV.

Legitur in fornice Putei, quem effodi mandarat ipſemet Proſper Epiſcopus, propè Hortos Epiſcopales, hæc Epigraphe.

IES. CH.
HORTVS. VT. IRRIGVA. FIERET. CELEBRATIOR. VNDA.
GRATIOR. ET GELIDÆ. POTVS. VT. ESSET. AQVÆ.
PROSPER. ROMANVS. CAFARELLO. SANGVINE. PRINCEPS.
ASCVLEVS. PVTEO. SVRGERE. IVSSIT. AQVAS.
MCCCCLXXXVIII.

Fuit verò vir doctrina, & ſciētia nimium quam venerandus. Proſtat alia ipſius memoria, ſub lapide in lucē edito Templi Fortunæ Reducis, monumento diù neglecto, ità.

ALEX.

ALEX. VI. PONT. MAX.
PROSPER. CAFARELLVS ROMANVS. EPISC. ET.
PRIN. ASCV. PRISCÆ. VIRTVTIS. CVLTOR.
MONVMENTVM. HOC. DIV. NEGLECTVM.
IN LVCEM. EDIDIT. EPISC. SVI. ANN.
XXXII. MCCCCLXXXVI.

Fuit Apoſtolicus in Hungaria Legatus, & pacem compoſuit inter Matthiam Coruinum, Regem, & Fridericum Imperatorem; quem Antonius Bonfinius, Aſculanus Ciuis, ſummis exornat laudibus, tùm Libro 3. de Pudicitia; tum in Hiſtoria Hungarica, pag. DCX. illiuſque meminit etiam Abraham Bakſchiaius Schemnicenſis Pannonius, in Chronologia Regum Hungariæ, pagina MCXXIIX. De illo quoque legitur Romæ in lapide, ad Ædem Sanctæ Mariæ, ſuprà Mineruam; Sacellum namque in dicta Æde Gentilibus ſuis inſtaurauit. Huius, ſiuè fratris filius, ſiuè alia affinitate conſanguineus, Tiberius Cafarellus, fuit Canonicus Aſculanus, vt patet ex hoc diſticho.

TIBERII. IVSSV. CAFARELLO. SANGVINE. CRETI
CANONICI. ASCVLEI. CONDITA. PORTA. FVIT.

Fuit verò tunc temporis Archidiaconus in Aſculana Eccleſia, Petrus Paulus de Perleonibus, Romano item ſanguine Patricius; reliqui verò Canonici ferè omnes, in patria principe, nobilitate Ciues. Vixit Proſper Pauli II. Sixti IV. Innocentij VIII, & Alexandri VI. ſummorum Pontificum temporibus.

DE IVLIANO.

IVlianus è Cæſarinis Dynaſtis, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus, & Princeps Aſculanus anno 1500. ſucceſſit Proſpero Cafarello. Extat eius memoria etiam in lapide, ad annum 1509. quadam in Vinea pagi Teloniani, cum gentili ſtemmate, hac ſimpliciſſima inſcriptione; fuit namque fru-

fructuũ reſeruatarius vulgò, ſeu cuſtos. De hoc agunt, Diacconus, Sanſouinus, & alij. Vixit Epiſcopus ſub Alexandro VI. Pio III. Iulio II. Leone X. Pontif.

DE LAVRENTIO.

Laurentius de Fliſco Ianuenſis. Vide ſcripta Abbatis Vyghelli. Huius Epiſcopi temporibus inſtituta in Vrbe Aſculana Societas Crucifixi apud Eremitas Auguſtinianos, ſuadente Sigiſmundo Septempedano, eiuſdem Cœtus, in S. Theologia Magiſtro, & eximio concionatore; ex ſcriptis monaſterij.

DE HIERONYMO

Hieronymus Ghimnucius, Epiſcopus, & Princeps Aſculanus, Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Auditor, & poſtea à Paulo III. Pont. Maximo in Sacrum S.R.E. Cardinalium Collegium adſcitus. De illo legitur in Archiuo Epiſcopali, anno MDVI. Proſtatq; ad Epiſcopatus portam ipſius in lapide memoria. Damnauit Martinum Lutherum, Germanum illum hæreſiarcham, & hæreſiarcharũ omnium Principem, ſub Leone X. Pontif. Max. Hic Vir fuit nobilis Senenſis, doctrina, & moribus inclytus. Huius Epiſcopi temporibus, Leo Decimus conſeruandis Aſculanæ Eccleſiæ priuilegiis, has Cardinali in Piceno Legato Bullas expediuit. Fuit quippe tunc Piceni Legatus.........Cardinalis.

Leonis X. Pontif. Max. Bulla, pro conſeruatione priuilegiorum Eccleſiæ Aſculanæ.

Leo Papa X. Dilecto filio noſtro, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non ſine animi noſtri moleſtia, nuper, pro parte Venerabilis fratris Epiſcopi, & dilectorum filiorum, Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Eſculanæ, nobis porrecta querela, percipimus, quod nonnulli res, iura, & ſubditos, & præſertim Caſtra Ancarani, & Maltignani, Eſculanæ Diœceſis, illorumque

rumq; incolas, & bona ad Epiſcopum, & Canonicos prædictos, prout ex obſeruata quadringentorum annorum, & vltrà, conſuetudine; necnon priuilegiorum, per fel. recordat. Leonem IX. Victorem ſecundum, Alexandrum III. & Alexandrum etiam IV. Iohannem XXII. Vrbanum V. & alios prædeceſſores noſtros, Romanos Pontifices, & claræ memoriæ Ottonem, Conradum, Henricum, Lottarium, Fridericum, & Henricum VI. Romanorum Imperatores; ac etiã Fridericum, Siciliæ Regem, etiam Romanorum Imperatorem, eidem Epiſcopo, Capitulo, & Canonicis conceſſorum, & confirmatorum tenoribus latiùs aſſeritur apparere, ſpectantia, iuſtitia, & Dei timore poſtpoſitis, in humani, diuinique iuris contemptum, inuadere, deprędari, atque vexare non verentur. Quare, pro eorundem parte, aſſerentium, priuilegia huiuſmodi eſſe in vſu, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſibi in præmiſſis opportunè prouidere, ex benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, quorum eſt, bona, & Iura omnium, & præſertim Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumque perſonarum illæſa conſeruare, huiuſmodi etiam ſupplicationibus inclinati, priuilegia prædicta, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro expreſſis habentes, prædeceſſorum noſtrorum, quatenus ſint in vſu; Imperatorum verò, & Principum, dummodò ſint licita, & honeſta, & ſacris Canonibus non contraria, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus; & ne deſit illis defenſor, qui nomine, & auctoritate noſtris, ſi quando fuerit opportunum, Epiſcopum, Capitulum, & Canonicos prædictos, ab illicitis moleſtijs illæſos præſeruet; idcircò Auctoritate Apoſtolica, tenore prę-ſentium, te, ſeù Vicelegatum tuum, ac tuum, ſeù illius in eadem legatione in perpetuum ſucceſſorem, eorundem, Epiſcopi, Capituli, & Canonicorum; necnon omnium Caſtrorum, Villarum, Dominiorum, terrarum, poſſeſſionum, iurium, iuriſdictionum, fructuum, cenſuum, reddituum, & prouentuum, aliorumque bonorum, mobilium, & immobilium, tàm ſpiritualium, quàm temporalium, de Iure, vel prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ſeù

Impe-

Imperatorum prædictorum, aut quauis Regum, aliorumuè Principum conceſſione, ſeù obſeruata conſuetudine, ad illos nunc, & pro tempore ſpectantium, defenſorem facimus, conſtituimus, & deputamus, circunſpectionique tuæ, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeù alios, eiſdem, Epiſcopo, Capitulo, & Canonicis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtendo, ab eis, vel eorum procuratore requiſitus, nõ permittas eoſdem, ſuper his, aut alijs quibuſcumque rebus, & iuribus, ad illos, vt profertur, ſpectantibus, indebitè moleſtari, aut ipſis damna, grauamina, ſeù iniurias a quoquam inferri; & ſi quę forſan illata fuiſſent, de ijs ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; ſed ſola facti veritate inſpecta, infotmatus, illatores huiuſmodi, ad paſſis damna integrè ſatisfaciẽdum compellas, & cogas; dantes tibi facultatem, & poteſtatem, præſumptores, occupatores, detemptores, malefactores, iniuriatores, damnorum illatores, contradictoreſq; & rebelles quoſcunque, & ſi Cardinali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Patriarchali, Abbatiali, vel alia Eccleſiaſtica; aut etiam Imperiali, Regali, Vice Regali, Ducali, Marchionali, Baronali, militari, vel alia quauis mundana dignitate, ſtatu, gradu, ordine, vel conditione ſuffulti ſint, quomodocunque, & quotieſcunque expedierit, auctoritate noſtra, vt a moleſtijs deſiſtant, & de damnis, & intereſſe ſatisfaciant, quoties, & iuxta eos, qui tibi viſi fuerint, terminos monendi, & contumaces, per excommunicationis, ſuſpenſionis à diuinis, interdicti, aliarumque Eccleſiaſticarum cenſurarum promulgationem, appoſitionem, aggrauationem, & reaggrauationem, appellatione poſtpoſita compeſcendi, brachijque ſæcularis auxilium inuocandi, ac vim vi, ſi quando facti qualitas exegerit, impunè repellendi, cæteraque omnia, & ſingula, quæ ad conſeruationem rerum, & iurium Epiſcopi, Capituli, & Canonicorum prædictorum viſa fuerint neceſſaria, ſeù quomodolibet opportuna, ordinandi, committendi, mandandi, faciendi, & exequendi, non obſtante fel. record. Bonifacii P.P. VIII. prædeceſſori noſtri, de

vna

Digitized by Google

vna, & Concilii generalis de duabus dietis, & perſonis, vltrà certum numerum ad iudicium non vocandis, ſeù ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, interdici, ſeù extrà certa loca ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, huiuſmodi poteſtas tibi per nos tributa, valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiuſque tenore de verbo ad verbum, in noſtris literis habenda ſit mentio ſpecialis, alijſque Apoſtolicis, & Synodalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus in contrarium facientibus quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris. Die 11 Iunij MDXXI. Pontificatus noſtri anno nono. Fuit equidem Hieronymus Ghimnucius, dum Aſculanam rexit Eccleſiam, verè Sacri Cuſtos honeſti cultor, prauique vltor; ſic enim de ipſo legitur in fornice valuarum Epiſcopalis Palatii.

DE IVLIO.

IVlius, è Medicea Sereniſſima Familia oriundus, Florentinus, Iuliani F. à Leone X. tit. Sancti Clementis S. R.E. Presbyter Cardinalis creatus, ex dimiſſione à Ghimnucio facta die 30. Iulij, anno MDXVIII. Aſculanæ Eccleſiæ electus adminiſtrator, illam non diu gubernauit, & vix elapſo menſe, cū Tolonenſi in Gallia permutauit, vt conciſtoralia teſtantur acta, ab eodem citata Vghello. Factus hic indè Papa, die 19. Nouembris 1523. Mortuus eſt Romæ die 25. Septembris 1534. & ſepultus in Baſilica Sancti Petri, & indè ad Eccleſiam Sanctę Mariæ ſuper Mineruam translatus. Aſculanam Eccleſiam, Aſculanoſque Ciues amauit vnicè, quorum iura, aduerſus Regni Neapolitani miniſtros, in Caſtris Ancarani, & Maltignani, necnō Montiſpoli ditionē propugnanda, etiam armata manu ſuſcepit. Hic factus Pontifex, dictus fuit Clemens VII.

Rr DE

DE PHILOS.

PHilos, ex Comitibus Rouerellis, illuſtri ortus proſapia apud Ferrarienſes, Epiſcopus, & Princeps Aſculanus, poſt Paulum Mediceum. Hic Pauli III. Pontificis Maximi interregno, Vrbis Romæ à ſacro S. R. E. Cardinalium Collegio, Gubernator conſtitutus, confirmatus in Regimine à Iulio III. & vnus ex Capellæ Pontificiæ Aſſiſtentibus renunciatus, primus poſt Quintium Ruſticum Miletenſem, Epiſcoporum in prima ſeſſione ſubſcripſit in Concilio Tridentino, cuius gentilitia ſtemmata non vno loco Aſculi cōſpiciuntur, lapidibus inſculpta; at in primis legitur in Epiſcopali Aula, quam proprijs conſtruxit ſumptibus, ſtatuiſq; exornauit egregiis, in hęc verba.

SVB CLEMENTE VII. PONT. MAX.
Philos. illuſtri Rouerellæ
Domus familiæ. Patria Ferrarienſ. ab Imp. Comes Epiſc. & Prin.
Aſcul. ad................ imitan nouum hoc ædificium
à fundamentis erexit.
MDXXXII.

Hieronymus Tuber, Aſculanus Sacerdos, qui non ſine Sanctitatis opinione occubuit, Diui Patris Emygdij Hiſtoriam à Valentino Leuita deſcriptam, in lucem edidit huius Epiſcopi temporibus, volumenque ipſum eidem Epiſcopo dicauit. Vixit Adriano..........Clemente VII. Paulo III. necnon Iulio III. Summis Pontificibus.

DE PETRO VIII.

PEtrus VIII. ex Camaiana Familia, nobilis Aretinus, Fęſulanus primum Antiſtes, ſubſcripſit Concilio Tridentino; indè à Pio V. ad Aſculanam euectus Eccleſiam, vir fuit

Zeli-

Zeliplenus, & morum reformator, Synodalia promulgauit decreta, anno........Venerabile Clericorum fundauit Seminarium, ſuppreſſiſq; Sanctæ Crucis, & Sancti Hilarij Prioratibus, ex ordine Sanctæ Crucis de Auellana, corundē prouentus Clericis alendis applicauit. De Aſculani Cleri ſpolijs cum Reuerenda Camera conuenit. Internuncius ad Catholicam Philippi II. Auſtriaci, Hiſpaniarum Regis Maieſtatem miſſus, impigrè, ſolerterque commiſſa grauia ſibi negotia pertractauit. Doctrina, & probitateequidem inſignis. Viſitator Apoſtolicus in Piceno fuit. A Gregorio XIII. vnicè amatus, non tantum ab eodem, pro Diœceſi Aſculana, ad annum integrum; ſed etiam pro adiacentibus prouincijs iubilæum obtinuit, anno MDLXXV. qua occaſione, reparata Eccleſia S. Andreæ, vbi ſic legitur.

GREGORIO XIII. PONT.
MAX. PET. CAMAIANO
EPISC. ET PRIN. ESCV. FI-
DELIVM ELEMOSINIS
ANNO POST IVBILEVM
1575. INSTAVRATVM.

Maioris Eccleſiæ teſtudinem eleganti architectura, multoque ſumptu conſtruxit. In Arcu medio ſeipſum, expanſis manibus, genuque flexo, ante Chriſti Crucifixi ſimulachrum depinxit, ità precantem, Eſto Domine &c. Eccleſiam in Deiparæ Virginis, necnon in Diui Blaſij Martyris honorem conſtruxit, vbi ſuum corpus condi iuſſit. Mortuus eſt die Lunæ, hora decima. Legitur in illius ſepulchrali lapide, hac inſcriptio.

PETRO. CAMAIANO.
PATRITIO ARETINO.
EPISC. AC. PRINCIPI. AS-
CVLANO. VIRO. INTEGERRIMO.
RELIGIOSISS. AC. OMNI. VIRTVT.
GENERE. ORNATISS. COSMVS. S.
D. N. PAPÆ. REFER. ANT.

COMENDATOR S. STE-
PHANI. FRATRES. AC. LELI-
VS. EQVES. IESV. CHRISTI.
NEPOS. IN. ISTA. ECC.
AB. IPSO. A. FVNDAMEN-
TIS. INSTAVRATA.
ET. ORNATA. POSVE-
RVNT. VIXIT. ANNOS.
LX. MENS. I. DIES. XX
VII. OBIIT. DIE. XXVII.
IVLII. M. D. LXXIX.

DE HIERONYMO II.

Hieronymus Bernerius Corrigienſis, profeſſione Religioſus, ex Diui Dominici familia, Sacræ Theologiæ Magiſter. Vir equidem multis nominibus celebrandus, à Sixto V. primùm Epiſcopus, & Princeps, indè Presbyter tit. S. Mariæ ſupra Mineruam S. R. E. Cardinalis, Aſculanus nuncupatus, creatur. Commiſſam ſibi rexit Eccleſiam, vſque ad Pauli V. Pontificatus initium; indè ſponte Aſculano ceſſit Præſulatui, vt ſummi aſſeſſor Pontificis, in Vrbes, ad res fidei pertractandas ſedulam nauarret operam; cuius geſta, ne ab alijs relata referam, legi poſſunt ab Vghello deſcripta in Appendice ad Ciacconum, atque à Michaele Pio lib. 4. Mortuus eſt Epiſcopus Portuenſis, Sacri Cardinalium Collegii prodecanus; ex cuius Aula, equo veluti Troiano, quamplurimi proiere viri, Eccleſiaſticis inſignes dignitatibus; ex quibus hic ſatis ſit meminiſſe Scipionis tit. Sanctæ Suſannæ, Cardinalis Cobellutij, Franciſci tit. ſancti Clementis Cardinalis Cinnini, vt Io. Baptiſtam Coccinum, Sacræ Romanæ Rotæ Decanum, & .... Archiepiſcopum omittam, & reliquos Antiſtites. Vicarios in Aſculano Epiſcopatu habuit Eugenium Fuccium, Præpoſitum Spinetuli, & indè Epiſcopum Veſulanum; necnon Sigiſmundum, de quo infrà. Synodales Conſtitutiones, ad abuſuum extirpationem, morumque correctionem, atque

ad

ad totius Eccleſiaſticæ diſciplinę,in Vniuerſa Aſculana Dięceſi incrementum promulgauit, anno MDLXXXXVI. quo in illius honorem, ex Decreto Decurionum, poſita in Prætorio inſignia lapidea, hac inſcriptione.

FR.HIERONYMO.BERNERIO.CARD.
EPISCOPO ET.PRINCIPI.ASCVL.
PATRI.PATRIÆ.
PATRI.PAVPER.
PATRI.OMNIVM.
BONORVM.
L. D. D. D.
1596.

Venerabile Clericorum Seminarium inſtaurauit, ampliauitque. Teſtamento quingentos ſcutatos Archidiacono, & Capitulo Aſculano largitus eſt.

Legitur in illius ſepulchro Romæ,in Eccleſia S. Sabinæ, propè Aram à ſe conſtructam,in hac verba.

FR. Hieronymus Bernerius Corrigienſis, ex Ord. Prædic. tit. S. Mariæ ſuper Mineruam,Presb. Card. Aſculanus, de morte, & corporis reſurrectione, piè,& religioſè cogitans, hoc ſibi ſepulchrum, in quo cum vniuerſæ Carnis viam ingreßus fuerit, mortale ſuum condere-tur viuens P. Sacellum, vbi quotidiè pro eius anima, vt ſacrum fieret, extruxit D. Hyacintho Confeſſori. Vixit Annos LXX. menſes III. dies XI. Obijt Epiſcopus Portuenſis VI. Idus Iulij MDCXI. Credo quod Redemptor noſter viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.

IN

IN OBITV

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſs. D.

HIERONYMI BERNERII

S.R.E.Cardinalis Ampliſs.

CARMEN

Cogimur in liquidos diſſoluere lumina fontes,
Et teneras lacerare genas: tuus optime Princeps,
Cogit amor, cogit pietas, reuerentia cogit
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite riuos.
Occurrunt animo virtutum inſignia, raræ
Mentis opes, intacta fides, tranquillaque morum
Temperies, cœli verba ignea, ſpiritus ardens,
Religionis amor, mitiſſima viſcera Patris,
Et mea crudeli diuellor corda dolore.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite riuos.
Non rutilum rabidis quæ faucibus imbibit aurum,
Quæ ſcelerum genitrix mortalia pectora cogit
Sacra fames, partos nec quæ comitatur honores
Ambitio, aut tumido ventoſa ſuperbia faſtu;
Non venus, & nati veſana Cupidinis arma
(Edita tartareis fœdiſsima Numina ab antris)
Caniciem vicere tuam, vicere iuuentam.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite riuos.
Non probitas, non iuris amor, non gloria recti,
Magnaque vis animi, linguæ facundia, non te
Ingenij præſtantis opes, auguſtaque frontis
Maieſtas, odiumque nec terrore mouebat,
Non tua te comitas, venerandaque gratia vultus;
Non quæ ſponte tuæ ſupplex ſe purpura fronti
Obtulit, heu triplicem non inſpectura Tiaram,

Prob

Proh dolor, immeritæ potuit ſubducere Morti.
Fundite ſanguineos mea lumina, fundite riuos.
Siccine mors meliora rapis? mors effera Patrem,
Cui rerum ſummas iam commiſſurus habenas,
Sequemet Orbis erat: Mors, heu, mors effera, noſtrum,
Quem gemina alterno coluerunt flumina plauſu,
Nunc gemina alterno fleuere fluenta ſuſurro.
Paſtorem ex oculis rapuiſſe perenniter audes?
Heu, heu, proh quantos inter ſuſpiria queſtus,
Fundit amor, fundit pietas, verecundia fundit.
Vos quoqae ſanguineos mea fundite lumina riuos.
Nec plantas inter Dryades, nec Oreades altis
Montibus, aut mæſtis tacuerunt Hymnides aruis.
Naiades è fluuijs, vitreo de fonte Napeæ
Ingemuere ſimul, montes fleuere propinqui,
Ipſeque cæruleis Neptunus inhorruit vndis.
Fundite ſanguineos, mea lumina, fundite riuos.
Occidit heu noſtri ſydus venerabile ſecli,
Bernerius, dignus tranſcendere Neſtoris annos;
Occidit, & meſtis ſol aureus occidit vndis.
Siccine mors tibi nulla mora eſt? non parcitis vllis
Crudeles Parcę? nunc currite flumina mæſtis
Vberiora genis, largos ſoluantur in imbres
Lumina, gratus amor fieri ſibi talia mandat.
Fundite ſanguineos, mea lumina fundite riuos.
Sed quid egò lacrymis indulgeo? lumina ſat iam
Viuis adhuc, tibi parta quies, tibi palma pudoris
Sydereis conceſſa plagis, tibi reddita vita eſt.
Claudite ſanguineos mea lumina, claudite riuos, &c.

I.M.S.

DE

DE SIGISMVNDO.

Sigiſmundus Donatus Corrigienſis, Diui Stephani ſacræ familiæ Eques Commendatarius, Archidiaconus, & Eccleſiæ Aſculanę Vicarius Generalis, poſtmodum Epiſcopus Venuſinus; tandem ex renunciatione Hieronymi, Epiſcopus, & Princeps Aſculanus, Vir doctrina, rerumque vſu clarus, Eccleſiaſticæ immunitatis, libertatis propugnator acerrimus. A Paulo V. Pont. Max. ad Venetos miſſus, integerrimè ſe geſſit; redux verò à Gregorio XV. inter familiares Pontificiique Sacelli Aſſeſſores declaratus. Humanę conditionis memor, ſuo pulueri conditorium parauit antè Aram Maximam, in Cathedrali Eccleſia.

D. O. M.
AD
REQVIEM OSSIVM.
SIGISMVNDI. DONATI. ANTONINI.
FILII. HECTORIS. NEPOTIS.
CORRIGIENSIS.
QVI.
ANNO DOMINI. MD XCVIII. CREATVS. EPISC.
VENVSINVS. ET. ANNO. MDCV. AD.
HANC. ASCVLANAM. ECCLESIAM.
TRANSLATVS.
VIVENS. ET. ANNVM. AGENS. LXV.
FVTVRO. CVM. DEO. PLACVERIT. PVLVERI.
SVO. CONDITORIVM. HIC. PARAVIT.
LABENTE.
ANNO. MD CXXIII.

Præ aliis habuit Vicarios, Epiſcopali indè fulgore coruſcos, Paulum Caprutum Sancti Seueri primùm, poſtmodũ Caprut Æquenſem, Io: Paulum Brucciarellium de Arquata, Narnienſem, & Ludouicum Gabbiatum Æſerninum, Antiſtites. Conſtitutiones promulgauit ſynodales, anno Do-

mini

mini MDCXXVI. Rotundam conſtruxit Ædiculum, extrà Portam Soleſtànam, in Diui Emygdii honorem, vbi ſic legitur.

SANCTO. EPISCOPO.ET.MART.EMYGDIO.IN.
LOCO.MARTYRII.EIVS.EREXIT.ET.DICAVIT.
SIGISMVNDVS.DONATVS.DE CORRIGIO.
EPISC.ET.PRINC.ASCVLI.MDCXXIII.

Quo etiam anno, in Eccleſia S. Caroli Altare conſtruxit in S. Laurentii honorem, vbi ſic legitur.

EX VOTO.
ERECTVM.ET.ORNATVM.A.SIGISMVNDO.
DONATO DE.CORRIGIO.EPISC.ET.PRINC.
ASCVLI.ANNO.MDCXXXIII.

Aliam curauit Eccleſiam in territorio S. Mariæ ad Mare à fundamentis extrui; ad alterum caput Pontis Toſilii, vbi etiam ità legitur.

ANNO.DOMINI.MDCXXXVII.
ERECTVM.A.FVNDAMENTIS.EX.
LARGIS.PIORVM.V.ELEEMOSINIS.
CVRANTE.REVERENDO.EPISCOPO.
SIGISMVNDO.

Obiit die Sabbati 19. Nouembris, anno Domini 1634. hora circiter decima octaua.

Huius Antiſtitis laudes D. Lucidus Mancinellus Min. Obſ. mihi ſtudiorum cognatione, varia eruditione, morum comitate, & omnium virtutum ornamentis præfulgens, ac longa annorum ſerie mihi coniunctiſſimus, pluribus carminibus ad me, poſt præſulis obitum tranſmiſſis, eleganter eſt proſecutus, quorum pauca hic ſubiiciam.

Occidit (heu miſeri nos) tandemque occidit Heros
DONATVS, ſemper viuere dignus herus.

Sſ *Laudo*

Laude virum celebrare parùm eſt, hanc tangere metam
Conceſſum paſſim pluribus vſque viris;
Aſt ego præponam celſum Paſtoribus hunc, vt
Exemplar, ſpeculum vox, ſpeculumque manus.
Caſta ſuis labiis fluxerunt verba, ſubinde
Caſta opera, & nullis quippè ſubacta votis.
Viuendi reliquis methodum normamque reliquit,
Non ſcriptis, cuius vita volumen erat.
Inſtabilis vulgi cenſura reprehendere nunquam,
Dum licet, potuit, territa falſa loqui.
Alter Alexandri, pugnacis Cæſaris alter
Æmulus, alterutrum ritè ſecutus ouans.
Dignus at magni veſtigia Præſulis omnes
Recta ſequi ſtudeant, gloria maior erit.
Quiſquis oues ergo curat, dignetur ab illo,
Noſſe modum, tuto pergat & indè pede.

DE GABRIELLIO.

IVlius Gabriellius, Diaconus Card. ex Camerę Apoſt. Clerico ab Vrbano VIII. Pont. Max. die 16. Decemb. 1641. creatus, mox die decima Februarii 1642. Aſculanus Epiſcop. electus. Princeps, in quo nihil ad nobilitatem, ſcientiam obuiam humanitatem, nihilque ad dignitatem facile deſiderare quis poſſit, ac proinde ſacræ purpuræ ſummum decus, & ornamentum dat, Anteceſſorum gloriæ æmulus, quo nomine omnium venerationem, & admirationem concitat, in hoc ſublimi famæ ſolio conſtitutus.

DE PHILIPPO.

PHilippus Montius, Nobilis Firmanus, Epiſcopus Aſculanus, cum ſumma animi contentione, & indefeſſo labore Iuriſprudentiæ operam dediſſet, ætate 20. annorum, immò ſupra ætatem, ſuprema utriuſque Iuris, & Philoſophiæ Laurea; necnon Licentiæ in Sacra Theologia titulo, ſummo omnium applauſu, & acclamatione condecoratus,

Romæ

Romæ aliquot annorum ſpatio. Iudiciis,& Eccleſiaſtico Foro operam, & ſtudium cum addixiſſet, ſub felicibus Eminentiſs. Cerri Cardinalis, tunc Sacræ Rotæ Auditoris Decani, ab Alexandro VII. Pontifice Maximo, auſpicatiſſimæ ſemper memoriæ, delegatus eſt Auditor Apoſtol. Legat. Neapolitanæ, Nuncio tunc temporis Eminentiſs. Iulio Cardinali Spinula; atque paucis poſt menſibus, iuſta miſſione data ad tempus Reuerendiſs. Pragoniæ Epiſcopo, tunc totius Regni illius Inquiſitori de rebus ad fidem Catholicam ſpectantibus, ob graues eiuſdem corporis affectiones, ab eodem Alexand. VII. Pont. Max. in eiuſdem ſupremi Inquiſitoris locum ſuffectus eſt. Electo verò anno poſt Reuerendiſs. Creſcentio, Epiſcopo Bituntino, Inquiſitore, toto ſex annorum curriculo, Auditoris munere functus eſt Montius; atque redux poſtmodum Romam, cum Eminentiſs. Spinula, Nuncio Germaniæ electo, tribus poſt menſibus ab eodem Pont. Max. Epiſc. Terāenſis creatus eſt; cui Eccleſiæ cum quinque annos præfuiſſet, magna nominis ſui gloria, ob graues contentiones cum Miniſtris Regiis, de Immunitatibus Eccleſiaſt. quas ille fortiter, & intrepidè tutatus eſt, à Clemente demum IX. auguſtæ ſemper recordationis Pont. Max. Anno 1669. Eccleſię Aſculanæ in Marchia Epiſcopus renunciatus, & acclamatus eſt, ad Reatinum Epiſcopatum euecto Eminentiſſimo Cardinali Gabriellio, priori eiuſdem Epiſcopo; atque paulò poſt, Cælitibus eodem adſcripto a Pont. Max. tandem Clemente X. in eadem dignitate auctoratus, & inauguratus eſt.

Cæterum Religione, in primis, & pietate erga ægros præfulget, ad quos inuiſit ipſe, & Sacro benedictionis rore recreat, ac in ſpem æternæ vitæ erigit. Exſtruxit Sacellum vndique in proſpectu carcere damnatorum patens, Sacris ſpectandis audiendiſque. Regiam Epiſcopalem inſtaurauit, & omni ſtudio Epiſcopatus cenſum auget; in cuius adminiſtratione ſummam eiuſdem pietatem, & prudentiam venerantur omnes, in ſpem cuiuslibet proſperi euentus, iuxta piorum vota, quibus & ſuperos ſollicitant, vt ſerus in Cœlum redeat.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

MANTISSA
AD
HISTORIAM ASCULANAM.

Candido Lectori.

HIſtoriæ Aſculanæ, abſolutiſſima licet, quà Latini ſermonis puritatem, & elegantiam, quà Auctoris reconditam eruditionem, & rerum geſtarum illibatam fidem ſpectes, hoc veluti purpuriſſum adtexere è re fuit, quò antiquiſsimæ, & nobiliſsimæ Vrbi maius accederet decus, & ornamentum, ex monumenti illuſtrium aliquot eiuſdem familiarum, quæ poſt editam hiſtoriam, ex eruditis Auctoris Cimeliis eruta fuere, ab eodem dubio procul, luci publicæ deſtinata, ni ob immaturam Viri doctiſsimi fatum, partus hic iratam Iunonem Lucinam habuiſſet. Tu interim benigne Lector, noſtrum hoc tuis commodis conſulendi ſtudium, eo quo exhibemus animi candore, ſuſcipe, & nobis faue.



Tm

TVMVLVS.

CÆſar alter, heù cæſus in foro mirum iiſdem Kalendis Martis, non pallio inuolutus: ſed ſtricto cominus enſe, dum orta ciuili ſeditione, pro communi ſalute ſua poſthabita, ſtrenuè dimicat, & ne omnia in peius ruerent, confluentem turbam, aduerſam Phalangem, aggreſſores omnes premit, reprimit, comprimit, telis amicorum hoſtiliter percuſſus, obrutus, ſeptem vulneribus confoſſus, perit honeſtiſſimè cadens.

Alydoſius Piccininus Aſculanus.

MArtis alumnus, illius Magni Piccinini æmulator heres, Arcis Petræ ſanctæ Præfectus, Pedeſtris militiæ ductor, ſtrenuus bellator, necnon pacis amantiſſimus, æquiſſimus rixarum ciuilium Conciliator, ſpectatæ fidei & militaris diſciplinæ vir clariſſ. CHRISTINÆ LOTHARINGIÆ Sereniſſ. acceptiſſimus militum ſuorum, Pater Patriæ excubantiſſimus. Piratarum incurſionum inſectator acerrimus, lepidus, liberalis, munificentiſſimus, ac denique Chriſtianæ pietatis cultor egregius, interfecturus hoſtes, interfectus hoſpes: ſed proh ſcelus. non interficiendus ſoſpes ſuo ſanguine, effuſo funere bacchanali

impleuit, expleuit, compleuit,

Annum agens ſeptimum, ſeptuageſimum, Menſes......... Dies.........mærent arma, trophea lugent, ſpolia iacent, clypeus, enſis, thorax, tibialia, tentoria pendent, patent, pallent, pauent, ſigna, inſignia, vexilla, vix illa ima humi trahuntur, terrentur, volutantur, Tubæ, Tibiæ ſilent, tympana ægre obſtrepunt, eximiæ eximiæ, triumphi ſecus obiter abeuntem obeunt.

Carolus Bocchinerius
grati officii, & amicitiæ ergò merens
compoſuit, poſuit.

Coſi

COſi poi ch'hebbe guerreggiato, e vinto
Cadde Ceſare intrepido frà ſuoi
Prediſſe à Brutto feritor. Pur voi,
E tù mio figlio, ch'io rimanga eſtinto?

Cadde Alidoſio à tua difeſa auuinto
E Pietra figlia d'Ilion, da poi
Che di ſe ſteſſo liberale à tuoi
Hebbe l'impeto altrui ſpinto, e reſpinto.

Proua eſtrema d'amor far molle, e roſſa
La terra del ſuo ſangue, e le contrade,
Et in pegno laſciar le carni, e l'oſsa.

Alziſi quì trofei d'elmi, e di ſpade
Fioriſcan lauri, e mirti, da queſta foſsa
Sorge immortal, chi per la Patria cade.

BIBLIOTECA … VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

D. O. M.
Vincentio Cataldo Nobili Aſculano,
Viro Pio Integerrimo
Qui adhuc viuens, poſt Pietatis Montem,
Sua pecunia in Patria excitatum,
Vnica XXX. Mille Aureorum nummorum.
Largitiones Sanctimoniales dotauit.
Cataldum Annonam erexit. Sacerdotia
Inſtituit. Eccleſiiis opitulatus fuit.
Moriens Nonagenarius A.D.M.D.C.XX.VII. Die XIII.
Iulij. Sacroſanctam Lauretanam Ædem.
Ex Aſſe Heredem ſcripſit. Templi fabricam
Perpetuo cenſu adiuuit.
Eximio Benefactori.
Scipio S.R.E. Cardinalis Burgheſius, Almæ
Domus Protector, Monumentum poſuit.
Tiberius Cincius Romanus, Æſinus Epiſcopus,
Laureti, Almæque Domus Gubernator
Curauit.

Tribunus militum Nouellus Nouellius, miles meruit ſub auſpiciis Franciſci Galliarum Regis, fortiter occubuit in obſidione Valderenſi.

Dux cohortis Paulus Æmilius Nouellius, ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo Arcis Diui Angeli præſidio, & tutelæ eſt adhibitus.

FINIS.

Digitized by Google

GOTTSCHEE
RESTAURO
1970

Digitized by Google

Digitized by Google